


AA0004048690



THE SOUTH CAROLINA STATE LIBRARY FACILITY



REESE LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received *Mar. 27* 18*63*

Accessions No. *50770* Class No. *76*

PA

6105

V24

v.93

Valpy -

**Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles**

Form L 1

PA

6105

V24

v.93

This book is DUE on the last date stamped below

RECEIVED
LD-URL

JUL 26 1965

AM

7-4

4-9

PM

9-10







J. MICHAEL GARE

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

T. LUCRETII CARI
DE RERUM NATURA LIBRI SEX.

VOL. I.

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
SOUTHERN BRANCH
T. LUCRETII CARI

DE RERUM NATURA LIBRI SEX

EX EDITIONE GILBERTI WAKEFIELDI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITI.

35914

VOLUMEN PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1823.



ALL INFORMATION CONTAINED
HEREIN IS UNCLASSIFIED

50770

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
MICHAELIS DU FAY Epistola Serenissimo Delphino	1
Wakefieldi Præfatio	3
Dionysii Lambini Prolegomena de C. Memmio Gemello, cui poëma suum obtulit Lucretius	21
T. Lucretii Cari patria, genus, vitæ studium, ingenium, mortis genus et tempus, librorum ab eo scriptorum numerus, consilium Poëtæ, argumentum et inscriptio operis, D. Lambino auctore	29
Abrahami Preigeri Epistola ad Sigebertum Havercampum	48
Testimonia Veterum de Lucretio	69
Explicatio Notarum quæ in Variantium Lectionum indigitatione occurrunt	73
T. Lucretii Cari de Rerum Natura Lib. I.	75
————— ————— ————— Lib. II.	196
————— ————— ————— Lib. III.	328
————— ————— ————— Lib. IV.	442
————— ————— ————— Lib. V.	573
————— ————— ————— Lib. VI.	714

	Pag.
Animadversio Joannis Nardii de Funeribus Atheniensium	850
NOTÆ VARIORUM in Lucretii Lib. I.	871
_____ Lib. II.	1062
_____ Lib. III.	1204
_____ Lib. IV.	1334
_____ Lib. V.	1473
_____ Lib. VI.	1592
NOTITIA LITERARIA de T. Lucretio Caro	1725
Recensus Editionum	1730
Recensus Codicum Mss. qui in Bibliothecis Britannicis asservantur	1749
INDEX	i

T. LUCRETII CARI

DE RERUM NATURA LIBRI SEX.





SERENISSIMO
D E L P H I N O

S. P. D.

MICHAEL DU FAY.

IMPRUDENS quidem certe, ac insipientis forsán sapientiæ consultus errare videar, SERENISSIME DELPHINE, quod eam tibi philosophiam, quæ irreligiosa æstimatur et impia, religiosissimo Christianissimoque dicaverim.

Quis enim Philosophus aut Poëta Deorum providentiam negat impudentius, quis Animorum immortalitatem oppugnat acrius, quis religionem omnem audacius tollit, quam Lucretius?

Verum, si rem ex æquo et bono judices, PRINCEPS SAPIENTISSIME, non ea mente me accinxisse huic operi existimabis, ut alienam a Religione Christiana disciplinam in lucem e tenebris revocarem: sed uti sua linguæ Latinæ propria vis, et avita mundities, ac elegántia redderetur.

Quamvis enim apud Lucretium reperiantur ejusmodi sententiæ, quæ a Christianæ Religionis institutis abhorreant; tamen inter Latinos Auctores et gravissimus habetur, et elegantissimus.

Nimirum dilucide, remotis etiam Fabularum involucris, pura Latinitatis integritate, præstanti sermonis elegántia, divino carminis nexu, mira sententiarum ubertate, gravique simul ac simplici styli majestate, de tota rerum natura subtiliter et acute disputat.

Unde, ut cetera taceam, possit et elatior animi magnitudo contra fortunæ impetus, et major fortitudo contra superstitionem, et temperantia constantior adversus æstum libidinis comparari.

Huc accedit, quod, si a paucioribus ineptiis atque impietatibus discesseris, multa quidem tractat, quæ veritati ac rationi, plura quæ bonis moribus consentiunt; et quædam etiam apud eum prope divina disputantur.

Quod si in eo etiam Auctore plura, quam sunt, bonis moribus contraria offenderentur, cui potuit opus hoc convenientius in manus tradi, quam Tibi, **PRINCEPS SERENISSIME?** qui, qua es cum mentis perspicacitate et iudicii acrimonia, tum integritate morum ac sanctimonia, vales imprimis et verum a falso, et rectum a pravo discernere; et quem magnitudo magis ad causas rerum investigandas excitat, quam novitas allicit.

Itaque ut apes ex singulis floribus id unum decerpunt, quod ad mel conficiendum aptum est et utile, ita Tu, **PRINCEPS SAPIENTISSIME**, quæ ad rerum cognitionem et verborum elegantiam videntur plus valere, ea duntaxat diligenter et accurate colliges.

Quod quo libentius facias, jussus sum Lucretianum Carmen simul et purgare mendis, et notis atque interpretatione illustrare.

Quam bene, nihil dico: Tui est acerrimi iudicii, **SERENISSIME DELPHINE**, æstimare, quam sedulo fecerim: et, quod peccatum est, humanitatis excusare.

Spero autem futurum, ut, qui anno superiore meum in explanando Manilio studium et laborem benigno honore dignatus es, meam quoque in illustrando Lucretio operam et qualemcumque industriam non dedigneris.

Atque hoc amplius, et multo majoribus votis expeto, ut vivas felix, **PRINCEPS SERENISSIME**, literarum et literatorum præsidium ac decus.

WAKEFIELDI PRÆFATIO.

DEBITUM, scite Lector et erudite! Lucretianorum carminum, curis meis expolitorum, atque, justæ recensionis ope, ad pristinum cultum nitoremque, in quantum per scriptos codices atque mediocritatem sagacitatis meæ et doctrinæ licuerit, reformatorum, dudum promissione susceptum, tandem tibi, sed serius aliquantulo quam vellem, spe trepidus, et, si quis unquam, diffidens mei, repræsentō. Sic profecto se res habet: cum animum ad has pretiosissimas Latinarum literarum reliquias exornandas primitus adjecissem, jucundæ magis relaxationis, quam negotiosæ virium contentionis, mihi munus spondens, non nisi de breviori commentario cogitabam: postea tamen, operis limine vix inito, hunc et amplissimum philosophum, et gravissimum poëtam, tanta commentitiarum lectionum fœditate deveni statum deprehendi, ea adulterini scabitudine sermonis multis de causis incrustatum, ut occasionem, haud instrenue obeundam, sed plane dignissimam mihi videbar nactus, in quam facultates omnes qualescumque, tum eruditionis tum ingenii mei, studiosissime collocarem; nullos labores defugiendos esse, nullam non libenter efferendam esse solitudinem, mecum statuens, si modo fructus inde aliquis bonis literis forte fortuna provenire posset. Tandem vero, re gradatim procedente, ac materia se latius, ut fit, in omnes partes aperiente, cum tot tantisque difficultatibus mihi esse conflictandum vidi, tam propter molestias operi tanto proprias, quam innumerabiles adventitias ex editorum priorum vel

socordia, vel inscitia, vel temeritate denique, ὑπὲρ μέτρον cumulatatas, ut de conatus mei successu, adhibitis etiam studio improbissimo et sedulitate morosissima, plane desperarem; debilitatus animi, atque cœptis audacibus pæne consternatus, dum naviculam meam, immensa cujusdam vastitatis solitudine fluctuantem, tremebundus contemplerer: ‘maria undique, et undique cœlum!’ Etenim, mirentur licet inexperti, vere mihi dicturus videor, ne unum quidem ex illis omnibus, qui per ævi flumen ad usque nostra tempora devoluti sint, scriptoribus Lucretio minus emendatum vulgo manibus lectorum teri; aut in cujus textu, quem dicunt, concinnando magis susque deque habitam vetustorum librorum fidem passim senties. Nam, ut concesserim, Cari nostri argumentum non ea esse amœnitate, quæ turbam lectorum, de rerum natura et abditis philosophiæ parum sollicitorum, suis illecebris sponte trahat; simplicitas tamen orationis purissimæ inaffectedata, ingenii lactea ubertas, in omnigenos lepores late diffluens, sincerissimus insuper elegantiarum pœticarum gustus, nativo quodam sensu rectissimo delibatarum; et varietas numerosa versuum, lapsu facili decurrentium, et melle Museo vere contactorum: hæc omnia severitatem subtiliorum disceptationum deliniunt usque adeo, ac devincunt, ‘Molliter austerum studio fallente laborem,’ ut nemo sit ingeniis non fucatis, atque elegantibus, demerendis accommodatior; nemo, qui diligentiam fideliter tractantium pleniore proventu remunerabit. Nimirum, si rerum, de quibus disputat, obscuritatem et jejunitatem liberaliter intuearis, Lucretius auctor est philosophiæ pœticus longe longeque dilucidissimus; nec sunt, nisi rarissimi, in opere toto loci, qui desiderent interpretem, aut lectorem modice perspicacem morari queant: hoc autem, ob depravationes potissimum, pœtæ non imputandas: id quod, expertus usu rem, tutemet haud ægre confiteberis. His igitur de causis, vehementer equidem mirari soleo, tam paucos literatorum hominum extitisse, qui versaverint Lucretianam NATURAM RERUM; tam paucos, qui pro meritis admirati sint artificem Musarum consummatissimum, et post

Ennium, (cujus operum jactura vulnus longe altissimum et immedicabile prorsus philologiae inflictum est,) Latinae poëseos parentem : sed miror vehementius, etiam paucos ex iis paucis indolem styli Lucretiani percepisse : vix enim, confidenter loquor, vel unus reperietur criticorum doctrina celeberrimorum, qui felicem in eum conjecturam periclitatus sit : quod in operis decursu, et maxime incredulis, liquidissime patebit.

Ceterum, ut mea in hoc officio explendo subsidia singillatim persequar ; Lucretius noster primum post renatas literas typis evulgatus est Bresciæ, per Ferrandum, sine anni mentione : de quo libro tamen inaudivi tantum ab hominibus rerum typographicarum, et exemplarium veterum, callentissimis. Hujusce editionis ne unum exemplar quidem in Anglia asservari creditur : et de illa nihil amplius comperti memet habere fateor. Lucem vidisse perhibetur circa annum salutis MCCCCLXXII.

Editio secunda, in folio, quæ vulgo princeps existimatur, ad calcem sic inscripta est :

T. Lucretii Cari, poëtæ philosophique antiquissimi

De rerum primordia natura ad Memmium

Liber sextus et ultimus explicit fœliciter.

Paulus hunc impressit *Fridenperger* in *Verona*,

Qui genitus est in *Patavia Alæ magnæ*.

Ab incarnatione Christi : MCCCCLXXXVI

Die vigesimo octavo septembris calen. octobris.

Quam sit omni genere corruptelarum refertissimus hicce liber, apprime tamen utilissimus, nostra lectionum variarum recensio satis indicabit. Aliquoties profecto, sed rarissime, vitia quædam, longe crassissima, prudens silentio præterii ; nullum omnino usum habitura, sed nitori nostrarum solummodo paginarum dehonestamento fœdissimo futura, et paritura porro tædium lectoribus. Sic, exempli gratia, si *puorum* offendissem pro *puerorum*, et *præssis* pro *pressis*, atque hujusce farinae subinde alia, malui conticescere : quod nihilo minus monendum habeo, ne pretiosissimis quibusdam varietatibus fraudatum se lector curiosus putet. Hanc

prius editionem, quam mihi fors eam obtulerit ære proprio redimendam, in meos usus commodaverat ex bibliotheca ejus sumtuosissima, et exquisitissimis, omne genus, libris adimpleta, CLAYTON CRACHERODE; vir egregie et accurate doctus, sed propter morum simplicium candidissimam suavitatem, et animi benignitatem homine literato dignam, longe laudatior; quam omnibus quidem mortalibus plene semper solet, mihi autem etiam peculiariter, præstare.

Optimi ejusdem viri humanitas me devinxit insuper monstratione Venetæ editionis, quæ tertia est, et Hieronymi Avancii cura procurata prodiit apud Aldum, quartæ formæ, anno MD. Monstratione dixi; nam usus ulterior supervacaneus fuisset, cum profiteatur editor, se nullum exemplar antiquum adhibuisse manu scriptum, sed conformavisse textum ex Veronensi; parallelis aliorum scriptorum locis, cum Aristotelis operibus, aliisque scriptis veterum, in subsidium convocatis.

Denuo typis cusus est Lucretius Venetiis, in iisdem ædibus Aldinis, forma duodecima, anno MDXV. ex recensione atque castigationibus Andreae Naugerii: qui nullorum interea librorum Mss. præsidio se suffultum esse prædicat; et solummodo ‘cursim dicitur, propter ipsius occupationes, et importunam impressorum festinationem, tamen accurate, recensuisse.’

Ad Aldinæ prioris normam Juntina potissimum composita videtur; quæ lucem vidit Florentiæ anno MDXII. in qua licet exornanda Petrus Candidus se ‘vetustis exemplaribus collatis’ usum gloriatur, et ‘obelis Pontani Marulique temere inducta expungendo adhibitis,’ memini, me non nisi paucas scripturæ discrepantias deprehendisse, quoties operæ pretium habuerim eam componere cum hac Aldina: quas pariter nihili, si criticam commoditatem spectes, faciendas puto. Exemplar Juntinum, anni MDXI. quod memorant Havercampus et Fabricius, nescio quam ob rationem ad hunc annum referentes, ipsissima est hæc editio, de qua loquor; et, cum Aldina consimili, me possessorem habet.

Interea, cum magno commentariorum apparatu, Lucretius prodierat ‘Bononiæ, ex ergasterio Hieronymi Baptistæ de Benedictis Platonici Bononiensis, a Joanne Baptista Pio editus, anno Domini MDXI. kal. Maii.’ Opes, quæ sibi ad emendandum Lucretii carmen competere, Pius ipsemet sic percensuit: ‘Contulimus, non sine ærumnis vigiliisque diutinis, codicem Veneti Hermolai, et Pomponi Romani; codicemque non omnino malum, qui servatur Mantuæ, in bibliotheca quadam suburbana, qui fuit viri non indocti, gentis clarissimæ Strotiorum. Non defuit Philippi Beroaldi, præceptoris quondam mei, nunc collegæ, impressus quidem, sed tamen perpense examinatus: Codri quoque, grammatici Bononiensis; cujus copia mihi per Bartholomeum Blanchinum, virum eloquii excultissimi, facta est: Marullique poëtæ industria mira castigatum, non defuit exemplar, Severo, Monaco Placentino, græce latineque perdocto, Musarum athleta, non gravatim offerente. Ex quibus, sicuti Zeuxis, ex quatuor diversis corporibus, unam, et, ut arbitror, integerrimam, formam Lucretio præstitimus.’

Optimæ frugis hæc est editio, et nobis per fidelissimam diligentiam tractata: nec addubitem tamen, aliorum exemplarium testimoniis devictus, quin Pius ad arbitrium, nec admonitis lectoribus, poëtæ contextum plurifariam immutaverit; et, an levibus de causis hanc sententiam inimiciorem pronuntiem, penes alios, perlectis omnibus ac perpensis, sit iudicium.

Obertus Gifanius uberibus magis, quam accurate doctis, commentariis, indice tamen philologico perutili, Lucretium instruxit. ‘Scripturas veterum librorum plus quam octo se perpendisse’ jactat, et nactum esse ‘non paucas emendationes, variasque in poëtam nostrum lectiones, quas vir doctissimus Antonius Goldinghamus, homo Anglus, ex libris calamo exaratis in patria sua studiose ac sedulo collegerat,’ uti Gifanius opinabatur. Hoc utcumque sit, limato iudicio, sine quo frustra Critice exercetur, destitutus ille vir, diligens quamvis et eruditus, parum contulit,

me saltem iudice, ex quo Lucretii contextus emendatior evaserit.

Non alius post hos esse videtur editor, qui contextum Lucretianum ad libros scriptos exegerit, præter Lambinum, Creechium nostratem, et Havercampum.

De Lucretio primus istius triumviratus doctis animadversionibus præclare meritus est; Lambinum dico: qui usus est, ut ipsius verba proferam, 'in Lucretio restituendo, Romæ quidem tribus libris Mss. uno Vaticano; altero, qui fuit Gabrielis Faërne; tertio, quem Scipio Tertius Neapolitanus ei commodato dedit: Lutetiæ vero duobus, uno Memmiano; altero, Adriani Turnebi libro, ad Bertinianum codicem diligentissime et accuratissime usque ad librum sextum duntaxat comparato.'

Equidem non is sum, qui virum ingenuis artibus penitus imbutum, et amatoribus Lucretii necessitudine multorum officiorum devinctissimum, fidei sublestioris libenter arguam: nefas tamen esset, et crimen publicum, dissimulare, multa mihi in hoc munere defungendo scrupulum super hac re, manu scriptis scilicet exemplaribus Lambini, non levem injecisse; in quæ lectores ultro occursabunt, et de quibus suum iudicium, hactenus summonitos, præstiterit integros exercuisse: res igitur a me relinquitur in medio. Hoc interea de plano nullus dubitaverim affirmare, me neminem novisse, qui contextum scriptoris cujuslibet, auctoritate membranarum leviter conculcata, propriis conjecturis inferciendis, per effusorem licentiam, atque inconsultam magis temeritatem, passim præfractius vitiatum et deturpatum dederit.

Creechii in Lucretium merita longe inferius jacere, quam quod vulgus soleat existimare, memet habeo persuasissimum. Eum alicubi, ut Gassendi plagiarium, Valckenaërus insimulavit: ea vero utcumque se res habeat, certe iniquior esset, qui laudem, utilibus ejus ad illustrandum Lucretium collectaneis philosophicis acquisitam, cuperet deterere, si modo, quæ citra controversiam sumserit aliunde, promptiore animo ad auctores primos referre vir ingeniosus ille se paratum ostendisset.

In maxima parte meritorum Havercampi pono, quod codicum Lugdunensium diligentior nobis collationem repræsentaverit, et amici sui Preigeri nonnullas animadversiones, eruditas illas acutasque, protraxerit in lucem: nam doctissimus editor de penu proprio paucissima, nec ea quidem magni pretii, depromsit.

Verum enimvero, ne quis, mores meos haud expertus usu, censuræ severioris fortasse postulet, libet Ernesti iudicium, super hac re in bibliotheca Latina Fabricii factum, vice propugnaculi, subjungere: ‘Omnino hoc opus suum peritioribus non valde probavit Havercampus. Inter omnes editores principatus debetur Lambino et Creechio; huic ad intelligendum maxime, illi etiam ad criticam rationem. Sed, qui has res recte tractare possit, is, si suscipere novam editionem velit ἀκριβείᾳ ea, quæ hodie peritis probatur, et cujus exempla recentioris temporis habemus, magnam laudem parare sibi possit. Sed absit usitata nostris temporibus festinatio, et lucri cupido.’

Hæ sunt omnes editiones Lucretii, quantum equidem intellexerim, ope codicum Mss. procuratæ; si modo singularem excipias, de qua mox dicetur. Nihil igitur tandem superest, nisi ut exponam, quibus denique novis adjumentis suffultus, quibus præsiidiis animatus ac vallatus, ipsemet ad hoc munus exequendum, grave profecto, difficile, et ærumnosum! accedere non expalluerim.

Jam decem fere anni lapsi sunt, ex quo Fabri Lucretium emerim, formæ quartæ, cum bibliotheca Ricardi Bentleii, qui summi Bentleii voluntatem testamentariam executus est, et magna ex parte librorum hæreditatem adiit, auctione publica divenderetur. Hujusce exemplaris primæ plagulæ notationem sequentem nescio quis præfixit:

‘Hic liber est Ricardi Mead: notæ vero Mss. in margine, sunt magni illius critici RICARDI BENTLEII, ex ipsius codice exscriptæ.’

Vir magnus nimirum, inter paucos doctrinæ copiis instructus, sed sagacitate subtiliore, et acutissimi ingenii velocitatibus, quodam modo suis, criticorum omnium, me

judice, præcellentissimus, diligenter versaverat Lucretium ; sed neque libros manu exaratos, neque vetustius impressos, nullum denique præter unum Fabri exemplare videtur adhibuisse ; cum sæpius imitationes priorum poëtarum margini alleverit, Lambino et aliis jam dudum occupatas, cum locis quibusdam Diogenis Laërtii pervagatis. Animadversiones itaque, quas ille coryphæus criticorum subinde sparserit, non erant severiore judicio perpensæ, secundisve cogitationibus maturatæ ; in uno autem atque altero loco per acumen, vere Bentleianum, quasi divinitus vir summus rem expedivit : quæ suo tempore comparebunt ; nam supervacaneum esse arbitramur, immorari rebus, in operis decursu lectoris sententiam subituris : quam ubique liberrime de nostris exerceri velimus. Vero quidem simile est, notas plures Bentleianas in Lucretium, et laboriosiores illas atque castigatiores, in manibus adhærere Ricardi Cumberland ; qui ex filia est Bentleii nepos, et hæres aviti ingenii certissimus. Aliorum etiam librorum, pretiosissimis avi sui commentariis perscriptorum, solitarius possessor est ingeniosissimus ille vir ; quorum usum mihi per alios petenti prorsus denegavit : illaudabili sane specimine caninæ cujusdam malignitatis ; cum nec ipse copiis suis uti velit, neque aliis utendas impertiri. Hæc autem non videntur gravius dicta, atque inhumanius, quam res postulat literaria, et ipsa Ratio suffragiis suis comprobabit.

Codicem chartaceum manu scriptum, in folio, nitidissimum, vetustum, et optimæ notæ, cum solus castigatissimis et antiquissimis exemplaribus sæpiuscule consentiat, ex publica bibliotheca mihi Alma Mater, quondam mea, Academia Cantabrigiensis, subministravit : opes suas haud invidens eruditibus ; neque, ut soror ejus Oxoniensis, exemplo nimis erubescendo, thesauros Museos, qui debent, ut aër et sol, omnibus communes esse, propriis parietibus, inclusos dicam, an abditos ac sepultos ? in æternum continens. Hic autem codex olim erat Askevianæ bibliothecæ *κειμήλιον* unde pretio redemit Academia. Tractationem

ejus mihi impetravit amicus meus, semper ac maxime colendus amandusque, **ROBERTUS TYRWHITT**: qui me tyrunculum Collegii Jesu, abhinc annis quatuor et viginti, rude jam tum donatus, favore suo sponte prosequi non dedignatus est, et etiamnum profecto fovet.

*Αὐτὰρ ἐγὼ τιμάν τε, καὶ ἀνθρώπων φιλότητα,
Πολλῶν ἡμιόνων τε, καὶ ἴππων, πρόσθεν ἐλοίμαν.*

Hujusce exemplaris, quod perfunctorie nimis mihi videbar evolvisse, et inconsulto citius remiseram, ulteriorem usum a doctissimo protobibliothecario, **RICARDO FARMER**, obtinuit **GEORGIUS STEEVENS**, vir ingenio et eruditione pollentissimus, cujus fama mei præconii non indiget; mihi vero nunquam sine et honoris et amoris sensu nominandus.

Secundus, mihi collatus, Ms. codex in Museo Britanico servatur; forma minimæ, membranaceus, pulchre scriptus, sæculi xv.

Eadem bibliotheca instructissima mihi tertium exemplare Ms. ætatis ejusdem cum priore, suppeditavit, chartaceum, in quarto; qui deficit tamen infeliciter cum versu 232. libri vi. Scatet erroribus scriptionis codex iste plurimis; sed orthographiæ vetustioris præ ceteris omnibus, saltem meis, tenacissimus videtur.

Tertium denique Ms. librum, chartaceum, et forma simili, sed sæculi sequentis, eidem bibliothecæ debeo. Recentior est profecto, quam cui tuto, reliquis dissentientibus, confidi possit: nec tamen hic etiam omnino fructu suo caruit.

Sed et alium insuper scriptum librum, de quo nihil cogitaveram, mihi permisit evolvendum vir humanissimus **EDVARDUS POORE**, cum promptissima benignitate, a laudabilibus in bonas literas affectibus derivata. Nimirum manus recentior hunc codicem exaravit; cum vero cujusvis impressi typis libri non sit apographon, sed codicem quendam Ms. certissime in exemplar habuerit, non spernenda est ejus auctoritas, quoties antiquiorum librorum

lectionibus in subsidium accedat. Utrum plures sint Lucretii codices Mss. in bibliothecis Anglicis, vel publicis vel privatis, plane nescio: et causæ sunt, qua theologicæ, qua politicæ, cur nostrates eruditi non sint ad me fovendum, et conatus meos promovendos, nimis propensa voluntate: has autem, quod impensissime lætamur, ac serio triumphamus, jam jam evanescentes video; ut, exorto sole, matutini rores evaporantur: quod ideo in transcurso monitum volui, ne nimis incuriosi fortassis, aut indigentioris cujusdam, crimen apud aliquos, calumniis inhiantes, immerito subirem.

Anno MDCCLXXXVII. Lucretius impressus est Viennis ad codicem Vindobonensem, curante Francisco Carolo Alter, gymnasii Vindobonensis professore. ‘Extat hic codex membranaceus in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, et sæculi MD. scriptura nitet quidem elegantissima, sed multis adeo vitiis fœdata, ut in calce operis longam satis vitiorum seriem iis hominibus adjungerem, qui codicum Mss. vitiis delectari, verius dicam, nugari, consueverunt.’

Scilicet inter illos nugatores, qui scripturam ipsissimam vetusti codicis, sive sincera sit, sive demum vitiosa, fideliter representatam velint, egomet nimis velim nomen profiteri meum: et gratias ago libenter maximas, habeoque, huic *nugatori*, quod *vitia* hujusce codicis notaverit; cum genuinas aliorum librorum lectiones, atque haud dubie Lucretianas, sæpiuscule confirmet. Utinam, *σὺ ζυγε γνήσιε!* somnus tibi, tuum munus exequenti, non aliquoties subrepsisset; nec commentitias recentiorum emendatorum divinationes loco *vitiorum codicis*, in contextu nimium nimium negligenter, uti vehementer suspicor, reliquisses: quod sane te subinde quidem, quamvis inconsulto forsitan, fecisse, mihi est in omnium longe persuasissimis. ‘Unum hoc maceror, et doleo tibi, Carole! deesse.’

Idem editor non est etiam dedignatus ascribere codicis alterius *vitia*, nugatores criticos ex abundante demereri cupidus. Hicce codex, in eadem bibliotheca repositus,

continet ‘ fragmenta Lucretii ex libris, II. III. et VI. a ver. 743. usque ad finem; et in principio sæculi XIV. exaratus videtur.’

In brevi notitia literaria de variis editionibus Lucretii, quam professor ille, deliciae nugatorum, suæ præfixit, mentio facta est exemplaris in bibliotheca Vindobonensi, Venetiis impressi per Theodorum de Ragazonibus, anno MCCCCLXXXV. quam editionem equidem nunquam vidi: sed eo minus hoc infortunium dolendum est, quod expressa sit ad editionem Veronensem, iudice professore nostro; cum ‘ multis in locis, atque adeo in lacunis, cum illa exacte conveniat.’

‘ Jam vero, quo melius caveremus, ne moles inutilis editioni nostræ ex prolixis repetitionibus accresceret, et pretium pariter incenderetur; libros illos, qui varietatibus codicum Mss. sint instructi, et ipsos codices tractatos nobis, compendiariis characteribus significandos esse duximus: quorum nunc in ordinatio reddenda est.

V. ed. literæ designant editionem illam Veronensem, de qua modo, quot habuerim dicenda, dixi.

Bodl. designat codicem Bodleianum Oxonii, cujus accuratam atque novam collationem se nactum esse gloriatur Havercampus; nam Creechius prior adhibuerat. Cum hoc codice et editione Veronensi tanta est consensio varietatum, ut valde suspicatus sim dolum aliquem collatoris; neque prius hac suspitione sum solutus, quam ad secundum librum meas animadversiones continuaveram: tum demum vir amplissimus, GULIELMUS JACKSON, B. D. in Academia florentissima Oxoniensi prælector Græcæ linguæ doctissimus, cum quo forte fortuna in bibliopolium quoddam Londinense conveneram, et super hac re sermones cæderem, falsam et iniquam opinionem, isto de codice, non ex vanis rationibus susceptam tamen, me benigniter dedocuit. Re vera in bibliotheca Bodleiana ille codex hodieque asservatur; sed non magnam vetustatem jactat, neque multæ frugis sunt, quæ referuntur, variationes ejus: ideoque non modo minus pœnitet indiligentius

recensiti, sed angor levius, inhumanissimas bibliothecæ Bodleianæ leges, omnibus mortalibus, levissimo saltem contactis sapore doctrinarum, odio atque execratione prosequendas, mihi liberam tractationem ejus haud permisisse. Mox, ut augurari soleo, illucescet ille dies, cum doctos homines et literarum penetralia pudebit, se tam diu barbaris hisce conditionibus patienter esse colligatos.— Ceterum, satis saltem constat, exemplari Bodleiano, et editioni dictæ Veronensi, unum codicem, vel ejusdem prorsus familiæ, pro archetypo primitus extitisse.

Gottorp. fr. Gottorpiam est fragmentum, Havercampo atque aliis eruditis celebratum, ætatem attingens 800. vel 900. annorum; quod infauste tamen explicit cum versu 454. secundi libri.

P. Pii est editio Bononiensis, de qua supra.

Vind. literæ exemplar Vindobonense, modo memoratum nobis, indicant: Vind. fr. vero, fragmentum codicis, ibidem declaratum, quod incipit ad lib. II. ver. 658. interrumpitur ad lib. III. ver. 614. nec prius de novo exorditur, quam ad lib. VI. ver. 747. devenias; unde ad finem libri continenter pergit.

Voss. L. B. prior liber Ms. membranaceus, duorum pulcherrimorum ac vetustissimorum, quondam Isaaci Vossii, qui in bibliotheca universitatis Lugduni Batavorum asservantur, a me designatus est;

Voss. vet. autem posterior liber: quorum varietates recensuit Havercampus.

O. codex est Domini Poore, supra laudati: prius autem ad paginam quadragesimam volumen hoc progressum est, quam hicce liber mihi in manus venerit.

Cant. Cantabrigiensis liber est.

Mus. B. 1. 2. 3. codices Musci Britannici, ad ordinem recensionis nostræ, super illis habitæ, in præcedentibus.

Valde laboravi in orthographia textus Lucretiani constituenda; ut ἀρχαιοπινῆ nitorem illum, ac florem ferrugineum venerandæ vetustatis, importunis correctorum manibus passim detersum, in quantum sana grammaticorum priscorum

judicia et subinde codicum auctoritas suffragarentur, redac-
cenderem. Res hæc erat ostentationis quidem parvæ, sed
perquam ærumnosa, et multæ diligentiae ac industriæ, ut
rationes ejus ad liquidum perducerentur, et aliquo tandem
modo constarent sibi: sed hæc diligentia et industria, nisi
simile negotium fungentibus, non comparebunt tamen. Pro
officio nimirum habui multam et ingratam operam in hac
re ponere; sed, tantis tenebris hæc tota ratio involuta est,
ut malim lectoris ad indulgentiam confugere, quam censu-
ram provocare. Quoties fax librorum scriptorum mihi præ-
luceret, in plurimis haud dubitabam sequi: sed multa sunt
adhuc in hac re rectius constituenda; de quibus meo judi-
cio manus trepida non ausa est obsecundare. Cum vero
sententiam meam in commentariis super hac disputatione
sæpenumero interposuerim, non necesse est, ut in hoc loco
tempus teram; itaque ad alia me transferam, cum te ad
Vossium demandavero, de hoc orthographiæ negotio scite
statuentem, in art. gramm. 1. 43. init. atque, prout ingenuum
virum decet, commonuero, unam et alteram dictionem esse
in primis plagulis aliter, atque in sequentibus, memoriæ
vitio, exaratam; quamvis secundas partes ageret impendio
viriliter perdiligens inspector operarum; cujus acumini non
paginae solummodo, sed commentationes meæ, tempestivam
aliquoties expurgationem debent. Nihil autem dissimu-
landum duxi, quamvis hæc minutiae turbam lectorum proba-
biliter effugituræ viderentur. Libenter sperem, simplicem
hunc errorum leviusculorum confessionem editioni meæ con-
venire; vel plures et crassiores fortasse virtutibus suis re-
demturæ, nisi parenti suo nimium blandiatur, nihil suis
viribus parcenti, ut in manus hominum quam emendatis-
sima veniret.

Nil cumulat, verbisque nihil fiducia celat:

Fucati sermonis opem mens conscia laudis

Abnuit—.

Porro cum Virgilium, poëticæ compositionis artificem
absolutissimum, Lucretius noster, ingenio poëtarum Ro-
manorum maximus, (nisi fortassis unius illi de palma me-

rito contenderint luxuriosissimi Nasonis ubertas et amplitudo,) magna ex parte, quantus est, effecerit; venustis hominibus me rem valde jucundam facturum esse credidi, si Minciani vatis imitationes undique conquirerem, et cum exemplaribus suis apposite commissos specialiter exhiberem. Hanc esse mei laboris partem nullo modo infructuosissimam, ab ostentatione licet longissime remotam, deputare soleo; et amœnissimam futuram hinc institutam comparisonem hominibus elegantioris ingenii libenter auguror. In hoc officio multa sunt, quæ diligentiam eluserint doctorum, qui se ad hanc rem ex professo contulissent; et ægre, nisi ex compertis, credi poterat, poësin Virgilianam quam penitus imbuerit, quam medullitus incoxerit, oratio Lucretiana. Hunc autem ex abundanti fructum hac collatione provenisse mihi vehementer gratulor, quod hinc complusculis ulceribus Virgilii, sanitatis speciem mentientibus, ideoque difficili et periculosa tractatione, medelam efficacissimam admovere quiverim: unde apud quicquid est hominum venustiorum me gratias ingentes initurum spero, confidoque.

Jam vero, non alius est poëta, in quem licentia criticorum, ingenii suis temere indulgentium, sævius grassata est, atque in Lucretium; aut quem corruptiorem docti terunt arbitrariis emendatorum interpolationibus. Nos, auctoritati librorum scriptorum, qua potuimus, et Latini sermonis sinceræ leges sinerent, fideliter obsecuti, et subinde per leviores ex ingenio mutationes, de rationibus ad codicum vestigia religiosissime subductis, timidiuscule progressi, depravationes innumeras profligasse, ac venustates sermonis quam plurimas, demortuas plane conclamatasque, immo deperditas et oblitteratas, nobismetipsis saltem videmur resuscitasse. Neque enim interea non opere summo cavebam semper ab illa temeritate corrigendi, quam vitiosissime usurpari quibusdam Lucretii editoribus animadvertebam; et nolui committere, ut in hac vituperatione inconstantissimus omniium homunculus haberer; et ea reprehensio, quam prioribus haud dubitaveram illinere, in caput proprium denuo recideret.

Ceterum, de commentariis meis, quos multis vigiliis et improbo studio contexui, praecipua mihi felicitas continget, atque propositi, quod animo semper eram contemplatus, tunc demum compos fiam, si rationes sic videbor in notis concinnandis prudenter attemperasse, ut eas nec docti fastidiant, et intelligant tirones fructuose; atque hinc adeo, sicuti ait ille, utrique rei scienter occurrerim, ut mederi possim cum satietati, tum ignorantiae, lectorum. Quantillum denique sit illud, quod indefessa diligentia consequi valuerim, probe scio: nec tamen animi iudicium, sacramento literarum liberalium legitime obligati, et humanitat ispleni, reformidem; neque ita sum profecto ab omni laudis appetitione alienus, ut non valde cupiam secundae aliquid opinionis mihi met acquirere. Lividulos autem censores nostros nihil moror; homines, veris literis aut leviter contactos, aut, quas arripuerint, pravis affectibus dehonestantes: qui doctorum conatus, illis displicentium, ex professo deamant deprimere, et fovendis honorandisque Musarum aeseclis nullam operam impertiuntur. Quoties vero cessaverim, et intentionem animi videbor renisisse, mihi vehementer gratulabor, ac cum meis studiis feliciter actum esse existimabo, si, liberalibus atque vere eruditis errores benevole monstrantibus, malignam cavillatorum intemperiem potero lucrifacere.

In universum sane, hoc vel in maximis omnium a memetipso obtinendum esse arbitratus sum, ut ne quid me putem scire, quod nesciam; quaeramque semper addiscere, quod ignorem: cum sentiam, minus prodesse perite quid facere, quam obesse perperam fecisse. Nimirum, in his temporum angustiis, nemo debet admiratione commoveri, nedum indignari debeat, si, laboribus suis victitantes, et re familiari arctiore vigiliis addicti, nec non (quod rei caput est) inter librorum vetustiorum raram nimis nimis supellectilem tenebricose dispalati; si scilicet, his incommoditatibus pressi districtique, quaedam emittant nimium deproperata, neque ad unguem praesectum, quemadmodum vellemus,

complanata. Alia sunt insuper, meas vitæ rationes attingentia, et magnam apud mentes benignas humanitas admissorum excusationem habitura:—de quibus tamen melius tacere puto, quam questibus ambitiosis inaniter indulgere.

Porro, ne me fortassis, ab tali puerili φιλαυτίᾳ remotissimum, lector existimet propriis ingenii foetibus plus æquo delectari, quod cum toties ad Silvam meam Criticam remiserim; docendus restat, me compertum habere, ex usu literarum maturiore, plurima in istis lucubrationibus inveniri, quæ sint juveniliter temeraria, ἀπροσδιόνυσα prorsus, et homine critico indigna; sed quæ in sitientem famæ, rure tamen abditum, et a libris sermonibusque doctorum disjunctissimum, facillime possent cadere: sunt autem rursus plurima rite excogitata, qualia viros harum rerum callentes jucunde morabuntur, et ætatem ferent: ea potissimum, quæ in Novi Fœderis monumentis explicandis atque illustrandis occupantur; alibi, nisi fallor, haud temere reperienda: quod sætio triumphamus. Non enim ii sumus, qui sacros libros vel cum nobilissimis ethnicorum veterum in eadem trutina velimus ponere, aut eodem studio commentandos, ac meditando, cordatis saltem hominibus autumemus: πολλοῦ γε καὶ δεῖ'

Χρῦσα χαλκείων, ἐκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Jam vero, prius libet brevissime disquirere, quam huic præfationi finem ponam, utrum Lucretius noster alia ingenii monumenta quæpiam literis mandaverit, quæ in hoc ævum non perduravere. Certe, cum in animo habuisse de situ et qualitate sedium sanctarum, quas numina Deorum tenent, de tenuissima itidem ipsorum natura, prorsus intactili, neu admittente tactum utique, nec vicissim exercente;—non perfunctorie disserere, suo ipsius etiam testimonio liquidissime colligitur, in lib. v. verr. 147—158. cum argumentorum propositorum seriem, qui sequitur, versus claudat: 'Quæ tibi posterius *largo sermone* probabo.' Sed enim an absolverit promissum, et ingens opus, quantumvis æstimandum pretii, ruinæ temporum oppresserint; an

consilium mutaverit; an rursus id agentem mors intercluserit acerba; nullus equidem de plano affirmaverim. Commentaria sane Serviana, ad Virgil. *Æn.* vi. 596. suspicionem injiciunt haud levem, hos etiam, quibus fruimur, libros sex De Natura Rerum aliquatenus imperfectos ad ætatem nostram descendisse: de qua re paucula submonuimus in nostris animadversionibus ad lib. III. ver. 991. quo se lectores conferant:

*ἔχθρὸν δέ μοι ἔστιν
Αὔτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.*

Aliud carmen, Lucretio relictum, olim extitisse, Varronis testimonio saltem probabile efficitur; cujus verba, prout leguntur in lib. iv. sect. 3. de ling. Lat. non pigebit ascripsisse: ‘A qua bipartita divisione, LUCRETIUS suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc: ‘Ætheris et terræ genitabile quærere tempus.’’ Si sanus sit hic grammatici locus, nec nomini proprio scripturæ vitium insideat; qua voce, quo fletu, tantum literarum infortunium, nullis artibus medicabile, lugebimus? Tempus! vastator omnium, tibi profecto felix, nimium felix, visus est Musarum chorus, hæc si dona propria fuissent; nam Lucretium meum, vel ingenii viribus, vel elegantia doctrinæ, cuivis veterum fortiter opposuerim:

quis est crudelior in nos
Te Deus? Ut semper gaudes illudere rebus
Humanis!

Denique, ob grandissimos operis hujusce sumtus, mihi gravissime incumbentes, prius volumen, ut antecursorem quendam, qui publicam opinionem speculari quiret, et gratiam aucupari, necessum habui præmittere: et actum est profecto de fortunis meis, et editionibus poetarum veterum per sudores meos in futurum procurandis, nisi sit hoc specimen lautis iudicibus liberaliter exceptum: quod sane vel ad omni luxu typographico condecorandum, quo pulchrius veniret elegantibus formarum spectatoribus commendatum, apparatus ne sumtuosissimi quidem cessave-

runt. Interea, candide lector, et erudite! indices duo, alter criticus omnium in commentariis notabiliorum uberrimus, et alter locupletissimus verborum, libro sexto subjicientur. Quæ supersunt autem, prelum strenuissime exercent, et paucis abhinc mensibus hoc volumen, Deo favente, insequentur. Vale!

GILB. WAKEFIELD.

E Museo meo,
prope Londinum, Novemb. die xx.

DIONYSII LAMBINI PROLEGOMENA

DE C. MEMMIO GEMELLO,

CUI POEMA SUUM OBTULIT LUCRETIUS.

ADMONITUS a typographo, paginam unam, atque alteram vacuum fore, nisi quid, quo expleretur, ei suppeditarem, hæc subito de Memmiis scripsi. Memmiam gentem plebeiam fuisse declarant tribunatus plebis a Memmiis gesti. Verumtamen, si nobilitas antiquitate penditur, nobilissima est. A Menestheo enim Trojano oriundam esse traditum est, idque testatur Virgil. lib. v. 117. hoc versu, ‘ Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmî.’ Itaque non immerito Lucr. hunc C. Memmium Gemellum, ad quem suos libros misit, *claram Memmii propaginem* dixit. De quo potissimum, ceteris Memmiis præteritis, ne nimis longi simus, hæc pauca dicamus. Hic igitur ille est C. Memmius Gemellus, ad quem scriptæ sunt epistolæ aliquot a M. Tullio, Lib. XIII. epist. ad Famil. Patris exulantem, cum Athenas tamen, et Mitylenas interdum itaret : is tribunus pl. M. Lucillum accusavit, et quo minus L. Lucullus ejus frater triumpharet, diu obstitit. L. Pisone, et A. Gabinio coss. præturam gessit, ut ex M. Tullii lib. i. epistol. ad Q. Fr. epistola II. in extr. intelligere licet. Post præturam Bithynia provincia ei obtigit : quo proficiscentem secutus est C. Valerius Catullus, ut Catullus ipse quodam loco testatur. Petiit postea consulatum cum M. Æmilio Scauro, M. Vale-

rio Messala, Cn. Domitio Ahenobarbo, Cæsaris opibus et suffragio fretus, ut ex epistola XVI. XVII. XVIII. lib. IV. epistolarum ad Atticum, et epist. VIII. lib. III. ad Q. Fratrem, cognoscere licet : sed repulsam tulit, et ambitus reus factus est, ut idem scribit epistola II: lib. III. ad Q. Fr. et epistolis supra commemoratis libri IV. ad Attic. et, quamvis patronum Ciceronem nactus, nihilominus tamen damnatus fuit, et Patras exulatum abiit. Ciceronem autem causam ejus defendisse, patronumque ejus fuisse, satis hoc declarat, quod ille eum *clientem suum* appellat libri XIII. epistolarum ad Famil. epistola XIX. ex eademque epistola perspicuum est, eum in exilio mortem obiisse, neque unquam restitutum esse : quamvis eum restituere Curio cogitarit, ut scribit idem M. Tullius epistola I. lib. VI. ad Atticum. Epicureum, et poëtam fuisse constat, ut non sit mirum, T. Lucretium Carum, poëtam nostrum, ipsum quoque Epicureum, ejus familiarem fuisse, eique suos de natura rerum libros dicavisse. Hæc habui, quæ raptim de hoc C. Memmio Gemello scriberem.

OBERTI GIFANII PROLEGOMENA

DE GENTE MEMMIA.

DE hac gente, quia pauca veterum scriptis eaque hic illic sparsa supersint, nemoque hoc erudito sæculo scripserit, quod equidem sciam, difficile est et arduum multa eaque certa comparare et constituere : utile tamen est videre gentium ac familiarum ortus et interitus, quarum rerum cognitio historias legentibus omnino est necessaria. Itaque cum Ciceronem, Livium, Sallustium, Virgilium, et maxime poëtam nostrum legentibus futura sit utilis et jucunda hæc descriptio, difficultate et obscuritate non deterriti, gentem hanc Memmiorum exponere conabimur. Et ut ab ultima origine eam repetamus, scribit Virgilius antiquissimam esse, et a Trojanis oriundam : inquit enim doctiss. poëta l. v. 117. ‘ Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmî.’ Verum in r. p. primum belli Histrici tempore, quod a Claudio Pulcro cos. anno U. C. D. LXXIII. confectum fuit, ejus mentionem invenio. Livius enim libro XLI. C. Claudio Pulcro, Ti. Sempronio coss. anno post trium clariss. ducum Philopœmenis, Scipionis, et Hannibalis mortem, septimo ; sex annis ante gravissimum ac nobiliss. illud cum Perseo Macedoniae rege bellum : eo igitur tempore, scribit Livius C. Memmium prætorem creatum esse, eique evenisse provinciam Sardiniam. Unde intelligas, alios etiam magistratus eum, puta quæsturam et ædilitatem, gessisse : quod sancte gradus illi tum servarentur, et biennio ante le-

gem annalem tulisset L. Villius, teste Livio lib. XL. Fuit autem plebeia gens Memmia: id ex eo perspicuum erit, quod tribuni plebei, uti mox annotabimus, subinde fuerint Memmii, quem magistratum legibus, opinor, sacratis patricios capere nefas erat. Cic. pro domo sua. Nobilissima tamen ea fuit, maximeque doctrinarum studiis floruit: et haud scio, an non a Cæsare Octaviano lege Sænia inter patricios ascripta sit. Porro C. ille Memmius, de quo jam meminimus, quarto deinde anno, quod est coss. C. Popillio Lænate, et P. Ælio Ligure, ea tempestate, cum jam parabatur bellum Persicum, iterum Prætor factus Siciliam, ut Livius ait lib. XLII. sortitus est. Admonendus est lector apud Livium lib. XLI. ubi C. Memmium primum rogatum Prætorem commemorat, mendose scriptum esse, C. *Mummium*, quod alibi etiam accidisse indicabimus. Hujus duo, ni fallor, erant filii, C. et L. Memmii: quorum facundia multorum scriptis celebrata est. ‘Tum etiam,’ inquit Cicero in Bruto, ‘C. et L. Memmii fuerunt oratores mediocres, accusatores acres atque acerbi, itaque in iudicium capitis multos vocaverunt; pro reis non sæpe dixerunt.’ Sallustius autem de C. Memmio; ‘Sed quoniam,’ ait, ‘ea tempestate Romæ Memmii facundia clara, pollensque fuit, decere existimavi unam ex tam multis orationem ejus perscribere; ac potissimum eam dicam, quam in concione post reditum Bestiæ hujusmodi verbis disseruit.’ De Lucio etiam Sisenna commemorat lib. IV. his verbis: ‘L. Memmium socerum C. Scribonii tribuni pl. quem Marcellini consiliarium fuisse callebant, et tunc Curionis oratorem.’ Hi autem bello Jugurthino et Syllanis temporibus maxime fuerunt in honore ac pretio. Caius multis auctus honoribus, cum ad consulatum petendum accessisset, facileque eum, quia et vitæ, ut Orosius ait, integritate, sanctitate morum, et eloquentiæ laude esset clarissimus, videretur consecuturus, a Saturnino, trib. pl. (qui illum suis actionibus maxime adversarium metueret) in ipsis comitiis, in campo Martio fuste comminutus, nefarie trucidatus est, C. Mario VI. L. Valerio Flacco coss. anno ante memorabile illud Romanorum cum Cimbris ac

Teutonis praelium. Cic. in Catil. 4. Livius epit. 69. Appianus lib. 1. ἐμφυλ. In libello de viris illustribus Ro. cap. de Appuleio Saturnino, ubi idem scelus commemoratur, perperam editur *Mummius*. Accusavit Caius L. Calpurnium Bestiam, Cicerone teste, credo, repetundarum: namque Bestia in Numidiam consul cum exercitu missus, et ab Jugurtha pecunia corruptus fuit, et avarissime socios expilavit, quod egregie narrat Crispus. Tulit hic tribunus pl. legem de Jugurtha Romam evocando, Nasica et Bestia coss. ad causam, inquit Sallust. dicendam. Neque vero dubito, quin idem, ut erat moribus sanctissimis, legem tulerit Memmiam, cam qua cautum fuit, ne qui reip. causa abessent, rei fierent: tum, ut calumniatoribus et corruptis pecunia accusatoribus convictis, K litera, ut Kalumniæ nota, in frontem imprimeretur. Cic. pro Sex. Roscio, Valerius lib. III. Papinianus Jc. in l. quæsitum Dig. de testib. ubi non recte meo judicio scriptum *Rammios Brundisii* invenio: est et *Remnius* grammaticus: *Rammii* nusquam. De Lucio, Cæii fratre, nihil præterea comperi. Fuit subinde et alius ex eadem gente M. Memmius, quem puto superiorum fuisse fratrem, aut certe patruelem. Eum habuit quæstorem Cn. Pompeius in bello contra Sertorium in Hispania gesto: nam et affinitate illi, ducta in uxorem Pompeii sorore, junctus erat: qui in quadam contra Sertorium pugna in agro Saguntino tandem fortissime occubuit. Cic. pro Balbo. Plutarch. Sertorio. Orosius lib. v. cap. 23.

Venimus jam ad C. illum Memmium, cujus potissimum nomine omnis hæc a nobis suscepta est commentatio, ut cui suos de rerum natura libros conscripserit Poëta noster, uti temporum ratio hæcque tota Memmiæ gentis deductio evincunt. Hic igitur superioris Lucii, ut Cicero testatur, filius, magnam adolescens operam in bonis artibus posuit, adeo ut doctissimus evaserit; virosque etiam eruditos singulari amore sit complexus ac juverit. Athenas profectus iisdem cum Lucretio præceptoribus usus videtur. Romam deinde reversus, cum aliquantum temporis se r. p. probasset, a majoribus et eloquentia ac doctrina, virisque erudi-

tis et Pompeii familiaritate adjutus, ad honores provectus est. Prætor autem creatus Bithyniam obtinuit: in qua profectioe comitem habuit poëtam Catullum; fortasse et nostrum suumque Titum, et Curtium Niciam grammaticum nobilem, quem familiariter apud se semper habuit, inquit Suetonius. Reversus ex provincia, quia non recte eam administrarat, ut indicat etiam Catullus; aut certe provincialibus quibusdam injuriam intulerat; accusatus fuit a C. Cæsare: id colligo ex Agellio, qui e Cæsaris oratione pro Bithynis in Memmium hæc affert verba: ‘Vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate hoc munus, Memmi, refugere non potui.’ Sed hic etiam pervulgatum est, *Mummi*. Tum vero acerbè Cæsarem accepit Memmius, et in eum oravit acerrime, ut ex Suetonio in Cæs. percepi. Credibile est ei Memmium objecisse de prostituta olim apud Nicomedem Bithyniæ regem pudicitia. Cujus exitum judicii licet nullum invenerim; certe tamen credo absolutum fuisse Memmium. Interjectis enim paucis admodum annis tribunus plebi Gabinium accusavit repetundarum, L. Domitio et Ap. Claudio coss. et eodem anno C. Rabirium Posthumum, quem defendit Cic. cujus extat oratio. Consulatum etiam tum petit noster Memmius cum Domitio, Messala, Scauro, aliis: omnes summa contentione et libidine, adeo ut nemo in proximum annum consul creari potuerit; et interregna, ut ait Cic. in eo anno fuerint compluria. Redierat jam in gratiam cum Cæsare Memmius, in eoque, ut idem Cic. magnam spem posuerat; et ab eo licet in Galliam absente, in ea re non nihil, inquit Suetonius, erat adjutus: verum frustra. Nam cum quatuor illi candidati multique alii ob turpissimas pactiones et dona accusati essent; altero tandem anno, Cn. Pompeio cos. anno 10. cci. Memmius lege Pompeia de ambitu cum Hypseo et aliis quibusdam, etiam Cic. defensore, condemnatus, in Græciam exulatum abiit: quam rem attingit Cic. lib. 11. ep. 3. ad Quintum, et copiose narrat Appianus lib. 11. ἐμφυλ. Athenis aliquamdiu fuit, ubi ad studia philosophica, in quibus a puero semper deditus fuerat, se retulit. Cic. lib. v. ep. 11. ad Att.

Epicuri autem rationem cum secutum esse et noster Poëta, et Cic. plane confirmat, eaque re videtur nescio quid in Epicuri honorem ædificare voluisse, ut in Academia Cicero, lib. XIII. ep. Cic. ad Memmium. Postea abjecta ædificatione, Mitylenas, mox Patras (quod est oppidum Achaiae prope a Corintho) concessit. Hic, civis tandem factus, Lysonis civis Patrensis, honestissimi viri ac Cic. amici, filium adoptavit, sibi que hæredem scripsit: neque ita multo post ibidem, ut opinor, decessit. Hæc e Cic. colligo, cujus verba ad Ser. Sulpicium Achaiae procos. septem post condemnatum Memmium annis, ut aliis etiam sint in promptu, ascripsi: ‘Cum Lysonem Patrensi,’ inquit Cic. ‘est mihi quidem hospitium vetus, &c. Sed eo vehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias, cujus dubia fortuna, timidius tecum agebamus: verentes, nequid accideret ejusmodi, ut ne tu quidem mæderi posses. Explorata vero ejus incolumitate, omnia a te studia summa cura peto; quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo: in his adolescentem filium ejus, quem C. Memmius Gemellus, cliens meus, cum in calamitate exilii sui Patrensis civis factus esset, Patrensi legibus adoptavit: ut ejus ipsius hæreditatis jus, causamque tueare.’ Ex his M. Tullii verbis tam de morte Memmii, quam de loco domicilii, multisque aliis rebus, certi quid facillime intelligi potest. Ne quis tamen addubitet, apponam alterum Cic. locum, quo superiora pleraque omnia mirifice confirmantur. In lib. ergo de claris oratoribus ad Brutum, quem eodem illo anno, nempe Cæsare et Lepido coss. conscripsit; et in quo oratores jam mortuos colligit, de C. hoc Memmio ita ait: ‘C. Memmius L. F. perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sane Latinarum, argutus orator, verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi laborem; tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriæ.’ Optimatum vero enim fuisse studiosum ab ineunte ætate testatur idem Cic. in Rabiriana. Unum hoc in eo reprehensione dignum (nam de ambitu injuria damnatum dicit Cic.) ex Catullo, Cic. et Tranquillo

invenio, quod in res Venereas fuerit pronior: sed hoc ea ætate qua vixit crimini vix datum fuit; tam inquinata erant omnia. Scripta ejus commemorantur ab Agellio, Charisio, et Prisciano. Poëmata in noctibus Att. dicuntur duriora. Ex oratione quadam hæc adducit Priscian. lib. VIII. ‘Quam stulte conficta, quam sunt aperte ementita.’ Apud Sosipatrum male etiam, uti puto, *Mummius* extat. Verum de Memmiis satis, quando jam perspicuum est, quis ille et quantus vir fuerit, cui suum opus inscripsit Lucret. qua maxime re a nobis instituta fuerat oratio. Longum esset de Memmiis Quirinis et Regulis, superiorum, ut puto, posteris, qui ad consulatum etiam r. p. jam oppressa pervenerunt, dicere; de quibus Suetonius, Tacitus, Fasti consul. Capitol. nummi, et inscriptiones antiquæ. De Cerialibus etiam Memmiorum sacris, ac Floralibus, quorum apud Ang. Politianum et P. Victorium, et in monumentis antiquis nonnulla est mentio, quia res obscura est, et instituto nostro parum utilis, prætermittimus: hoc unum addidisse contenti, me in hac gente illustranda et evolvenda valde adjutum esse a clariss. ac doctissimo Jc. Guidone Laurino: qui, ut est in omni antiquitate peritissimus, omnesque studiosos, cum fratre clariss. M. Laurino, incredibili studio prosequitur, ac fovet; omnia fere quæ de hoc genere in Adversaria sua retulerat nobiscum humanissime communicavit.

T. LUCRETII CARI

Patria, genus, vitæ studium, ingenium, mortis genus et tempus, librorum ab eo scriptorum numerus, consilium Poëtæ, argumentum et inscriptio operis, D. Lambino auctore.

CUM de T. Lucretio Caro nihil fere literis mandatum sit a veteribus, aut certe pauca admodum, eaque incerta; atque idcirco, qui ejus vitam conscribere antea conati sunt, ii mihi artem quandam divinandi factitasse viderentur; non putaveram olim, mihi quicquam in ea re studii temporisve ponendum, quæ vani cujusdam harioli potius quam diligentis explicatoris operam desideraret. Ne nunc quidem calamum ad aliquid ea de re scribendum in manum sumsissem, nisi amici aliquot mei, quorum auctoritas multum apud me valere debet, quibusque diutius obsistere neque potui neque debui, me de mea pristina sententia demovissent, mihi que persuasissent, ut, quæ alii suo more exposuissent, ea ego retractarem meo, cum præsertim iidem fontes, unde illi hauserunt, mihi quoque, atque adeo omnibus hominibus paterent. Qui utinam essent non solum uberiores ac pleniores, verum etiam liquidiores ac sinceriores, ut certiora de nostro Tito, atque exploratiora ex iis petere liceret. Sed quid agas? Quæ nobis suppetunt, qualiacumque sint, iis libenter et jucunde fruendum: quæ desunt, iis æquo animo carendum. Dissimulare equidem non possum, me hoc negotium gravate suscepisse, quod tam multi viri ante me confectum ac transactum reddiderunt, P. Crinitus, Baptista Pius, Lilius Gyraldus, alii que nonnulli. Sed cum hanc causam amicis meis opponerem,

respondebant, eos non satis eleganter, et propemodum inquinata hanc rem confecisse; atque a me petebant, ut paulo nitidius ac politius eam persequerer: cum dicerent, non tam referre quid diceretur, quam quo modo diceretur. Postremo, cum preces quoque adhibuissent, meque per amicitiam nostram obsecrassent, ut sibi etiam atque etiam petentibus hoc darem; ad extremum victus cessi, levius me peccaturum esse existimans, si actum agerem, quam si amicis aliquid a me, præsertim neque turpe neque iniquum, petentibus denegarem.

Hæc igitur nobis quærenda, et, quoad ejus fieri potest, exponenda sunt: T. Lucretii patria, genus, vitæ studium, ingenium, mortis genus, librorum ab eo scriptorum numerus, consilium scriptoris, argumentum et inscriptio operis. De patria igitur, constat inter omnes, idque vel ex ipsius poëtæ testimonio intelligere licet, eum Romanum esse. Sic enim ille in proœmio lib. i. 39. Venerem implorans, eamque rogans, ut exorato Marte, cujus est amica, bellum per maria ac terras omnes componat pacemque conciliet: ‘Hunc, tu Diva,’ (inquit) ‘tuo recubantem corpore sancto, Circumfusa super suaveis ex ore loquelas Funde, petens placidam Romanis incluta pacem. Nam neque nos agere hoc, patriai tempore iniquo, Possumus æquo animo; neque Memmî clara propago Talibus in rebus communi deesse saluti:’ et eodem libro infra 831. ‘nec nostra dicere lingua Concedit nobis patrii sermonis egestas:’ et lib. iii. 259. ‘rationem reddere aventem Abstrahit invitum patrii sermonis egestas:’ Itaque quod de T. Pomponio Attico scripsit Cornelius Nepos, munus illud Fortunæ fuisse, quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem patriam haberet, et dominam, &c. hoc idem de nostro Tito dicere licet, eandem urbem ejus patriam fuisse, et gentium dominam, siquidem Roma patria ejus est, ut est. Atque hæc quidem de patria.

De genere autem, gentis Lucretiæ fuisse T. Lucretium, nomen ipsum declarat. Porro autem gens Lucretia quam clara atque antiqua fuerit, argumento sunt

Lucretii Tricipitini, Triones, Ofellæ, Vespillonones, Galli. Quod vero ad cognomen attinet, tametsi rarius in Fastis et ceteris monumentis compareat, Romanum esse tamen et ex elegiis nonnullis P. Ovidii et epigrammatis M. Valerii Martialis intelligere licet. Sed credibile est, hujus familiæ Lucretios, equestri ordine contentos, populi honores non magnopere expetisse: quod nemo mirabitur, qui legerit, C. Mæcenatem Vipsanium, cum et Cæsari Augusto et M. Agrippæ carissimus, atque adeo intimus esset, ideoque amplissimos honores capere, atque ad senatorium ordinem pervenire posset, angusto clavo tamen contentum fuisse. Licet etiam dicere, Lucretium nostrum e Vespillonum aut Ofellarum familia fuisse, duoque cognomina habuisse, cum ad commune totius familiæ cognomen, aut Vespillonis aut Ofellæ, cognomen Cari accessisset, vel propter ingenii magnitudinem et præstantiam, vel propter morum suavitatem et comitatem, vel propter aliquid tale. Quod ut facilius credam, facit vel Q. Lucretius Vespillo, jurisperitus, quem commemorat M. Tullius in Bruto, vel Q. Lucretius Ofella, quem idem ibidem scribit aptiorem fuisse concionibus quam judiciis: de quo fortasse et Velleius Paterculus lib. II. verba facit: vel potius alter Lucretius Vespillo, cujus M. Tullius mentionem facit lib. VIII. epistolarum ad Atticum, epistola 5. et C. Cæsar lib. I. et III. de bello civili: ut credibile sit, Lucretium nostrum horum alicujus fratrem germanum aut patrualem fuisse. Neque me movet, quod Cæsar lib. I. de bello civili Lucretium illum senatorem appellat: fieri enim poterat, ut ex eadem familia alius esset equestris, aut etiam plebeii ordinis, alius senatorii. Quod si cui mirum videatur, consideret, M. Tullium Ciceronem, et Q. Tullium, ejus fratrem, equestri loco esse natos. Finge igitur, ex his duobus fratribus alterum se ad honores petendos et rempub. gerendam contulisse; alterum luce populari carere, suum negotium agere, et intra pelliculam se continere voluisse: quod tamen secus factum est; sed finge ita evenisse. Proculdubio is, qui ædilitatem majorem, præturam, consulatum adeptus esset, ut Marcus,

senatorii ordinis factus esset: ille alter, qui nullum magistratum gessisset, in equestri ordine mansisset. Hoc idem de nostro Tito dicere licet, eum equestri ordine contentum fuisse, cum ejus propinqui, quod se ad rempub. administrandam et ad magistratus gerendos contulerant, senatores facti essent. Quo posito et concesso, licebit eum referre in familiam aut Vespillonum aut Ofellarum, ut præter prænomen T. et nomen Lucretii, et cognomen Cari, vel sic appelletur, T. Lucretius Vespillo Carus; vel sic, T. Lucretius Ofella Carus. De duobus cognomentis autem dubitari non debet. Nullum enim dubitandi relinquunt locum P. Cornelius Lentulus Sura, P. Cornelius Lentulus Spinther, Q. Fabius Maximus Verrucosus, L. Cornelius Sylla Felix, L. Calpurnius Piso Frugi, alii, quos longum sit enumerare. Hæc sunt quæ de T. Lucretii nostri genere comperta habemus. Eusebius Pamphili F. eum natum esse tradidit Olympiade CLXXI. hoc est, Cn. Domitio Ahenobarbo, et C. Cassio Longino Coss. anno ab U. C. 1067. Alii, Olympiade CLXXII. hoc est, L. Licinio Crasso, et Q. Mucio Scævola Coss. anno ab U. C. 1068. Ex quo apparet, eum M. Tullio Cicerone annis XII. aut XI. natu minorem fuisse, siquidem M. Tullius natus est Q. Servilio Cæpione, C. Atilio Serrano Coss. et ita T. Lucretium Carum, C. Julium Cæsarem, Q. Tullium Ciceronem, C. Valerium Catullum, T. Pomponium Atticum, et horum æquales, non longe admodum inter se ætatibus destitisse. Idque consentaneum est cum iis quæ scribit Velleius Paterculus lib II. his verbis: ‘Jam pæne supervacaneum videri potest, eminentium ingeniorum notare tempora. Quis enim ignorat, diremtos gradibus ætatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium, senemque Crassum, Catonem, Sulpicium, moxque Brutum, Calidium, Calvum, Cælium, et proximum Ciceroni Cæsarem, eorumque velut alumnos Corvinum, ac Pollionem Asinium, æmulumque Thucydidis Sallustium, auctoresque carminum Varronem, ac Lucretium, neque ullo in suscepti operis sui carmine minorem Catullum?’ Neque ab his discrepant ea quæ scripsit

Cornelius Nepos in vita T. Pomponii Attici, his verbis: 'Idem (Atticus) L. Julium Calidium, quem, post Lucretii Catullique mortem, multo elegantissimum poëtam nostram tulisse ætatem vere videor posse contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas ejus Africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volumnio, præfecto fabrum Antonii, absentem relatum, expeditiv.'

Cum his congruunt et M. Tullii verba in epistola quadam ad Q. Fratrem, lib. II. quibus Quinti de Lucretii poëmate judicium comprobatur: quæ verba mox suo loco referemus. Quod ad studium attinet, credibile est, poëtam nostrum, cum ad poëticam et philosophiam natus esset, ingenioque suo indulgens, et naturam suam ducem secutus, philosophiam Epicuream approbasset, ut solutiore animo, et commodius philosophari posset, sese Athenas contulisse, ibique Zenonem illum, Epicureorum coryphæum, ut eum M. Tullius lib. I. de natura Deorum appellat, audivisse, atque hoc pacto totam Epicuri disciplinam accurate cognovisse, ac perdidicisse. Cum esset igitur Lucretius ad poëticam factus natura, ingeniique acumine excelleret; contentis popularibus honoribus, qui non solum equestri ordini, verum etiam plebeio patebant; (certe majoribus ejus et propinquis patuerant;) sive quod a populari levitate abhorreret natura, sive quod vitam suam ei disciplinæ, quam sequeretur, quamque amplexus esset, consentaneam esse vellet; (sapientem enim ad remp. accessurum negabat Epicurus;) constituit se intra fortunam suam continere, perpetuoque equestrem dignitatem retinere, neque longius progredi, idque multorum bonorum et clarorum virorum exemplo. Quamvis autem essent hi numero complures, unus Pomponius tamen multorum instar ei esse poterat: qui, cum ei honores amplissimos in sua civitate consequi liceret, ita privatus, quamdiu mansit in vita, vixit tamen, ut viris totius civitatis Romanæ amplissimis, et ornatissimis, et nobilissimis carissimus fuerit.

Quantus autem poëta sit Lucretius, quam acuto et acri

ingenio, quanta sit carminis ab eo scripti gravitas ac majestas, quantus ornatus, quam pulchri et præclari versus, quanta sermonis elegantia, mundities, integritas, atque, ut ita dicam, sanitas, cum omnes eruditi, qui hodie vivunt, intelligunt, tum qui patrum nostrorum ætate floruerunt, eo maxime declararunt, quod hunc poëtam in primis amabant ac lectitabant. Sed ultima illa, et maxime veneranda, utpote nondum peregrinis sordibus oblita, antiquitas, non obscure id significavit. Atque, (ut ab hoc potissimum initium sumam) quam bene existimarit de hoc poëmate Q. Tullius Cicero, Marci frater, homo subtilissimi ac politissimi judicii, declarat Marci ad eum epistola libro II. epistolarum ad Q. Fr. per quam sic ei rescribit: ‘Lucretii poëmata, ut scribis, ita sunt: multis ingenii luminibus tincta: multæ tamen etiam artis.’ Quæ potest laus ulla poëmatis esse major? Homerum laudant omnes veteres, ut ingeniosum, et omnia perficientem natura potius quam arte: contra laudatur Virgilius, quod in eo plus sit artis et industriæ, naturæ et ingenii minus. At Lucretius noster utroque valet, atque excellit, arte, inquam, et natura, ut quidem Q. Tullius Cicero, cui Marcus assentitur, indicat. Quid est, quod aliorum judicia aut testimonia requiramus? Hi duo multorum nobis testium instar esse possunt. Verumtamen alii quoque testes citabuntur. Ac secundo sane loco citetur Cornelius Nepos: cujus verba ex vita T. Pomponii Attici paulo ante protulimus, ea, quibus significat, Lucretium in elegantissimis suæ ætatis poëtis esse numerandum. Tertius producat Ovidius, cujus hi sunt versus:

Carmina divini tum sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Ejusdem sunt et hi:

Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,
Casurumque triplex vaticinatur opus;
Sic sua lascivo cantata est sæpe Catullo
Fœmina, cui falsum Lesbia nomen erat.

Citetur quartus Vitruvius: cujus hæc verba sunt lib. IX.

cap. 3. 'Cum vero neque moribus neque institutis scriptorum præstantibus tribuantur honores, ipsæ tamen per se mentes aëris altiora prospicientes, memoriarum gradibus ad cælum elatæ, ævo immortalis non modo sententias, sed etiam figuras eorum posteris cogunt esse notas. Itaque qui historiarum jucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti Deorum, sic et Ennii poëtæ simulacrum. Accii autem carminibus qui studiose delectantur, non modo verborum virtutes, sed etiam figuram ejus videntur secum habere præsentem. Item plures post nostram memoriam nascentes cum Lucretio videbuntur velut coram de rerum natura disputare: de arte vero rhetorica cum Cicerone: multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua Latina.' Itaque satis interdum mirari non possum, quæ tanta fuerit in Quintiliano judicii perversitas, ut primum cum Macro Lucretium, hoc est cum musca elephantum, compararit, cum sint inter se maxime dispares ac dissimiles; (Macrum autem eum significo, quem Quintilianus noverat: nam is, qui hodie est in manibus, non est Macer germanus, sed alius quidam Pseudomacer in antiqui et veri Macri locum subditus;) deinde scripserit, 'utrumque esse quidem legendum, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiæ faciant;' postremo subjunxerit, 'elegantem esse utrumque in sua materia; sed alterum humilem, alterum difficilem.' Nam primum Lucretius non fuit cum Macro comparandus, ut dixi, propterea quod nihil habent inter se simile. Deinde quod negat, Lucretii lectionem oratori prodesse posse ad corpus eloquentiæ constituendum: nihil unquam Quintilianus minus vere locutus est. Nam, sive verba simplicia, ac propria, et elocutionem ipsam spectes, paucis admodum verbis exceptis quæ poëta aut suo jure finxit, aut ab Ennio et aliis ficta usurpavit, potest orator ex sermonis genere, quo Lucretius est usus, orationem suam efficere, primum puriorem atque elegantior, deinde uberiorem ac nitidior; sive te ad rerum tractandarum rationem convertas, habet unde facere possit orationem elatiorem, grandior, excel-

siorem. Quemadmodum enim M. Tullius, Periclem illum, qui fulgurare, tonare, permiscere Græciam dicebatur, eo ceteris oratoribus præstitisse dicit, quod Anaxagoræ physici auditor fuisset; et Demosthenem illum, quem Longinus scribit ignis instar, eorum, quos afficere velit, animos incendere atque inflammare, tanto majorem evasisse, quod Platonem in Academia de rebus a sensu populari remotis disputantem audivisset; ita arbitror, eum oratorem, qui studiose Lucretium legat, multo majores in dicendo sonitus editurum, multoque vehementius animos auditorum quasi percussurum, et quocumque velit, impulsurum. Neque tamen hoc ita accipi velim, quasi hoc sentiam, disputationem de atomis, et de earum concursione fortuita, et de earum motu triplici, et similibus reb. ad eloquentiæ incrementum, ac pondus acquirendum oratori profuturam: sed hoc sentio, hoc dico, detracta certorum librorum materia, ejus tractandæ rationem ac figuras oratori magnos et uberes fructus allaturas, magnoque adjumento ad eloquentiam, omnibus suis partib. absolutam, comparandam futuras; et oratorem ab hujus poëmatis lectione profectum orationem confecturum longe grandiolem, magis sonoram, magis arduam, et excelsam, magis denique, ut ita dicam, exstructam, atque exaggeratam. Jam, quod idem ait, *Lucretium esse difficilem*; quid diceret, si his temporibus natus esset, quibus a certis hominibus, (quorum nominibus parco,) ita depravatus est, ut vix ejus pristina species agnoscat, cum et ætati Lucretii pæne vicinus, et Lucretii exemplaria integra et emendata, aut certe quam minime corrupta et mendosa, habens, hæc scripsit tamen? Atqui nihil est in Lucretio magnopere difficile homini tolerabiliter erudito, et in disciplina Epicuri non omnino hospiti. Quin pleraque in eo sunt, quæ non debet ignorare homo honesto loco natus, et liberaliter educatus, et bonis artibus eruditus, nedum is, qui est orator aliquando futurus, et apud pontifices, apud imperatores, apud reges, apud populos opulentos ac potentes magnis de rebus verba factururus. Tali igitur ingenio præditus, atque ornatus, talibusque adjumentis partim a natura, partim a stu-

dio et doctrina instructus, Lucretius sese ad scribendum de natura rerum contulit; scribendi quidem genus, et figuras, et grandiloquentiam Empedoclis secutus, materiam vero, et res, ab Epicuro, cujus disciplinam et decreta adamarat, mutatus. Atque Empedocli quidem præclaram gratiam retulit, egregiis et honorificentissimis versibus in eum scriptis, libro I. 717.

Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est,
Insula quem Triquetris terrarum gessit in oris, &c.

sequitur deinde:

Quæ cum magna modis multis miranda videtur
Gentibus humanis regio, visendaque fertur,
Rebus opima bonis, multa munita virum vi;
Nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se,
Nec sanctum magis, et mirum, carumque videtur.
Carmina quin etiam divini pectoris ejus
Vociferantur, et exponunt præclara reperta;
Ut vix humana videatur stirpe creatus.

Epicurum vero, magistrum et ducem suum, divinis prope laudibus ornavit, idque tribus locis: uno, post proœmium lib. I. 63.

Humana ante oculos fœde cum vita jaceret, &c.
Primum Graius homo mortaleis tendere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra:
Quem nec fama Deum, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compressit cœlum, sed eo magis acrem
Virtutem inritat animi, confringere ut arta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.
Ergo vivida vis animi pervicit, et extra
Processit longe flammantia moenia mundi;
Atque omne immensum peragravit mente, animoque,
Unde refert nobis victor, quid possit oriri, &c.

altero loco, in proœmio lib. III. his versib.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Qui primus potuisti, inlustrans commoda vitæ,
Te sequor, o Graiæ gentis decus, inque tuis nunc
Fixa pedum pono pressis vestigia signis, &c.

sequitur mox,

Tu pater, et rerum inventor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, &c.

tertio, in præmio lib. vi. una cademque opera et Athenas, ubi fuit institutus, et disciplinæ inventorem laudans, his versibus.

Primæ frugiferos foetus mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ,
Et recreaverunt vitam, legesque rogarunt;
Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ,
Cum genuere virum tali cum corde repertum,
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit:
Cujus et extincti, propter divina reperta
Divulgata, vetus jam ad cœlum gloria fertur.

Quod autem a quibusdam proditum memoriæ est, Lucretii carmen, quasi ab auctore inchoatum, rudeque atque impositum relictum, a M. Tullio esse emendatum, perfectum, ac perpolitum; id ego neque refellere, si velim, possim, quia Eusebii, qui hujus opinionis auctor est, auctoritas, ab eo, qui gravioris alicujus auctoritate careat, elevari aut infirmari non potest; neque si possim, velim, quia hoc ipsum nobis argumento magno debet esse, hoc poëma præclarum M. Tullio esse visum, quod id dignum esse judicavit, in quo emendando operam suam collocaret. Ceterum hoc videor ex ipsius Lucretii versibus, atque ex ipsa operis summa, confirmare posse, nihil esse in hoc poëmate foris profectum, nihil alienum, nihil adventitium: sed omnia esse domestica, domi nata, et vernacula: ita totum opus simplex est, et unum, et ab omni parte sui simile, quamvis partes sint inter se dissimiles ac dispares. Quemadmodum enim Phidiæ Minervam, quamvis ex partibus dissimilibus constaret, (ut et corpus humanum ex membris dissimilibus constare necesse est,) tamen cum eam aspiceres, non diceres a pluribus artificibus esse fabricatam, sed ab uno Phidia perfectam atque absolutam; sic, cum hoc divinum Lucretii poëma uno quasi oculorum obtutu contemplor, videor mihi non plurium scriptorum calamos, sed unius

Lucretii manum notare atque observare; usque adeo nullum prorsus in eo alienæ operæ vestigium comparet. Præterea licet ex multis hujus poëmatis locis hanc facere de Lucretii animo conjecturam, ita eum fuisse animatum, ita magnifice et gloriose de se existimasse, ita denique sui ingenii viribus esse confisum, ut videri nollet opis alienæ indigere. Declarant id, quod dico, versus hi bis ab eo positi, ut 1. 925. et IV. 1.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo: juvat integros accedere fonteis,
Atque haurire: juvatque novos decerpere flores,
Insignemque meo capiti petere inde coronam,
Unde prius nulli velarint tempora Musæ, &c.

et hi, libro IV. positi, in proœmio, vs. 11. et 1. 935.

Nam veluti pueris absinthia, &c.
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse, quibus non est tractata, retroque
Volgus abhorret ab hac; volui tibi suaviloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musæo dulci contingere melle.

et hi libro eodem, 180.

Nunc age, quam celeri motu simulacra ferantur, &c.
Suavidicis potius, quam multis versibus, edam:
Parvus ut est cycni melior canor, ille gruum quam
Clamor, in ætheriis dispersus nubibus austri.

quos versus iterat eodem libro, vs. 906. eo loco, quo loco de somno disserere parat: et hi, quos lib. vi. 81. posuit:

Multa tamen restant, et sunt ornanda politis
Versibus: et ratio Superum, cœlique tenenda, &c.

Quo mortis genere extinctus sit Lucretius, difficile dictu est: neque multo facilius est dicere, quoto suæ ætatis anno e vita decesserit. Plerique mortuum esse ferunt anno ætatis XLIII. Cn. Pompeio Magno III. Q. Cæcilio Metello Pio Coss. anno ab U. C. DCCII. eodem die, quo die P. Virgilium Maronem natum esse nonnulli scriptum reliquerunt. Nolumus autem eum, aut sua sponte mortem obiisse, aut alicujus

morbi vi, ut fit, consumtum esse, sed, ut ejus obitum τραγικώτερον faciant, scribunt, cum sibi ipsum manus attulisse: alii tædio vitæ, quod patriam suam ambitione, avaritia, luxuria, discordia, et similibus civitatum, quæ diu floruerunt, et jam senescunt, morbis æstuarè atque afflicti videret: alii ægritudine animi, quod Memmii sui, qui in exilium pulsus erat, tristem casum æquo animo ferre non posset: alii furore percitum, in quem Lucilia, sive uxor sive amica, amatorio poculo porrecto, eum imprudens adegerat, cum ab eo amari, non ei necem inferre, aut bonam mentem adimere, vellet. Quoniam autem de numero librorum a nostro poëta scriptorum nonnulli dubitarunt, et, levissimis argumentis adducti, plures, quam sex, ab eo scriptos esse existimarunt, videtur hic error minuendus, atque hæc dubitatio tollenda. Omnino igitur sex libros duntaxat de natura rerum scripsit T. Lucretius Carus. Cujus rei cum sint mihi illa quoque argumenta non imbecilla, primum quod Grammatici veteres, aliique scriptores, Festus, Nonius, Diomedes, Priscianus, Probus, Carisius, Donatus, Servius, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, nullum Lucretii librum ultra sextum commemorant, nulloque ex ejus libro, præterquam ex I. II. III. IV. V. VI. testimonium proferunt; deinde quod his sex libris solis tota Epicuri ratio, sententia, ac doctrina, quæ quidem ad naturæ explicationem pertineat, continetur, neque quicquam amplius, quod quis de ea dicere queat, reliquum est; et tamen multa de continentia, et parsimonia in victu, de honoribus contemnendis, de luxuria et mollitie aspernanda, et de ceteris rebus ad philosophiam moralem pertinentibus accedunt; tum ipsius auctoris testimonium, argumenti omnium firmissimi vim et locum obtinere debet. Sic igitur Lucretius lib. VI. in proœmio, ad extr. vs. 91.

Tu mihi, supremæ præscripta ad candida calcis

Currenti, spatium præmonstra, callida Musa.

Quid enim aliud significat, quam librum sextum suæ totius de natura rerum disputationis, operisque a se suscepti esse fastigium, et veluti extremam sui laboris metam, ad quam

cum pervenerit, se, ut ludorum Circensium victores, qui spatium feliciter decurrunt, coronam summa cum laude et gloria consecuturum? Quod si quis neget, eum librum, qui vulgo primus et inscribitur et appellatur, esse primum, quasi multi alii libri a Lucretio ei præpositi fuerint, versu illo, qui apud M. Terentium Varronem, lib. IV. de lingua Latina, legitur, auctorique Lucretio ascribitur, commotus,

Ætheris et terræ genitabile quærere tempus;
 primum, ipsius libri argumentum satis declarat, Lucretium non aliunde quam ab hoc libro initium duxisse. In primo libro enim disputat Poëta de principiis seu primordiis rerum. At nonne præposterum et perversum ordinem secutus esset, si in prioribus quidem libris de aliis quibusdam rebus, ordine posterioribus, disseruisset; in hoc libro vero, qui illis postpositus esset, de principiis rerum, quæ sunt ordine priora, disputaret? Deinde procemium ipsum clamat, hunc esse primum librum. Præterea commendatio auctoris et ducis, quem sequitur, sive preparasceve ad disputationem de principiis rerum, cum laude Epicuri conjuncta, quæ est vs. 63.

Humana ante oculos fœde cum vita jaceret, &c.
 hujus rei fidem facit. Præterea ii versus, quibus lectori, rei susceptæ difficultatem, et poëtæ animi magnitudinem, ac pæne dicam, audaciam, tacite miranti, occurrit, vs. 137.

Nec me animi fallit, Graiorum obscura reperta

Difficile inlustrare Latinis versibus esse, &c.

vincunt, hunc esse primum librum. Sero enim hoc faceret, si alii libri antecederent. Præterea hic locus ex eodem libro me adjuvat, vs. 147.

Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque, necesse est,

Non radii solis, neque lucida tela dici,

Discussant; sed naturæ species, ratioque,

Principium hinc cujus nobis exordia sumet,

Nullam rem e nihilo fieri divinitus unquam.

Postremo versus positi lib. VI. 936. eo loco, quo loco docere incipit, quo pacto fiat, ut magnes ferrum trahat,

nullum dubitationi locum relinquunt. Sunt autem hi versus:

Nunc omnes repetam quam raro corpore sint res

Commemorare: quod in primo jam carmine claret.

‘In primo carmine,’ hoc est, ‘in primo libro.’ At ‘in primo libro,’ in eo, inquam, libro, qui vulgo liber primus et inscribitur et numeratur, posteaquam aliquot versibus ostendit, esse corpora quædam solidissima, et simplicissima, quæ primordia rerum dicuntur, docet continuo, esse inane, et res genitas corpore raro constare, vs. 330.

Nec tamen undique corporea stipata tenentur

Omnia natura, namque est in rebus inane, &c.
et 347.

Præterea, quamvis solidæ res esse putentur,

Hinc tamen esse licet raro cum corpore cernas:

In saxis ac speluncis permanat aquarum

Liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis, &c.

Quod autem ad versum illum attinet, qui apud Varronem Lucretio ascribitur, locus est apud Varronem corruptus, et vel Lucilii vel alicujus alius scriptoris, nobis ignoti, nomen pro Lucretii nomine reponendum est. Nam primum verisimile non est, M. Terentium Varronem a Lucretio, longe minore natu, testimonium sumsisse, ut neque a quoquam alio inferiori ætatis scriptore. Quin, si Eusebio credimus, qui Lucretium nostrum scribit anno post M. Terentium Varronem xxiv. post M. Tullium Ciceronem, xi. natum esse, fortasse hic poëta nondum ullam de natura rerum literam fecerat cum Varro suos de lingua Latina libros absolutos ad M. Tullium misit; aut certe ii libri nondum ad manus hominum pervenerant, neque in lucem editi fuerant. Ne quis autem dicat, audax facinus esse, librorum omnium, qui sic habent, consensum repudiare, auctoritatemque aspernari, ostendam simile erratum in nomine Lucretii apud eundem scriptorem lib. vi. inhæsisse. Sic enim vulgo legitur, ‘apud Lucretium,

Atque aliquos ibi ab rebus clepsere foro.’

Nam sine dubio legendum, ‘apud Lucilium,

Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foroque,
 quod vidit et Josephus Scaliger. Sic sæpe apud Festum
 et Nonium, et Macrobius, et alios, in hoc nomine a libra-
 riiis peccatum est. Sic apud Festum legitur vulgo in
 ‘Oufentina tribus:’ ‘Lucretius, Priverno Oufentina venit,
 &c.’ legendum, ‘Lucilius,

Priverno Oufentina (seu, Ufentina) venit fluvioque
 Oufente.’

Apud Nonium contra, in adverbiiis, ‘longinque,’ et ‘longiter,’
 ita legitur vulgo: ‘Lucilius lib. III.

Non, ut opinor, id a lectio jam longiter rati:’
 legendum enim est, ‘Lucretius lib. III.

Non, ut opinor, id a leto jam longiter errat:’
 quod in commentariis libri III. 676. suo loco jam pridem
 indicavimus. Sic et apud Macrobius lib. VI. Saturn. cap.
 I. Lucretii nomen pro Lucilii a librariis scriptum et im-
 pressum est: sic enim vulgo legitur: ‘Lucretius,

Major erat natu: non omnia possumus omnes.’
 legendum enim, ‘Lucilius, Major erat natu, &c.’ Multo
 plura mihi colligere licet: sed ad reliqua propero. Con-
 silium poëtæ est, animi tranquillitatem, et ἀταραξίαν illam,
 quam crebro habebat in ore Epicurus, hominibus afferre.
 Quoniam autem duæ res in primis homines sollicitant et
 conturbant, ut ille putabat; religio, hoc est, timor Deorum
 inanis, vitæque beatæ inimicus atque infestus; tum mortis
 metus; his duobus animorum quasi pestibus et crucibus
 conatur eos liberare, ostendendo, primum nullam esse Deo-
 rum providentiam, deinde nullum sensum post vitam re-
 manere, animosque esse mortales. In quibus vehementer
 quidem errat Epicurus, et nos Christiani valde ab eo dis-
 sentimus: sed nostri poëtæ, qui eum ducem sequitur, con-
 silium aperimus. Quoniam igitur neutrum horum facile
 expedire poterat Lucretius, nisi natura rerum perspecta et
 cognita, omnem operam suam in explicanda ratione naturæ
 ponit. Itaque docet, mundum sine consilio Deorum, ato-
 morum concursu fortuito, esse factum, et mundos esse
 innumerabiles, eodem modo creatos, eosque omnes esse in-

terituros. Ac totum quidem librum tertium in disputatione de anima consumsit: ceteros vero in diversis ac variis quæstionibus, quas lector ex indice earum rerum, quæ in singulis libris tractantur, facile per se cognoscet. Atque hæc ita se habere, ut dico, licet ex eo intelligere, quod primo libro, statim post procemium, primum per quamdam corporis fictionem, (*σωματοποιίαν* nominant Græci,) et per quamdam *ὑποτύπωσιν*, religionis imaginem horribilem describit, eamque facit e cælo cum tali aspectu mortalibus imminentem: vitam hominum autem tali specie perterritam fœde jacentem: deinde Epicurum, hominem natione Græcum, adversus tam terribilem personam oculos contendentem, eique obsistentem: subjicit deinceps, vs. 76.

Unde refert nobis victor, quid possit oriri,
 Quid nequeat: finita potestas denique quoique
 Quanam sit ratione, et quam alte terminus hærens.

Sequitur mox, vs. 147.

Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque, necesse est,
 Non radii solis, neque lucida tela diei
 Discussant; sed naturæ species, ratioque.

En tibi: naturæ species ratioque necesse est hunc terrorem discussat, inquit: per naturæ speciem, et rationem, nihil aliud significans quam naturæ explicationem, sive disputationem de natura rerum, quam physicam seu physiologiam appellant. Eodem pertinent illa quæ posuit lib. III. 14. in procemio.

Nam simul ac ratio tua cœpit vociferari,
 Naturam rerum Divum sine mente coortam;
 Diffugiunt animi terrores, mœnia mundi
 Discedunt, totum video per inane geri res.
 Apparet Divum numen, sedesque quietæ, &c.

Sequitur paucis post versibus, vs. 25.

At contra nusquam apparent Acherusia templa,
 Nec tellus obstat, quin omnia dispiciantur,

Sub pedibus quæcumque infra per inane geruntur, &c.
 Consentanea sunt his et illa ex eodem lib. in extr. ubi describit hominum inconstantiam, et morbum animi, dum

errantes, et incerti, assidue quærunt ubi conquiescant; et locum identidem commutant, quasi onus, quo urgentur, deponere queant: sed frustra: quia morbi causam non tenent, inquit. Sic enim Lucretius concludit, vs. 1081.

Hoc se quisque modo fugit: at quot, scilicet, ut fit,
Effugere haud potis est, ingratis hæret, et angit,
Propterea, morbi quia causam non tenet æger.
Quam bene si videat, jam rebus quisque relictis
Naturam primum studeat cognoscere rerum,
Temporis æterni quoniam, non unius horæ,
Ambigitur status, &c.

Deinde (redeo nunc ad primum librum) ostendit ignorantiam naturæ animæ efficere, ut homines nati esse videantur in miseriam sempiternam, 105.

Quippe etenim quam multa tibi, &c.
sequitur mox, 108.

nam si certam finem esse viderent
Ærumnarum homines, aliqua ratione valerent
Relligionibus atque minis obsistere vatum.
Nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas,
Æternas quoniam pœnas in morte timendum.
Ignoratur enim, quæ sit natura animai,
Nata sit, an contra nascentibus insinuetur,
Et simul intereat nobiscum morte diremta,
An tenebras Orci visat, vastasque lacunas, &c.

Idem lib. III. proœm. vs. 31.

Et quoniam docui, &c.
Hasce secundum res animi natura videtur,
Atque animæ, claranda meis jam versibus esse:
Et metus ille foras præceps Acheruntis agendus,
Funditus humanam qui vitam turbat ab imo,
Omnia suffundens mortis nigrore: neque ullam
Esse voluptatem liquidam puramque relinquit.

Quantum autem existimarit Epicurus naturæ explicationem, sive rerum naturalium cognitionem, prodesse ad animos tranquillandos, omnique ægritudine et metu liberandos, ostendit et M. Tullius lib. 1. de finib. his verbis.

‘ In physicis autem, quod plurimum prosunt, plurimam operam posuit Epicurus. Omnium enim rerum natura cognita, levamur superstitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratione rerum: e qua ipsa horribiles existunt sæpe formidines: denique etiam morati erimus, cum didicerimus, quæ natura desideret; tum vero, si stabilem scientiam rerum tenebimus: servata illa, quæ quasi delapsa de cœlo est ad cognitionem omnium, regula, ad quam omnia judicia rerum dirigentur, nunquam ullius oratione victi sententia desistemus. Nisi autem rerum natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum judicia defendere. Quicquid porro animo cernimus, id omne oritur a sensibus: qui si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognosci, et percipi; quos qui tollunt, et nihil posse percipi dicunt, ii, remotis sensibus, id ipsum quidem expedire possunt, quod disserunt. Præterea, sublata cognitione, et scientia, tollitur omnis ratio et vitæ degendæ et rerum gerendarum. Sic e physicis et fortitudo sumitur contra mortis timorem, et constantia contra metum religionis, et sedatio animi, omnium rerum occultarum ignoratione sublata, et moderatio, natura cupiditatum, generibusque earum explicatis; et, ut modo docui, cognitionis regula, et iudicio ab eadem illa constituto, veri a falso distinctio traditur.’ Argumentum et inscriptio operis ex iis, quæ supra diximus, satis patent. Explicatur hoc præclaro poemate natura rerum, et inscriptio librorum, hæc est, ‘ T. Lucretii de natura rerum libri vi.’ omnium et librorum veterum auctoritate, et virorum consensu, comprobata: ad quæ duo accedit ipsius scriptoris vox, et veluti testimonium. Sic enim lib. i. 25. poemata noster:

Te sociam studeo scribendis versibus esse,

Quos ego de rerum natura pangere conor.

Et lib. iv. 23.

Si tibi forte animum tali ratione tenere

Versibus in nostris possem, dum perspicis omnem

Naturam rerum, ac præsentis utilitatem.

Et lib. v. præem. de Epicuro loquens, vs. 50.

Hæc igitur qui cuncta subegerit, ex animoque
Expulerit dictis, non armis, nonne decebit
Hunc hominem numero Divum dignarier esse?
Cum bene præsertim multa, ac divinitus, ipsis
Immortalibus de Divis dare dicta fuerit,
Atque omnem rerum naturam pandere dictis?

Hæc habuimus, quæ de T. Lucretii Cari patria, genere, vitæ studio, ingenio, mortis genere, librorum ab eo scriptorum numero, consilio Poëtæ, argumento operis, et inscriptione librorum, scriberemus. Nunc Lucretium naturam rerum gravissimis atque ornatissimis explicantem versibus audiamus.

ABRAHAMI PREIGERI

EPISTOLA

AD VIRUM CLARISSIMUM

SIGEBERTUM HAVERCAMPUM,

Contubernalem quondam suum dulcissimum, nunc in celeberrima patriæ Academia, quæ Lugd. Bat. est, Professore historiarum, eloquentiæ, et linguæ Græcæ dignissimum.

PLACERE tibi intelligo, Havercampi προσφιλέστατε, ut, si qua ad Lucretium, e posterioribus forte subnata mihi curis, reliqua habeam, tecum communicem. Facis tu quidem pro solita, qua me complecteris, benevolentia atque humanitate: ego vero, quicquid id est, quod in hac re forte possum, apud te quam lubentissime depono; quippe cujus id omne iudicio atque examini, non nisi benevolo, me subijcere novi, et apud quem, si quid ulteriori demonstratione egeat, quam brevissimis defungi queam. Sunt itaque, quæ neque arundinibus ut narrem, juxta proverbium, a me impetrare possum, et tibi soli si probavero, satis me probasse facile iudicabo.

Ac primo quidem duabus potissimum de causis in Arte Poëtica excellere mihi videtur Lucretius, (philosophiam enim ipsam non moramur,) quod et propriam ac veluti domesticam sibi suavitatem mirifica quadam sublimitate ornavit, et utramque eo diligentius excoluit, quo sterilius atque miserius suapte natura, quod manibus sibi versandum cerneret, argumentum reperit. Suaviloquentiam ipse

disertis hic illic verbis omnimodam ita promittit, ut simul aperiat mentem suam, consulendi nimirum hac tanquam medica arte rebus ipsis, non magnis modo, sed et occultis atque abstrusis, immo per se tristibus: unde facile apparet, quibus ictus calcaribus omne genus suavitatum atque leporum tam cupide involaverit, tamque solícite undique fere corraserit. Sed neque secutus in hisce quicquam est, quod non assecutus sit plane, immo ad miraculum usque exeruerit. Atque hoc loco ante omnia melleam istam dulcedinem in dictione Lucretiana agnosco; ita lectissimis quibusque, ac meditati indulget vocibus. Hinc, ‘Mare velivolum,’ v. vs. 1441. ‘Pulverulenta Ceres,’ ‘Altitonans Volturnus,’ vs. 741. 744. et similia apud eum in promptu quam plurima. Neque cessant idem, quod istiusmodi composita, aut derivata, et epitheta, etiam simplicia, eaque verba fere, præstare, ex. gr. 92. III. 970. ‘Præsentia temnis,’ pro ‘contemnis;’ v. 973. ‘Sed taciti seu spectabant [Is. Vossii apud Annotatorem nostrum conjectura est pro ‘exspectabant,] somnove sepulti,’ subintelligo simpliciter, jacebant, ‘dum rosea,’ &c. Item 999. ‘Turbida ponti Æquora lædebant [pro allidebant] naveis ad saxa.’ Eodem spectare arbitror universos illos Genitivos in *ai*, ut, III. 693. ‘Gelidai stringor aquai:’ Tmeses, quotquot occurrunt, ut, IV. 830. ‘Inter quæcunque prætantur:’ expletivæ, quæ dicuntur, particulæ, ut III. 200. in, ‘Nenu potest;’ IV. 716. in, ‘Nenu queunt;’ I. 641. in, ‘Quamde graveis inter Graios:’ passim, in, ‘Endo,’ aut, ‘Indu,’ &c. item in, ‘suapte,’ sive cum substantivo, ut, VI. 278. ‘suapte mobilitate,’ &c. e x emendatione Lambini haudquaquam contemnenda; sive absolute occurrat, ita ut subaudiatur ‘vi,’ ‘sponte,’ aut simile quid, quem in finem inter sese conferri merentur loca, II. 185. v. 207. et VI. 753. Non enim iis viris, quamvis doctissimis, assentior, qui vel, ex ‘sua sponte,’ ut in Collectaneis Gifanius, vel, ex ‘sua pote,’ ut ad Catullum p. 113. Is. Vossius, conflatam contractamque volunt vocem ‘suapte.’ A Græcis, ut reliqua, ita et hanc particulam omnino mutuati poëtæ Latini; atque ita, quod in, μήνυο, et

τίπτει, et similibus illi, idem in, 'nenu,' et 'suapte,' &c. hi secuti sunt. Adde, quod et Festus, 'suopte,' 'meopte,' 'tuopte' agnoscit, et Cic. I. Tusc. Q. 'suopte nutu' dixit, quomodo et in Vulgatis fere, 'sonitu suopte,' Catullus. Hisce accedunt innumera alia, ita evoluta et expensa quasi vocabula, ut aures nostras implere omni sua modulatione, pro se unumquodque, certasse videantur; et merito dubites, αν τοῖς ἰάζουσι, quorum inter Græcos, cum poëtica, tum etiam natura dulcis, ac suavis inprimis, dialectus apud artis magistros audit, Lucretius quicquam concesserit. Exempli loco sit, v. 739.

Cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet.

Ἰπποκριστικὰ, nescio quæ, in illis exaudire mihi videor, non illa pueris, sed viris, iisque vel gravissimis Romulidarum, deliniendis apta nata. Quid? quod et omnem 'Palloris,' 'Terroris' et quorum porro talium forte mentio incidit, nativum, ut ita dicam, tetrorem, in auditoris animo, sola ista productione delet, ut, iv. 337.

Et contage sua palloribus omnia pingunt,
item, 995. siquidem Gifanium ibi audiamus :

Donec discussis redeant terroribus ad se.

Si spectes Methodum quam vocant, omnibus modis Suavitati suæ litasse mihi videtur, qui talibus tum Exordiis, tum Epilogis, non singulos modo libros, sed et plerasque difficilioris argumenti partes minores, veluti totidem coronamentis, aut emblematis, quam artificiosissime identidem elaborat. Ex. gr. i. 929.

Nunc age, quod superest cognosce, et clarius audi, &c. ubi docere aggreditur, τὸ πᾶν ἀπειρον εἶναι: et, II. 1022.

Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem.

ubi disputaturus est, plures esse mundos; et sic in ceteris. Eiusdem itaque instituti est, quod et librum tertium absolvere properans, in philosophiæ moralis quasi castra sese conjicit, et in ingratos declamaturus exurgit; libri quarti lectorem in Veneris tandem contubernium, nondum tamen vel ita philosophum exutus, recipit. Delasato nimirum, ac nauseanti forte, ibi ad operosa illa pro

animorum mortalitate argumenta, hic ad nimias quasdam de simulacrorum a rebus effluxu subtilitates, ita consultum, credo, voluit. Postremo, ut ad res ipsas (ita enim τὰς ἐν-νοίας hoc loco appellare lubet) accedamus; exempla inprimis, et similitudines dico, quibus physices suæ placita passim respergit et irrigat: nihil tam sterile atque jejunum unquam habuit obvium, quod non extemplo suis istis illustrationibus exhilaraverit, et cogitatu consideratuque peramœnum reddiderit. Omnium instar sit, quod ad explicandam mentem suam de atomorum, quem docet, motu, 11. 113. ab agitatis in solis radiis per opaca domorum pulvisculis ita desumit:

Contemplator enim, quom solis lumina cumque
 Insertim fundunt radii per opaca domorum,
 Multa minuta modis multis, &c.

Jam idem ille, qui promissam illam suavitatem, ita omnibus modis præstat, operæ pretium est videre, quantam in medio isto leporum fonte sublimitatem plerumque ac majestatem præ se ferat, licet re ipsa eam ostendere, quam verbis profiteri satius duxerit. Nam, ut modo allatum repetam exemplum, quid illo festivius vel cogitari potest, postquam, similitudinis causa, ad illustrandos illos primordiorum inter se motus, assumtum videmus? Quid simplicius tenuiusve per se? Eo ipso tamen quo non abripitur, simul atque ad illud: ‘per Inane videbis Corpora misceri,’ &c. καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξ αἴφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἰοεὶ Φοιβόληπτος γενόμενος, ut loquitur Ille, subjicit:

Et velut æterno certamine prælia pugnasque
 Edere turmatim certantia, nec dare pausam,
 Conciliis et discidiis exercita crebris.

Quid? si ad equi generosi Virgilianam descriptionem Seneca, epist. xciv. exclamat: ‘Dum aliud agit Virgilius noster, descripsit virum fortem!’ aut ad discursantium formicarum illam: ‘It nigrum campis agmen:’ videre sibi videtur exercitus quoscunque ‘subrectis ire vexillis, et quasi magnum aliquid agatur, equitem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus affusum,’ ut lib. 1.

Naturalium Quæstionum, exordio: nonne et nos mirabimur Lucretium, in puerili delectamento non nisi bella ac cædes, victorias et clades, animo concipientem? Expende mecum, si placet, illud, quod lib. 111. circa finem, habemus: ‘Scipiades, belli fulmen.’ Quis furor! Quam arduus ille! Nempe dicendum erat, Imperatores quoque, ne exceptis quidem fortissimis illis Romanis, mortem tandem obiisse, hoc est, id, quod nemo nesciebat, quod omnes uno ore fateri, quod in circulis, in triviis, in gynæceis, et apud morosos, somnumque detrectantes puerulos, qua viri, qua mulierculæ, narrare idonei erant. Quid Noster? Non universos illos Imperatores, aut Scipiones, aut duos, sed unum! sed illum! neque alium, quam qui nimium quantum tum celeritate, tum facilitate victoriarum vulgo notus erat, Hannibalis debellatorem, in exemplum proponit, et simul digito eum veluti monstrat, et in cælum Viri gloriam fulminis et ipse ritu, extollit; non contentus quoque mortuum dicere simpliciter, sed, longe augustiori imagine ac sono, intonans potius: ‘Scipiades, belli fulmen, Karthaginis horror, Ossa dedit terræ,’ &c. Eu illum tibi, qui veluti a vulgari quadam cantilena, nempe, ‘Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit,’ exorsus fuerat. Nimirum τῆ θεωρία καὶ διανοίᾳ τῆς αὐτοῦ ἐπιβολῆς οὐδ’ ὁ σύμπας κόσμος ἀγκῆι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ περιέχοντος πολλάκις ὄρους ἐκβαίνουσιν αἱ ἐπίνοιαι. Quæ Longini verba sunt, quasi expressa ex illis, quibus Ipse Epicurum suum prosequitur, l. 73.

Ergo vivida vis animi pervicit, et extra

Processit longe flammantia mænia mundi, &c.

Hinc porro neque causæ suæ inopiam erubescere mihi videtur, licet Stoliditatis, non tantum, sed et Impietatis, item Superbiæ, Spurcitiei, Petulantia, &c. notam apud reliquos Philosophorum fere incurrere cerneret. E contrario tanto altius identidem erigi videas, quanto miseriori luto ut ita dicam, depressum sese deprehendit, dictis saltem, si non armis, ubique superior. Ita, ex. gr. 11. 1092.

Nam, proh sancta Deum tranquilla pectora pace,

Qui placidum degunt ævum, vitamque serenam!

Quis regere immensi summam, quis habere profundi

Indu manu validas potis est moderanter habenas ?

et quæ sequuntur. Viden' argumentum? ineptissimum illud, ab inertī revera ac turpi quodam otio desumptum, quod quanto risu, eo nomine, nec immerito, ab adversariis excipi fere solet, vel ex ipso Cicerone, in libris de Natura Deorum, constat. Exsurgit tamen eo philosophus noster, et tanto majori cura operam dabit, ut intactum illud sibi inviolatumque conservet. Quid igitur? eos ipsos, quos humana nihil curare contendit Deos, derepente testatus, justi argumenti loco jurisjurandi formulam quandam vibrat. Atque ita ea ratio, in qua summa rei totius vertebatur, (id quod Demosthenis loco quodam mirari satis nequeunt uterque cum Hermogenes tum Longinus) *μεθοδευθεῖσα οὕτως, ὥστε μεταπεσεῖν εἰς ὄρκον, πεποιήκε λαμπρότητα καὶ μέγεθος.* Similia passim in insanientis istius sapientiæ placitis apud nostrum deprehendere licet. Reliqua vero, quibus et invidiam profligatæ quasi ac perditæ vitæ a se suisque Epicureis amoliri conatur, et in vere ingratos, superbos, &c. insurgit, quanta gravitate ac vehementia, proferantur, quid attinet dicere? Mihi quidem neque verius neque severius ab ullo unquam Stoico, modo a fundamento suo avellantur, dici potuisse videntur ista, ex. gr. quæ lib. v. proœmio, postquam sine Cereris et Bacchi donis vitam tamen manere potuisse dixit, ita infert: 'At bene non poterat sine puro pectore vivi.' Et, ostenso, nihil nobis tantopere nocere feras bestias, quin Herculeis carere possimus laboribus, subjicit tamen: 'At nisi purgatum est pectus, &c.' Denique, quoties adversus superstitionem, et varias Vulg. opiniones, habenas sibi laxandum putat, ex. gr. in isto:

Nec pietas ulla est, velatum sæpe videri

Vertier ad lapidem, &c.

quam regnat! quam triumphat! Profecto ne vel tantisper quidem in hujusmodi apud eum molimina mentis aciem derigere possum, quin identidem exclamare tantum non cogar, quod inter Carthaginienses Ille ad fidum suum Achatem:

Sunt hic etiam sua præmia laudi!

Porro inquirenti mihi in causas tot tantarumque sæpe mutationum contextus Lucretiani, varia, non ita passim, ut opinor, animadversa, obversari fere solent. Ita enim statuo, ut meam tibi mentem aperiã, non iisdem de causis apud omnes auctores veteres variatum turbatumve; alias apud alios istis mutationibus; suas itaque, easque peculiãres, apud nostrum, variantibus lectionibus subesse. En itaque, quæ eo spectantia cum maxime præ manu erant, 'Dum locus est præsto, nec res nec causa moratur Ulla,' in certas quasdam classes tibi redacta:

I. Idem versiculus, cum iisdem sæpe servatis verbis, eodemque sensu, varie tamen refingi posset, in libris, ut plurimum etiam dissensionem peperit. Ita factum, ex. gr. ut, II. 1138. 'Quantum opus est, et quod satis est,' in aliis legeretur: 'Quod satis est, et quantum opus est.' Item, VI. 972. 'At nihil est homini frunde hac quod amarius exstet,' in aliis: 'At nihil est homini quod amarius frunde hac exstet.'

II. Mira quandoque apud Lucretium vocum earundem, aut ἰσοδυναμουσῶν, repetitio suspectum reddidit contextum; et dum copiam ostentare vult, indulgentior in hisce Poëta fuit, quam rigidi quidam censores sibi persuadere potuerint. Fateor, eadem res et mihi suspicionem movit, quam ad I. 724, aperui, cujus me nondum tamen pœnitet. At vide, quæso, I. 815. III. 631. et seqq. VI. 756. et 789. et non alia de causa turbatum istis locis, mecum, ut puto, recognosces.

III. Multa e scriptis Codd. vitia scripturaria ita variant, ut receptam lectionem confirmant potius, quam ullam in ea mendæ suspicionem relinquunt. Sic II. 1134. 'ætas et,' veram lectionem, 'et a se:' III. 29. 'signatur a tua vi,' receptam, 'sic natura tua vi;' VI. 938. 'dixi,' glossema est, 'dare' vestigia servat veræ vocis 'claret.' Hinc Is. Vossio ut videtur, nata conjectura, VI. 887. 'Non ita multa tamen,' pro, 'Non tam viva tamen.'

IV. Sunt, fateor, apud Lucretium loca, quæ nimia lectionum varietas prorsus, aut fere prorsus, obruit, ac tantum

non consopivit. Ex. gr. vi. 747. 793. 954. Mireris tamen, res tam pusilla, imo vox sæpe innocua, quam magnas turbas dederit. Sic II. 1010. ut alibi notare memini, vocula ‘quod,’ pro causali accepta, cum relativa sit, et relativam esse primus fortasse (præfiscine dixerim) licet non suo loco, vide, quot ingenia exercuit! quantum negotii vel uni Palmerio, quem obiter quoque tangit Creechius, dedit! tom. IV. Fac. Crit. pag. 638. Ordo hic est, q. d. Hæc eo dico, ‘Ut noscas referre,’ &c. vs. 1006. ‘Neve putes’ &c. 1009. ‘Aut ne putes, id quod in summis rebus videmus fluitare,’ &c. nimirum, ‘formas, colores, sensus,’ &c. ex vs. 1004. 1005. ‘potesse residere penes Corpora prima æterna.’ Facessat itaque inde parentheseos illa nota, et vs. 1011. post vocem, ‘perire,’ ponatur punctum. E contrario relative sumpta vocula ‘quod,’ II. 465. in causa fortasse fuit ut ‘fluidum’ ibi proxima sede, pro eo quod Variantes servant, ‘fluidus,’ legamus; licet enim recepta lectio tueri sese queat, quanto tamen rotundior altera illa: ‘Nam quod fluidus est,’ nempe sudor maris, de quo sermo, ‘a levibus atque rotundis Est, at levibus atque rotundis mista doloris Corpora.’ Q. d. Nam quod sudor maris, aqua marina, fluidus est, id quidem a levibus atque rotundis, quibus constat, corporibus habet; at levibus atque rotundis istis mista doloris (dolorifera, aspera) quædam sunt corpora; &c. hinc fluiditati amaror accedit. Similiter vox ‘jactus,’ eodem libro, 1046. sed nullo suo merito jactata, et in tot vocum miracula sese transformare adacta. Nam et ‘animi injectus’ ipse Poëta alibi dixit, et ‘lapidis jactus,’ apud alios, quemadmodum apud nostrum, ‘missus sagittæ,’ ‘cursus veruti,’ IV. 410. 411. abunde occurrit. Metaphoram itaque Lucretio non indignam videre mihi videor, ‘Atque animi jactus liber quo pervolitare,’ facile illustrandam ex I. 669. Fluctus in simpulo mihi excitasse videtur Faber, ad II. 1061. qui tritissimi usus vocis ‘semper,’ ne dicam sui oblitus, ibi ‘nempe’ legendum contendit. Idem tamen quam feliciter (sic ego statuerim) simplicissimam quandam ac necessariam lectionem, VI. 1076.

Denique non auro res aurum copulat una?

Ærique æs plumbo fit uti jungatur ab albo?

e fuga retraxit!

V. Litera *x* in Lucretio seditiosa fere, nisi invisam maleque habitam potius dicere convenit. Hinc 'fixa' in 'ficta' degeneravit, III. 4. licet utrumque Veteribus usitatum fuisse in Indice notet Gifanius, utriusque editionis, in posteriori etiam 'ficta' in textum receperit, et in margine notarit. Adde 'connexius,' pro quo idem, III. 555. 'connectius.' Ego 'ficta' et 'connecta,' pro 'fixa' et 'connexa,' et similia, non aliunde orta putem, quam quod 'ficsa,' et 'connexsa,' &c. in exemplaribus repperint Librarii. Sicuti et 'noxia,' primo in 'nocsia,' deinde in 'noctia,' mox in 'noctibus' et 'nocti' transiisse credo, postremo omnium, glossematis suis, qualia manifesto sunt 'tristia,' et 'fortia,' in Variantibus, locum cedere coactum fuisse. Et unde, quæso, (neque ad hæc amplius quid addam) illud: 'vix se edita tussi,' nisi a 'vix edita,' quod τῶν 'vix edita' originem suam debebat, cum 'vix edita tussis,' inculcata ac vera esset scriptura, VI. 1187.

VI. Syllaba 're' in compositione, quoties producenda venit, irrequieta fere, et nescio quas subsequentis cujusque literæ geminationes postulare idonea sibi videtur; quum vel unicum verbum 'referre,' toties producta priori apud Lucretium, monere potuerit, nec in ceteris curandam illam πολυπραγμοσύνην. Nam et 'reccidere,' 'redducit,' 'relligio,' 'remmota,' 'repperit,' et similia, in Editionibus, non a Lucretio, sed ab incondito, sibi nequaquam constante metu Librariorum profecta putaverim. Est ubi verbum 'propellere,' ob correptam primam, e contextu fugarat sollicitudo similis. Nam et alibi sæpius hoc facinus ausus fuerat Carus.

VII. Ablativi tertiæ declinationis in *i*, Poëtæ dicto obediens, quoties neque cæsura, quam vocant, neque consonantium duarum, pluriumve, in subsequentis vocis initio, vis magna satis ultimam naturam brevem in *e* sustinere posset, immodice passim et alibi, et injussu, ut ego quidem

opinor, Lucretii, prodeunt. Sic I. 1104. 'de parti;' IV. 236. 'in luci;' IV. 701. 'quod igni conlabefacta;' V. 75. 'qui in orbi sancta tuetur;' V. 928. 'nec labi corporis ulla;' et alibi indubia atque sincera sunt. Suspecta, mihi saltem, I. 707. 'ex igni summam.' Quidni enim, 'ex igne summam,' ibi scripserit Auctor, quemadmodum I. 806. 'et tabe nimborum?' Saltem, V. 720. 'dimidia ex parti candenti,' aures respuunt, (*quibus Veteres servisse*, etiam in aliis, ut in illo, apud Nostrum, II. 1153. 'Aurea funis,' et Gellius lib. XIII. c. 20. scribit, et erudite quoque in rem suam observat Auctor de Poëmatum Cantu, et Viribus Rythmi, pag. 26.) Adde V. 512. 'parti premere,' nisi hic ab ipso Poëta huic sono indultum. Item IV. 518. 'ex parti claudicat.' Quidni enim et hoc loco, 'ex parte claudicat,' legamus? Ita alibi Noster: 'in aperta promptaque cœli.' Ennius apud Cic. I. de Div. 'stabilita scamna, solumque.' Quid? quod vel eo insolentiae perventum reperimus, ut ad illud, III. 108. 'parte latenti,' scribere necesse habuerit Marginalis noster: *parti* Codd. vett. sic Cic. et Ovid. *partique recepta Liberioris aqua*. sic Val. Max. *fusti* pro *fuste*. sic ille. $\phi\epsilon\upsilon$ τῆς ἀπειροκαλίας!

VIII. Verba transitiva absolute, intransitiva autem, quæ vocant, cum casu, monstra fere, horrenda, ingentia, librariis videas. Et transitiva quidem, ex. gr. 'variare' IV. 652. 661. V. 72. VI. 995. 'turbare,' II. 125. 438. V. 505. VI. 369. ubi necessario hoc verbum restituendum arbitror isti formæ, juxta Mss.

Prima caloris enim pars, et postrema rigoris,

Tempus id est vernum. Quare pugnare necesse est

Dissimileis inter sese, turbareque mistas.

Nam vulgo, 'inter se res,' neque notatum cuiquam; eleganter autem 'Tempus id,' ut II. 633. 'Jovis illum vagitum;' V. 657. 'sol idem ille;' et apud Scal. Poëtices, pag. 504. ex Virg. 'At pater, &c. Non ille.' 'Remosse,' III. 69. 'migrare,' V. 828. juxta Gifanium; 'convertere,' IV. 311. tuis auspiciis, similiaque plura, quam ægre et ne vix quidem e luto ac tenebris emerent, patet. Ego vero et

audiendum Palmerium censucrim, si per te liceat, qui et eodem jure, si non v. 586. ‘mutare,’ at II. 1162. substituit: ‘Parcunt foetus, augentque labores.’ Tom. IV. Fac. Cr. pag. 870. Intransitiva autem, vel quæ ita saltem videntur, nihilo facilius eluctari cernere est. Ex. gr. ‘conruere,’ III. 824. conf. v. 369. ‘erumpere,’ ‘prorumpere,’ I. 725. VI. 435. ‘consistere,’ VI. 10. conf. IV. 473. ‘consuescere,’ VI. 396. ‘effervere,’ II. 927. Quamobrem, neque meæ me conjecturæ pœnitet, ad III. 433. illud: ‘alta Exhalare vapore altaria.’ et VI. 1193. lubenter legerem:

Duraque inhorrebat rictum, frons tenta minebat.
 pro: ‘inhorrebat, imminebat,’ ut alibi: ‘Inclinata minent,’
 pro ‘inclinata imminent;’ ita ut præpositio in ἀπὸ τοῦ κεινοῦ
 posterioribus æque verbis ac prioribus inserviat, nisi hoc insolentius tibi visum fuerit.

IX. Finalis, natura brevis, quoties pedem ordiri, hoc est, produci debuit, quodnam fere periculum adierit, patet, non apud nostrum solum, sed et alias. Hinc natæ mihi conjecturæ, ex. gr. ad I. 390. ‘Complere spatium,’ v. 313. ‘ruere proporro.’ Neque ibi tantum, sed et quoties in subsequenti proxime voce nihil a consonantibus præsidii esset. Ex. gr. I. 492.

Dissiliuntque fere ferventi saxa vapore,
 nam et, II. 370. ita:

Ad sua quisque fere decurrunt ubera lactis,
 passim. Porro II. 378. ‘Natura quoniam constat;’ III. 723. ‘priva si in corpora;’ IV. 1053. ‘Hinc illa Veneris,’ quæ Gifanii lectio, et vera, meo judicio est.

X. Haud levioribus exercita plagis deprehendisse mihi videor id genus vocabula, in quibus vocalem aliquam, syllabæ nimirum brevis, inter pronuntiandum suppressere solebant veteres. Istam difficultatem quidem superarunt ex. gr. ‘universum,’ IV. 263. ‘singulariter,’ VI. 1056. ‘copulata,’ VI. 1086. &c. sicuti et apud alios alia. Unde hodieque, tanquam per manus traditum quid, istis locis ‘universum,’ ‘singlariter,’ ‘coplata,’ habemus. Illud, ‘submerso capite (q. capte) putandum’ est, a te restitutum, VI. 540.

quanto in periculo versabatur ! et absque Enniani naufragii tabulis fuisset, numquid toto orbe apparere hodie uspiam ausum fuisset ? Jam vero, quid obstat, quominus et idem jus sibi vindicet II. 1109. illud, ‘Aperiret cœli spatium,’ quasi ‘Apriret?’ præsertim, cum inde ortum vocabulum ‘apricus’ per omnium ora volitet, et Ennius apud Cic. I. Div. ‘Avium,’ in versus principiò spondæum faciat, licet contrarium moneri videamus in Collectionib. Fragmentorum illorum, saltem editionis novæ; neque dissimile quid, in ‘Genua labant,’ apud Virg. ‘tenuia,’ toties apud nostrum, omnes æquo animo ferant. At litera *e* exte-
 enda erat. Ea causa mali, ut opinor. Ego vero hoc loco plura etiam, ejusdem sortis et conditionis fere, tanquam e specula conspiciere mihi videor, quæ partim manum aliquam servatricem jam experiuntur, partim in medio variantium lectionum gurgite adhuc fluctuant, et modo emicant, modo præter fluctus, quos excitant, nihil prodere queunt, veluti IV. 895. ‘Corporis ut hæc navis;’ IV. 215. VI. 229. ‘temporis imago;’ ‘temporis, et aurum;’ (quæ duo loca operæ pretium est videre quam misere ac frustra dextram petant ab Chr. Rufo, tom. II. Fac. Crit. pag. 605.) II. 1024. ‘Accedere, et nova se species ostendere rerum;’ V. 608. ‘Accendere ex una scintilla incendia.’ Item, II. 680. ‘contingere parato;’ et IV. 956. ‘degerere bellum.’ Denique et meum illud τόλμημα, ad II. 352. ‘surripere,’ quasi ‘surrip’re,’ non ‘surpere.’

XI. Ad hasce Elisiones accedant Crases nonnullæ, et Synalœphæ, vocalium ac syllabarum, nisi mavis συνεκφωνήσεις appellari. Non enim et hasce, nisi difficulter admodum, in lucem prodire cernimus. Exempla suppeditant, I. 976. ‘prohibeat, officiatque.’ Unde et illud III. 876. ‘Id quoniam mors eximit, esseque prohibet, Illum, &c.’ mihi arrisisse mireris nolim; neque enim insolentia movebar eorum, quæ sequuntur, ‘Illum ante fuisse,’ quæ ellipsin pati vocolæ, ‘nimirum,’ ‘nempe,’ similisve, puto, q. d. Id eximit mors, et ita esse prohibet, nimirum, illum ante fuisse, &c. Item, verba ‘fluctuare’ et ‘fluitare.’ Qua enim alia de causa in *fluctare* et *flutare*, hic illic apud Lucretium, mi-

gravere, quam ob ignoratam perditamque demum vocalium *ua*, et *ui* συνεκφώνησιν? Idem in restituta a te voce 'coapta,' IV. 31. observo. Idem in 'suos' et 'suas,' apud alios, in 'suis' apud Nostrum etiam, ex. gr. III. 1038. Aut enim in 'copta,' 'sos,' 'sas,' 'sis,' transformantur, aut alienis vocibus locum cedere coguntur. Quo autem manifestius, quæ dico, appareant, quis, quæso, unquam in animum induxit suum, ut aut 'andem,' 'odem,' 'adem,' apud Lucretium nostrum scriberet, pro 'eandem,' 'eodem,' 'eadem,' quoties *δισυλλάβως* ab eo usurpantur? uti fit, I. 481. IV. 748. 787. 957. aut 'imdem,' 'undem' ve, item 'ædem,' 'osdem,' 'asdem,' pro 'eundem,' 'cædem,' 'eosdem,' 'easdem,' si similiter occurrerent? Ne quidem in voce 'seorsum,' toties dissyllaba apud nostrum, quidpiam, quod ego sciam, propterea imminutum. Idem tamen illi, qui illæsa ista ad nos transmisere, in vocibus 'eum' et 'eam,' quam severi sunt! ne quid gravius dicam. Non enim nisi truncatæ de eorum manibus avolant. Unde 'im' et 'am' etiam apud Nostrum, III. 445. 876. IV. 907. quoties *μονοσυλλάβως* a Poëta usurpantur. Ego et 'fluctuant,' et 'fluitant,' et 'prohibet,' et 'coapta,' et 'eundem,' et 'eandem' et 'eodem' et 'eadem,' et 'seorsum,' quoties dissyllaba sunt, 'suos' autem, et 'suas,' et 'suis,' et 'eum,' et 'eam,' et similia, quoties monosyllaba, nullo prorsus discrimine habenda si decernam, numquid a vera tibi magnopere ratione deerrasse videbor? præsertim, cum Græcorum nobis exempla ob oculos sint, apud quos, ut alias omittam, *ε* vocalis non modo *τη α*, sed et *τη ω* (vide quam grandi ac sonoræ) passim *συνεκφωνεῖται*. Unde et in *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* apud Hes. I. 5.

ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει.

et apud Hom. *Ὀδυσσ. α. 33.*

Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι.

Alia de parte quantopere in voces nonnullas, ob productam *u* vocalem, puram quam vocant, sævitum fuerit apud elegantiarum et leporum Patrem Lucretium, laceræ earundem vestes, et quasi exuviæ, per Variantes hic illic Lectiones sparsæ, satis, opinor, monstrant. Vidit hoc jam, sed et

primus forte, Adrianus Turnebus, licet non nisi ad I. 387. uti quidem videtur; ubi per Lambinum illud 'fuvat' restituit; neque enim, XIV. Advers. 19. aut XIX. 12. quicquam in Lucretio, præter II. 465. 'Nam quod fluidum est,' tangit. Ejus itaque monitis illis, tanquam filo quodam Ariadneo, utendum fuit, ut et vocibus 'fuit,' III. 948. et 'fluant.' VI. 532. par reperiretur solatium. Denique cum et e puram ante i, in 'ei' non modo, sed et 'rei' aliquoties similiter produci cererem apud Nostrum, non minori cura illud 'ejus' respiciendum mihi putavi, ut eodem jure ac gradu haberetur, adeoque et *τρισυλλάβως* et priori producta a Poëta usurpatum videri posset, uti factum III. 358. et a te probatum.

XII. *Ἀνακόλουθα*, quæque, longioribus interjectis parenthesisibus, horum speciem referbant, item *Ἀσύνητα* quæ vocant, vereor, in plura quam quidem deprehendere nobis licuerit, apud Lucretium disturbata sint. Quid enim sublimius, mentemque et cogitationem nostram suspendere aptius, et, verbo ut dicam, subjecta materia dignius, quam quod II. 1039. licet non suo loco, sed II. 435. notatum demum, ex Mss. lectione restitui posse opinatus sum? nempe illud:

Principio cœli clarum purumque colorem, &c.

Quam tibi jam nemo (fessus satiate videndi)

Susplicere in cœli dignatur lucida templa!

Idem fere, quod τὸ ἀνακόλουθον in hisce, ibi, ut opinor, τὸ ἀσύνητον valebit, ubi VI. 964. quod monere pæne oblitus eram, ita legendum censuerim: 'et altis montibus, altas, Exstructas ningueis, &c.' Aut, ubi ex tua emendatione, II. 695. legimus:

Et lapis oppressus, subitus, e frugibus asper.

Nam et VI. 1187. similiter, ut alia obvia omittam:

Tenuia sputa, minuta, croci contineta colore.

Plane ex imitatione Græcorum, quale illud ex. gr. Odys. α. 136.

Χέριβα δ' ἀμφίπολος προχόω ἐπέχευε φέρρυσσά

Καλῆ, χρυσεῖη, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,

Νίψασθαι.

XIII. Factum nonnunquam, ut insignis aliqua vox, aut formula, (quis crederet?) nescio quos fluctus excitaverit, non in propria quidem statione, sed in proximis hic illic regionibus. Quod tamen mirari desino, ubi perpendo, quam avide, quod semel pulchre dictum esset, eo non contenti, Lucretii contaminatores repetierint fere, et arripuerint non suo loco, sed in proximis, quæ vel præcederent, vel sequerentur, dum recens videlicet talis alicujus loci memoria animo eorum obversaretur. Hinc nata mihi suspicio, vocem ‘vivata’ III. 410. pro ‘vitata;’ versu autem ejusdem libri 557. pro ‘vasta;’ similive alia, intrusam, non aliunde quam ex vers. 680. Quemadmodum, non quidem statim ad vs. 410. sed ad 457. demum monere in Annotationibus meis subiit. Quid enim Lucretio dignius tandem ab ullo unquam homine excogitari, ne dicam ad sensum accommodatius, poterat ibi, quam: ‘stat cernendi vitata potestas,’ ut innuat illæsam atque integram manere? Sensus enim est: Lacerato oculo circum, si pupula mansit incolumis, stat vitata, i. e. incolumis etiam servata est, et manet, cernendi potestas, neque visum amisit oculus, &c. Ad vers. autem 557. quam apte ibi, ‘animæ vasta potestas,’ legatur, et versui 680. soli vocabulum ‘vivata,’ reservetur, satis, uti puto, ostensum est. Similiter, ‘Boves Luæ,’ quæ v. 1301. justum jam spectaculum ediderant in contextu, nonne ἀπρὸσδιονύσως prorsus ejusdem libri vs. 1338. in theatrum idem rursus ascendunt? Atque hic veniam a te discedendi precor, qui in libro III. eorum causam tueris, qui illud, ‘delirat lingua, madet mens,’ jam vs. 454. audiri ac resonare voluere. Ego non nisi vs. 478. Poëtæ id effluxisse opinor. Par ratio sex istorum versuum: ‘Omnis enim per se Divom natura,’ &c. Non a Poëta, sed a librariis Lucretii interpolatoribus, libro I. anticipatos eos, (in aurem tibi dico,) certus sum; sacra Matris Deum, quæ explicanda atque irridenda reservabat in librum II. summam perstricturos, atque ibi demum, non ante, suo loco apparituros. Non ulterius tamen ista concedi mihi postulo, nisi quatenus insigne, uti dixit, signatumve ac meditato illatum aliquod dictum spectant. Alia, communiora

quippe, quin sæpius repetita sint, rationibus scilicet diversis admoderate, nequaquam intercedo.

XIV. Quam non curandæ etiam sint piæ quædam fraudes, si ita loqui liceat, in Lucretio, quoties aperte nimis Epicuream illam impietatem præ se fert, admissæ, quivis, ut opinor, facile perspiciet: tam aperte nonnunquam Poëtæ mentem invertunt. Ex. gr. II. 1103. ‘Quod sæpe nocenteis Perterit,’ pro ‘Præterit.’ Et III. 15. ‘Naturam rerum divina mente coortam,’ pro: ‘Divum sine mente,’ ut alii reposuere. Et sic in ceteris.

XV. Nova verba Lucretii, et inusitatiora pleraque, quippe quibus multa agendum sibi palam profitetur; ‘Propter egestatem linguæ, et rerum novitatem,’ detrimentum Auctori majus, an lumen asperserint, merito dubites. Ita plerumque aut propriis sedibus turbant, aut alienis aliena provocant. Propriis sedibus, verbum ‘Curvascant,’ ex. gr. III. 481. substantivum ‘tama,’ adjectivum ‘inferium’ VI. 554. &c. incondite egisse, adeoque in ordinem redigenda, eo quo docui ritu, putavi. Similiter v. 1352. non ‘Insubula’ modo sed et ‘Insilia’ simulacra quædam puto veræ vocis ‘Ensilia,’ quam Is. Vossius ad Catullum, et ex eo Creechius, verbo indicant; Annotator autem noster ex Notis Tyronis Pag. 126. ubi legas: ‘Ensis, Ensilia [quibus adjicit ‘Ensibila,’ pro ‘Insubula,’ quæ tamen ibi, in nova saltem editione, non reperio] Vagina,’ &c. quam opportune probat; et, præter Isidori Glossas in, ‘Netorium,’ etiam Nonium citat, in ‘Gracilento,’ apud quem hic Ennianus versus:

Deducunt habiles gladios filo gracilento.

‘Ensilia’ igitur, sicuti et ‘gladii’ fuerint dicti, quæ Græcis σπάθαι. Nam et in vocibus μάχαιρα, et ξιφίδιον, hanc explanationem habet Hesychius; et instrumentum textorium fuisse, quo κατακρούεσθαι τὰ ὕφη solebant, seu stamen et subtemen ‘coire cogebantur et jungi,’ non Hesychius tantum, sed et Pollux, VIII. cap. 10. et, X. cap. 28. et Seneca, ep. xc. docent; a forma videlicet ita dictum, cujus figuram

quoque exhibet celeberrimus Joh. Braunius, lib. 1. de Vestitu sacerdotum Hebr. cap. 16. Cogitari etiam non incongrue posset, Lucretium scripsisse ‘Pensilia,’ et ita *pondera* illa ac *λίθους* appellasse, de quibus et Seneca, et Pollux, &c. locis citatis. Sed conjecturarum, ut opinor, satis jam dudum. Alienis, ut dixi, quandoque sedibus Lucretii peculiaria ista motus excitant. Ita, ex. gr. participium ‘inolens,’ pro ‘non olens,’ Gifanium sollicitavit, ut in Collectanea sua verbum illud nihili, ‘inolere,’ pro ‘non olere,’ referret, cum tamen non nisi antiquum suum obtineret Carus, qui et ita ‘immerentes,’ pro ‘non merentes,’ alibi dixit, licet nunquam vel tantillum cogitaret de usurpando verbo aliquo, ‘immereri,’ pro ‘non mereri.’ Omitto illa talia, quæ partim Lambinus, partim Gifanius, partim etiam *ὁ πάλιν* Vossius noster, ausi; veluti: ‘talipedare,’ ‘sevidere;’ ‘remorare’ pro ‘remorari,’ ‘imitare’ pro ‘imitari,’ ‘vagare’ pro ‘vagari,’ ‘exhortare’ pro ‘exhortari,’ ‘minare’ pro ‘minari;’ tum et ‘lamentæ,’ ‘cessamenta,’ ‘enunc,’ et similia. Illud v. 945. ‘Claricitat late’ Lambino et Simeoni Bosio lubens meritoque concedo, tam clare veteris scripturæ vestigiis exprimitur. Ad formam autem verbi Lucretiani ‘tenerascere,’ etiam τὸ ‘curvascere’ III. 481. te volente, et admitti, et in contextum recipi, non sine voluptate video.

XVI. Habet et elegantias quasdam suas Lucretius, quibus dum perfrui cupit, sæpius a sciolis vapulat. Ex. gr. Terentianam inprimis phrasim cum in deliciis habeat; unde et II. 1100. ‘cœlique serena Concutiat sonitu;’ III. 974. ‘aliena tua ætate;’ IV. 1135. ‘Atque in amore mala hæc proprio,’ &c. v. 699. ‘Cessant;’ et 1156. ‘Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet,’ et similia: non ubique tamen per istos in hisce ipsi licuisse genio suo indulgere, testis mihi est locus II. 1024. jam obiter supra, ad § X. notatus: ‘Nam tibi vehementer nova res molitur ad aureis Acced’re, et nova se species ostendere rerum.’ Qui quam elegantissime illud Comici ex-

primit, quod est in Hecyra, III. v. 32. ‘Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus.’ ‘Accidere’ enim maluerunt. Solennium formularum captator Lucretius (uti manifesto sese prodit in istis ex. gr. ubi I. 742. dicit :

Et graviter magni magno cecidere ibi casu :
aut III. 1528.

Sed metus in vita poenarum pro malefactis

Est insignibus insignis :

formulam enim referunt quæ non apud Aristophanem modo, aut alibi, sed et in ipsis Sacris Literis occurrit: ἀπολέσαι κακούς κακῶς, &c.) cum et III. 556. scripsisset, ut omnino existimo, et ibi moneo, ‘connexu corpus adhæret,’ et simile quid timere cuperet, mutari tamen et corrigi a censoribus suis debuit. Tropis indulgere quantus fuerit artifex Poëta noster, passim, ut opinor, et abunde patet. Quid enim tam durum atque intolerabile per se, quod non dexteritate quadam emolliat et pulcherrimum efficiat? ‘Vivum bustum’ dicturus feras bestias, v. 991. atque adeo aspirans eandem illam metaphoram, quam in ὑποξύλοις quos vocat, (quasi ‘bracteatos’ Latine dicas,) Sophistis quibusdam Hermogenes, in Gorgia Leontino ille, quem et Faber ibi citat, Longinus, ut insolentem ac frigidam palam reprehendere non dubitavere; quam dextre tamen ἐκ παρανομασίας eam infert, atque hujus vel solius ope, quod vult, consequitur! Ipso enim Hermogene, si opus est, iudice, ἀεγῆ πεποίηκε τὸν λόγον, cap. περὶ δριμύτητος, simulatque ita eo ascendit, ut et præmittat: ‘pabula viva feris præbebat,’ mox autem inferat: ‘Viva videns vivo sepeliri viscera busto.’ Eodem itaque consilio illustrandis ac veluti communiendis, quibus utitur, metaphoris, per se insolentioribus, ab inducendis mox, aut jam inductis comparationibus παραμυθίαν mutuari solet, ut I. 403. ‘Namque canes ut montivagæ,’ &c. II. 54. ‘Nam veluti pueri,’ &c. v. 601.

Nonne vides etiam, quam late parvus aquai

Prata riget fons interdum? &c.

Quam non semper autem ipsi ne quidem in hisce artem suam exerere integrum propter mutilatores suos fuerit, indicio mihi est locus IV. 895. ubi scripsit haud dubie, ut et hoc supra jam tetigi, ‘Corporis,’ quasi,

Corp’ris ut hæc navis velis ventoque feratur.

Ipsa enim more solito sequitur mox comparatio: ‘Quippe etenim ventus,’ &c. Illi autem in alia omnia plerique abeunt. Accedunt Archaismi, quibus quantopere delectetur elegantissimus Auctor, non opus est verbis. At nonne verendum est, ne inter alia etiam Gifanii illud, I. 105. ‘multa tibi me fingere possum,’ quod et Adr. Turnebum approbatorem habet, et alios inter Scioppium etiam Susp. Lect. lib. v. epist. 19. contra Poëtæ mentem ceteri deformarint in ‘multa tibi jam fingere possum?’ Quod si ita est, quid obstabit tantopere, quo minus et III. 723. quod et supra jam citavi, Num. IX. legamus: ‘priva se in corpora posse venire?’ E contrario, ‘video firmare potesse,’ non ‘videor,’ et mihi persuasum est scripsisse Lucretium, III. 320. et ab aliis probatum. Denique et particularum rarior quidam, et vel significantissimus sæpe delectus, est ubi Viro fraudi fuit. Neque enim alius quispiam tam copiose atque ornate vocibus ‘nempe,’ ‘profecto,’ ‘neque autem,’ ‘et autem,’ ‘porro,’ ‘tum porro,’ ‘nimirum,’ &c. usus reperitur. Hinc igitur, et illud ‘tamen’ I. 683. auxilio egebat adversus eos, qui id mutare aggressi fuerant.

XVII. Passim, ubi metri legibus nimirum, aut frustra timet Lambinus, iisdem iniquior mihi videtur fuisse Gifanius, et ad inordinatos suos sese recepisse numeros; quibus quidem si semel opposuerimus Adr. Turneb. iudicium, quod in Pierium profert, quia et ille jam apud Nostrum VI. 1133. legendum contenderat:

An cœlum nobis intra natura corruptum:

nimirum: ‘si ita impune liceret syllabarum leges violare, quis non carmen pangeret? quid nobis præceptis opus esset?’ uti videmus XXII. Adv. 19. abunde satis factum iri puto. Exemplum habeo VI. 762. ubi, cùm Lambinus non fuisset ausus legere: ‘Janua ne potius Orci regionibus

esse Credatur posta:’ sed transpositis, metri videlicet gratia, vocibus: ‘Janua ne his Orci potius,’ &c. Gifanius, ut in alteram potius peccet partem, credo, ita legit: ‘Janua ne potius his Orci regionibus esse Credatur.’ Ego neque transpositione ulla, neque vocabulo *his* opus esse puto. Ultima in ‘potius’ pedem orditur, et, licet ante vocalem, sat firmo tamen talo insistit. Sensus autem salvus est, et hic, meo judicio: ‘Ne potius, regionibus Orci,’ nempe, quas sibi vulgus imaginantur, ‘janua’ aliqua ‘credatur posita esse; hinc’ &c. sive: ‘Ne Orci regiones januam aliquam habere credantur,’ &c.

XVIII. Gassendi lectiones solitariae fere; neque Manuscriptorum editorumque librorum auctoritate fultae, neque emendandi Lucretii studio excogitatae mihi videntur, sed a memoriae lapsu, docto tamen eo, nihilque Lucretio indignum affingente, dum nempe versus Lucretianos ita sibi familiares habet, ut inter scribendum, quoties Poetae verba citat, non exemplar aliquod, sed solam memoriam consulere satis habeat, profectae. Exempla, II. 977. ‘de rerum natura,’ pro ‘mistura;’ et 979. ‘totis animalibus assimilata,’ pro ‘mortalibus;’ et 1101. ‘et in diversa recedens,’ pro ‘in deserta.’ Item, III. 80. ‘Percipit ingratos odium,’ pro ‘humanos;’ et 226. ‘neque detractum de corpore quicquam,’ pro ‘de pondere.’ Addo et IV. 859. ‘remis ventoque,’ pro ‘velis ventoque.’

XIX. Fari emendationes peculiare, ac speciosae, ut plurimum mihi videntur. Sic III. 374. ubi pro ‘nectere membra’ habet, ‘Apposita alterius variare, et vertere membra.’ Et ejusdem libri vs. 490. ubi pro ‘Inconstanter,’ ‘Incunctanter et in jactando membra fatigat.’

XX. In Vossianis multa reperio, quae non tam plenas emendationes, quam emendationum veluti rudimenta quaedam repraesentant; prout nimirum vir ille eruditissimus locis difficilioribus quandoque vocem unam alteramve ludibunde, et quasi aliud agens, asperserit, et ad scripturam veterem quam proxime finxerit, de sensu videlicet postea visurus. Ita III. 174. ad illud ‘in terra mentis,’ adjecisse

videtur: 'inter moerentes,' 'inter lamentas,' 'in cessamentis.' Neque alio consilio VI. 793. verbum 'Concidere' transfuderit in 'Cum cinere.' Item, 938. ex vocibus 'ad res,' 'ardes' fecerit, quod marginalia nostra habent, ut et 1238. ex 'Poenibat,' 'Poena ibus at.' Annotator autem noster, (Hadr. Beverlandus) licet Vossianarum Observationum exscriptorem tantum in libri nostri fronte profiteatur, multa tamen de suo etiam adjecisse videtur. Argumento mihi est, quod VI. 786. ad illud: 'In Heliconis montis arbor Floris odore hominem tetro consueta necare,' notat: 'Hujus arboris meminit quoque Dicæarchus, in descriptione montis Pelii.' Quod fragmentum tamen, non nisi anno CIOIOCCIIII. atque adeo longe post obitum clarissimi Vossii, lucem aspexit Oxoniæ, in tom. II. Geographorum, quos vocant minores, idque e Cod. Gudiano a Jos. Alb. Fabricio transmissum Clarissimo Editori. Nisi mavis, ab ipso Is. Vossio illud ineditum adhuc inspectum, quippe quod notum fuisse ipsius saltem Parenti ex lib. I. cap. 9. de Historicis Græcis, apparet: vel denique, respectum ad ejusdem fragmenti, Salmasio jam ex inedito exemplari citata, verba, cap. LXXXIII. de Homon. Hyles Iatr. Quicquid sit, Annotator ille noster, si universa descripsit, multa prave descripsit, nec intellecta. Observavi etiam ejusdem pleraque esse, quibus Londinenses in variantibus lectionibus apponunt 'Quidam.'

Habes, Vir optime, mihi que amicissime, quæ, inter mea illa ad Lucretium παράεργα, reliqua habebam, οὐ παράεργως tamen ostensura, uti spero, τὸ φίλεργον, quo quam lubentissime in id genus delicias symbolam aliquam confero. Quod si et hæc tanti Tibi videbuntur, ut, in curanda atque exornanda elegantissimi Poëtæ nova Editione, rationem eorum habendam censeas, erit quod mihi de non male locata in iisdem opera gratuler. Vale.

TESTIMONIA VETERUM

DE LUCRETIO.

[EX EDITIONE GILBERTI WAKEFIELDI.]

M. T. CICERO, in epistolis ad Q. Fratrem, II. 11.

‘LUCRETII poëmata, ut scribis, ita sunt multis luminibus ingenii; multæ tamen artis.’

Sunt, qui negationis particulam ‘non’ post ‘scribis’ inferunt, singularem per audaciam, contra librorum scriptorum fidem: eadem opera Ciceronis iudicio acerbissimam injuriam facientes, et ingenium Lucretii deprimentes malignissime. Nimirum, opinioni inter criticos receptæ disertissimæ togatæ gentis tacitus occurrit; quæ volebat, ingenii vim et artificium scribendi in eodem homine rarissime consociari. Hinc pendet Ovidius, *Trist.* II. 424.

Ennius, ingenio maximus, arte rudis.

Sed neque acutissimam et elegantissimam Tanaquilli Fabri conjecturam, ‘lita,’ vice ‘ita,’ temere contra codices equidem receperim: nam vulgata sunt accurate propria, et connexa.

Non minus igitur Ciceronis ipsius, quam Marci fratris, sententiam favorabilem habemus, tum de nativis ad illuminandam poësin Lucretiani ingenii virtutibus, tum de

magna solertis artificii pollentia, cultuque dicendi limatiore.

CORNELIUS NEPOS, in Vita Attici, XII. 4.

‘ Idem L. Julium Calidum, quem, post LUCRETII Catullique mortem, multo ELEGANTISSIMUM POETAM nostram tulisse ætatem, vere videor posse contendere,—in proscriptorum numerum a P. Volumnio—relatum, expedit.’

M. VITRUVIUS POLLIO, de Architectura, IX. 3.

‘ Item plures, (qui literarum jucunditatibus instructas habent mentes,) post nostram memoriam nascentes, cum LUCRETIO videbuntur, velut coram, DE RERUM NATURA disputare.’

P. OVIDIUS NASO, Amorum, I. 15. 23.

‘ Carmina SUBLIMIS tunc sunt peritura LUCRETII,
Exitio terras cum dabit una dies.’

Tristium, II. 425.

‘ Explicat ut causas rapidi LUCRETIIUS ignis,
Casurumque triplex vaticinatur opus.’

SEXTUS AURELIUS PROPERTIUS, Elegiarum, II. 25. 29.

‘ Aut quid LUCRETII tibi prosunt carmina lecta?
Nil juvat in magno vester amore senex.’

C. VELLEIUS PATERCULUS, Historiæ Romanæ, II. 36.

‘ Quis enim ignorat,—floruisse hoc tempore—auctores carminum, Varronem ac LUCRETIIUM; neque ullo in suscepti operis sui carmine (f. *stamine*) minorem Catullum?’

L. ANNÆUS SENECA

LUCRETII nostri meminit, sed citra pœseos vel laudem vel vituperium, de Tranquill. Anim. sect. 2. et epist. XCV. CX.

C. PLINIUS CÆCILIUS SECUNDUS

similem LUCRETII mentionem fecit in Epist. iv. 18. ut prior Avunculus ejus, Caius Plinius, in præmissis lib. x. Historiæ Naturalis; quæ tamen suspectæ sunt auctoritatis.

M. FABIUS QUINTILIANUS, de Institutione Oratoria,
I. 4.

‘Nec ignara philosophiæ (grammaticæ potest esse perfecta), cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac LUCRETIIUM in Latinis; qui præcepta sapientiæ versibus tradiderunt.’

IDEM ibidem, x. 1.

‘Nam Macer et LUCRETIIUS legendi quidem, sed non ut phrasim, id est, corpus eloquentiæ, faciant: elegantes in sua quisque materia; sed alter humilis, alter difficilis.’

Manifestissimum est cuius contentius intuenti, magnum rhetorem non de laudibus Lucretii, ut elegantis poëtæ, detrudere voluisse, sed orationem ejus subtiliorem esse, atque τεχνικωτέρην, ut argumentum quoque nimis austerum et exile, quam quæ ubertati, magnificentiæ, et amœnitati, sermonis oratorii consummandis pulchre sint accommodata. Meminit iterum Lucretii scriptor ille fructuosissimus, *ibid.* III. I. VIII. 6. XII. 11.

C. CORNELIUS TACITUS, Dialogo de Oratoribus,
sect. 23.

‘Neminem nominabo, genus hominum signasse contentus; qui Lucilium pro Horatio, et LUCRETIIUM pro Virgilio, legunt.’

P. PAPINIUS STATIUS, Sylvarum, II. 7. 76.

‘Cedet Musa rudis ferocis Ennii,
Et docti furor arduus LUCRETII.’

Stattus autem potissimum respicit Lucretii lib. 1. verr. 137. 146. 922. Et, ne in sequioris ætatis scriptores, qui Lucretium laudibus extulerunt, evagemur latius, otium nobis fecit immensa Barthii doctrina: cujus nota scilicet ad Papinii locum plura scire cupientibus consulenda est.

Q. SERENUS SAMONICUS, de Medicina, ver. 614.

‘ Hoc poterit quartus magni monstrare LUCRETII.’

EXPLICATIO NOTARUM

QUÆ IN VARIANTIUM LECTIONUM HARUM INDIGITATIONE
OCCURRUNT.

Ald.	Aldi editio, Venet. 1500.
Bas.	Editio Basiliensis ap. Henr. Petrum, 1531.
Bas. marg.	Variæ lectiones margini ejus appositæ.
Bip.	Editio ex typographia societatis Bipontin, 1782.
Bodl. Cr.	Lectiones Msti cod. Bodleiani margini codicis, qui fuit Th. Creech. ascriptæ.
Bodl.	Accurata atque nova Bodleiani Ms. collatio.
Cant.	Codex Cantabrigiensis.
Cr. Conj.	Conjecturæ Th. Creech. notis suis insertæ.
Cout.	Editio Baronis de Coutures, Paris. 1692.
Delph.	Editio Fayi in us. Delph. Paris. 1680.
Fab.	Fabri emendationes vel editio.
Ferr.	Ferrandi editio, Brixia, sine anno.
Gif.	Gifanii editio, Antverpiæ 1565.
Gif. marg.	Aliæ lectiones margini Gifanii additæ.
Gif. L. B.	Alia Gifanii editio, L. Bat. 1595.
Gottorp. fr.	Gottorpiantum fragmentum 800. vel 900. annorum, desinens in parte lib. II.
Gryph.	Editio Gryphiana, 1540.
Gryph. marg.	Lectiones ejusdem marginales.
Hav.	Havercampii editio, 1725.
Heins. 1. 2.	Collationes Heinsianæ, quæ non nisi ad primum et sextum lib. pertinent.
Lamb.	Lambini, Paris. 1570. et Francof. 1583.
Mar.	Marrulli lectiones margini Gifanii additæ.
Mus. B. 1. 2. 3.	Codices Musei Britannici.
Nard.	Nardii editio, Florentiæ 1647.
O.	Codex Dni. Poore.
P.	Pii editio, Bononiæ 1511.
P. in not.	Variæ ejusdem lectiones, quas ex Mss. in notis suis ad-jecit.
Sus.	Notæ Mstæ Dni. Jacobi Susii.
Th. Ra.	Theodori de Ragazonibus editio, Venet. 1495.
V. ed.	Pauli Fridenpergeri editio, Veronæ 1486.

- V. marg. 1. 2. 3. Variæ lectiones ex vetust. codd. oræ ejusdem Veronensis additæ et ascriptæ.
- Vind. Codex Vindobonensis.
- Vind. fr. Fragmentum Codicis Vind. quod incipit ad lib. II. vs. 658. interrumpitur ad lib. III. vs. 614. nec prius de novo exorditur, quam ad lib. VI. vs. 747. devenias; unde ad finem libri continenter pergit.
- Voss. L. B. Variæ lectiones ex pulcherrimo Ms. atque vetustissimo bibl. L. Bat. quondam Vossiano.
- Voss. vet. Variæ lectiones ex ejusdem bibliothecæ L. Bat. Ms. longe vetustissimo, item olim Vossiano.
- Voss. marg. Lectiones Vossianæ, quas margini libri sui imprimendi ascripserat Isaacus Vossius, et sæpius num. 1. 2. 3. notaverat.

T. LUCRETII CARI

DE RERUM NATURA

LIBER I.

ARGUMENTUM.

In ipso operis principio Venerem invocat. **II.** Deinde, a v. 45. ad v. 159. libros suos de Rerum Natura dedicat Memmio: Epicurum, cujus rationes sequitur, collaudat; ab illius doctrina impietatis invidiam amolitur; et hujus et sequentium librorum argumenta breviter proponit. **III.** Tum rem aggreditur, docetque a v. 160. ad v. 265. ex nihilo nihil fieri, et in nihilum nihil reverti, posse. **IV.** A v. 265. ad v. 329. minuta esse quædam corpora, quæ, licet sub sensum non cadant, mente tamen posse concipi; et e quibus res omnes componuntur. **V.** His corpusculis a v. 330. ad v. 430. subjungit vacuum, seu inane spatium; et **VI.** a v. 430. ad v. 483. probat nihil esse præter corpus et inane; reliqua autem, quæ videntur esse, ut pondus, calor, paupertas, bellum, &c. esse tantum conjuncta vel eventa, proprietates seu accidentia, corporis et inanis. **VII.** Docet a v. 483. ad v. 528. prima corpuscula esse perfecte solida; ideoque a v. 528. ad v. 635. insecabilia esse, minima, (neque enim corpus in infinitum dividi potest) et æterna. **VIII.** Deinde, a v. 635. ad v. 712. refutat Heraclitum, qui ignem, aliosque, qui aërem, aquam, aut terram, rerum omnium principium esse statuerunt. **IX.** Tum a v. 712. ad v. 829. contra Empedoclem demonstrat, res non componi e quatuor elementis. **X.** Demum, a v. 829. ad v. 919. Anaxagoram refellit. **XI.** Postremo, a v. 919. ad v. 1050. docet, universum esse ex omni parte infinitum, corpuscula esse numero infinita, et inane nullis terminis comprehendi posse. **XII.** et a v. 1050. ad v. 1110. libri finem, deridet illos, qui existimant, esse aliquod centrum in universo, quo gravia omnia decorsum tendant, dum levia sponte sua sursum ferantur.

ÆNEADUM genetrix, hominum Divomque voluptas,
 Alma Venus! cœli subter labentia signa
 Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferenteis,
 Concelebras; per te quoniam genus omne animantum
 Concipitur, visitque exortum lumina solis: 5
 Te, Dea, te fugiunt ventei; te nubila cœli,
 Adventumque tuum: tibi suaveis dædala tellus
 Submittit flores; tibi rident æquora pœnti,

Fœcunda Venus, mater Æneedarum, delicia hominum atque Deorum, quæ infra volubiles stellas cœli frequentas mare relivolum, et terras fructiferas; siquidem omnis gens animalium generatur per te, et generata videt lucem solis: o Dea, inquam, venti et nîmbi aëris recedunt a te, et ab accessu tuo; terru varietate florens subicit tibi gratos flores; campi maris æquati subrident tibi; et serenum cælum illucet

1 *Æneadum* Ferr. *genetrix* Gryph. Bas. Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—2 *cœli* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—3 *frugiferentis* Ferr. V. ed. Th. Ra.—4 *conceperas* Cout. *concelebrâ* parte Bodl.—5 *lumine* Gottorp. fr. Voss. L. B. Voss. vet. *numina* V. ed.—6 *venti* vulg. *cœli* ut sup. l. 2.—7 *Adventuque tuo tibi* s. &c. Gryph. Nard. Pak. Bodl. Cr. &c. ‘Quod comparet in codd. Bodl. Voss. L. B. et vet. *Adventuque tuo*, non est, mihi crede, quod existimabant editores, diversa lectio, sed germanissima vetustatis incorruptæ scriptio pro

NOTÆ

1 *Æneadum genetrix*, &c.] Disputaturus Poëta de *rerum natura* exorditur his 44. vs. ab invocatione Veneris, quam rerum genetricem agnoscit: precaturque ut illa, dum ipse rerum naturam explicat, terras ac maria tranquillet, bella componat, pacemque omnibus, sed Romanis præsertim, petat a Marte, quem ipsa æterno devinctum amore tenet.

Æneadum] Æneadarum, i. e. Romanorum, qui genus ab Ænea ducunt. Virg. *Æn.* i. 10. Tit. Liv. lib. i. Æneam autem ortum a Venere magis constat, quam hic a nobis confirmetur. Virg. *Æn.* i. 621. Ovid. *Fast.* Hom. &c.

2 *Alma*] Hebræis ‘puella:’ Græcis ζείδωρος, ‘fœcunda.’ Sophocl. apud Plutarch. ἐν Ἐρωτικ. Latinis ‘alens’

ab alendo. Quod epithetum tribuitur et telluri, Virg. *Æn.* i. et Cereri, G. i. et agro, G. ii. et diei, Ecl. viii. quod aut de his aut per hæc vivamus. Festo tamen dicitur ‘sancta,’ ‘pulchra.’ Hinc abusive tribuitur aliis Numinibus, quam Veneri, quæ rerum parens est; puta Sibyllæ, *Æn.* vi. puta Aurora, Martial. viii. 22. puta Cybelæ, *Æn.* x. Dicitur et a Lucretio ii. 970. ‘dulcedo alma.’

Venus] Quæ rerum generationi præest vs. 4. 228. dicta Venus a Cicerone, quod ad res omnes veniat.

4 *Concelebras*] Lambino, colis, frequentas. Nonio Marcello, commoves.

7 *Dædala*] Sic vs. 229. a verbo δαιδάλλειν, ‘variare.’ Hinc Festus dixit ‘dædalum a varietate rerum artificiorumque esse apud Lucretium

Placatumque nitet diffuso lumine cœlum.

Nam, simul ac species patefacta est verna dici, 10

Et reserata viget genitabilis aura Favonii;

Aëriæ primum volucres te, Diva, tuumque

Significant initum, percussæ corda tua vi.

Inde feræ pecudes persaltant pabula læta,

Et rapidos tranant amneis: ita, capta lepore, 15

[Inlecebrisque tuis, omnis natura animantum]

Te sequitur cupide, quo quamque inducere pergis.

Denique, per maria, ac monteis, fluviosque rapaccis,

dispersa ubique luce. Namque ubi primum pulchritudo vernalis temporis patuit, et flatus Favonii, qui facit ad generationem rerum, laxatus spirat, tunc primo aves aetheriæ percitæ tuo numine intra pectora prænunciant te, o Dea, et tuum adventum; deinde feroces belluæ, et pecora saltant per vernantia pascua, et transmittunt etiam flumina rapacia; adeo avide totum genus animalium adductum tua venustate tuisque lenociniis subsequitur te in quamcumque partem conaris impellere quodlibet illorum. Demum et in æquoribus, et in montibus, et in flu-

~~~~~  
*Adventumque tuom ad solitam brevitatem, adventūque tuō, data. Wakef. Adventumque tuum tibi s. &c. Preiger. Turneb. dædula Bodl. dedala Ferr. V. ed. Th. Ra.—8 Summittit Bip. equora V. ed. Th. Ra.—9 diffuso Gottorp. fr. 2. sed in eo superscriptum diffuso. numine Gryph. marg. P. in not. cælum ut sup. 2.—10 simulat species V. ed. Th. Ra. calefacta Par. Creech.—11 genitilis V. ed. Th. Ra. Hav. Bip. Fovoni Bodl. Favoni Ferr. V. ed. Th. Ra. Bip.—13 initium Gif. marg. Cout. Voss. L. B. nutum Mus. B. 1. 2. Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. percussæ Gif. V. marg. 1. 2. 3. Bip. percussæ Ferr. V. ed. Th. Ra.—14 fere Ferr. V. ed. Th. Ra. persalçant Ferr. persultans V. ed. persultant vulg. lati Bodl.—15 Hic v. sequenti postponitur Voss. marg. aranis V. ed. Th. Ra. quodque l. Heins. 2. Bas. ed. et marg.—16 Hic v. deest Gif. Par. Voss. marg. 1. 2. Bas. marg. P. Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Cant. Mus. B. 1. 2. 3.—17 cupidæ Th. Ra. quocumque Par. P. in not. Ferr. V. ed. Th. Ra. Heins. 1. Bodl. quoquunque Ald. tergis Voss. L. B. sed ibi p superscribitur.—18 montis f. rapacis Ferr.*

#### NOTÆ

terram.' Sic et opera vasaque figurata et arte plena dicuntur 'dædala.' Lucret. iv. 'dædala lingua:' v. 'dædala signa.' Virg. G. iv. 'dædala tecta.' Inde Dædalus dictus est ille faber Atheniensis omnium artificum ætatis suæ ingeniosissimus.

10 *Species...verna diei*] Veris ininitium.

11 *Genitabilis*] Alii *genitilis*. Utrumque Latine dicitur; significatque id quod facit ad generationem, vel quod vim habet gignendi. Qua voce passim utitur Lucretius, i. 437. 623.

ii. 228. iv. 1038. &c.

*Favonii*] Favonius Græce Ζέφυρος, quasi Ζωηφόρος, 'vitam ferens.' Latine Favonius, quasi favens rerum generationi. Ventus est lenis ab occasu flans.

13 *Initum*] A verbo, inire. I. e. introitum, ingressum, adventum. Alii legunt *initium*, et per syncopen *initum*.

17 *Quamque*] Suppl. naturam animantum. Alii legunt *quocumque*, non male.

Fruñdiferasque domos avium, camposque virenteis,  
 Omnibus incutiens blandum per pectora amorem, 20  
 Efcicis, ut cupide generatim secla propagent.

Quæ quoniam rerum naturam sola gubernas,  
 Nec sine te quidquam dias in luminis oras  
 Exoritur, neque fit lætum neque amabile quidquam ;  
 Te sociam studeo scribundis versibus esse, 25  
 Quos ego de RERUM NATURA pangere conor  
 Memmiadæ nostro ; quem tu, Dea, tempore in omni  
 Omnibus ornatum voluisti excellere rebus :

*minibus rapidis, et in tectis frondosis volucrum, et in agris viridibus, injiciens cunctis animantibus hilarem amorem intra corda facis, ut alacriter quæque multiplicent genus suum per singulas species. Cum igitur sola es, quæ regis naturam rerum, nec ulla res absque te editur in ætherias regiones lucis, neque res ulla fit jucunda, nec amore digna ; cupio te mihi fieri adjutricem in componendis carminibus, quæ ego aggredior componere de rerum natura nostro Memnio, quem tu, o Dea, voluisti semper donatum a te præstare in rebus omnibus. Quare, o Dea, da eo magis per-*

V. ed. Th. Ra.—19 *Fruñdiferasque* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *Fruñdiferosque* Gottorp. fr. *virentis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *virenteis* Ald. Bip.—20 *inquitiens* Ferr.—21 *sæcli* V. ed. Th. Ra. Bip.—23 *Non* Mus. B. 2. Idem *diei pro dias* : et vice *oras* Mus. B. 2. 3. *horas. quicquam dias* Ferr. V. ed. Ald. *dies* Th. Ra.—24 *sit* Fab. *letum n. a. quicquam* Ferr. *quicquam* V. ed. Th. Ra. Ald. *nec am. pro neque am.* Voss. vet.—25 *sotiam studio* Bodl. V. ed. *studio* Ferr.

## NOTE

19 *Fruñdiferasque domos avium*] Nimirum sylvas, quas habitant aves.

21 *Generatim*] Per singulas species. Sic vs. 226. 227. et alibi passim.

*Secla*] Generis ac stirpis suæ propagationem : quasi ævum, ac longævam generis ætatem. Sic vs. 467. 590. 1090. II. 77. 173. 502. et alibi. Consule indicem vocabulorum.

22 *Solu*] Est enim Venus ‘hominum Divumque voluptas,’ ut dixit Lucretius vs. 1. et omnium animantium illecebræ, vs. 16. Habet et in hortos et in olera etiam jus summum. Unde Nævius apud Festum Venerem posuit pro oleribus, dum coquum inducit dicentem : ‘Edi Neptunum, Cererem, et Venerem ;’ i. e., pisces, panem, et olera. Vere igitur sola res omnes gubernat. Quis autem Romæ Templum Veneri Genetrici dicatum a Cæ-

sare nescit ?

23 *Dias*] Aërias, diurnas. *Dium* enim dicitur, inquit Festus, ‘quod sub cælo est. Ex quo sub dio fieri dicimus, quod sub cælo fit, et non sub tecto.’ Quauquam aliquando ‘dus’ sumitur pro voce, divinus. Lucret. II. 178. ‘dia voluptas.’ Virg. Æn. XI. ‘dia Camilla.’ Horat. Sat. I. 2. ‘Sententia dia Catonis.’

25 *Te sociam studeo, &c.*] Quamvis enim Lucretius dicat vs. 61. Deos nec bene meritis capi, nec gratia flecti, neque ira tangi, nec res mortaliu curare : hoc tamen loco Deam invocat Venerem, eamque sibi sociam versibus scribendis esse studet, non quia putet eam sibi posse talibus in rebus adjutorio esse, sed quia, ut ait Epicurus apud Cicer. I. Nat. Deor. cum natura Deorum præstans sit et

Quo magis æternum da dictis, Diva, leporem.  
 Ecce, ut interea fera mœnera militiæ, 30  
 Per maria ac terras omnibus, sopita, quiescant.  
 Nam tu sola potes tranquilla pace juvare  
 Mortales: quoniam belli fera mœnera Mavors  
 Armipotens regit, in gremium qui sæpe tuum se  
 Rejicit, æterno devictus vulnere amoris: 35  
 Atque ita, suspiciens tereti cervice repostâ,  
 Pascit amore avidos, inhians in te, Dea, visus;  
 Equæ tuo pendet resupini spiritus ore.

*petuam venustatem versibus meis; et fac ut interim crudeles usus belli pacati conquiescant per æquora, et per terras universas. Tu enim una potis es adjuvare homines placida pace, cum Mars bellipotens faciat ipse crudelia exercitia militiæ, qui constrictus perenni plaga amoris recipit se plerumque in sinum tuum; et qui sic sursum aspiciens, inclinatus scilicet tenui et oblongo collo, oblectat amore cupidus oculos, quasi aperto ore appetens te, o Diva; et anima illius recumbentis adhæret*

\*\*\*\*\*

scribendis Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—27 *Memniade* Ferr.—28 *Pro ornatum, ora latum* Gottorp. fr. Sus. *prælatum* Voss. marg. Preig. *altatum* Salmasius. *nobuisti* V. ed.—30 *Et face* Fab. *moneru* V. ed. Bodl. Mus. B. 3. *munera* Ferr. Th. Ra. Ald. P. Cant. Bas. Fab. Creech.—31 *sospita* Voss. L. B. *omnis* Ferr. V. ed.—33 *Mortalis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *bellifera* V. ed. Th. Ra. voces *belli fera* desunt in Mus. B. 2. *munera* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—34 *regium in gremium* Gottorp. fr. Voss. L. B. *ingremium* V. ed. Th. Ra. Pro *qui sæpe*, Mus. B. 2. dat *persæpe*.—35 *Reficit* Gif. ed. et marg. Heins. Cout. Bas. marg. Bodl. Voss. L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. Cant. P. in not. *Reficit* Ald. Mus. B. 1. *devinctus* Hav. Bip. *vulnere* Ferr. V. ed. Th. Ra.—36 *ira* V. ed. *suspirans* Gryph. Bas. marg. P. utramque lectionem agnoscit *Pius*.

#### NOTÆ

excellens, habet venerationem justam. Vel, quod mihi magis arridet, non inepte homo Romanus Venerem Romanorum Genetricem imploravit, præsertim de primo rerum exortu ac natura agens.

27 *Memniadæ*] Pro Memmio, sicut Scipiadæ, pro Scipionibus, Virg. Æn. vi. Horat. Sat. ii. 1. Memmius autem iste, cui suum hoc opus scilicet dedicat Lucretius, cognominatur Gemellus; quocum Athenas profectus erat olim, et quo familiariter utebatur. Cic. Ep. ad Quint. ii. 3. Clara autem Memmiorum erat familia in Rep. Romana; Gemellus enim prætor fuit in Bithynia; et A. U. C. DLXXIII. Siciliam sortitus est in provinciam.

Pater ejus Lucius Syllanis temporibus maxime floruit.

30 *Mœnera*] Antiquo more, pro, munera. Sic olim Pœnica, pro Punica.

*Militiæ*] Diæresis, pro, militiæ. Quod familiare est veteribus. Sic viai, naturai, materiai, &c. passim apud Lucretium.

33 *Mavors*] Mars, Deus belli, quasi magna vertens, inquit Cicero ii. N. D.

35 *Rejicit*] Bene, ut satis indicat particula in cum accusativo. Quidam *reficit*, quasi, recreat; minus eleganter.

*Vulnere amoris*] Amor enim corda ferit, et vulnerat. Hinc fabulati sunt

Hunc tu, Diva, tuo recubantem corpore sancto  
 Circumfusa super, suaveis ex ore loquelas 40  
 Funde, petens placidam Romanis, incluta, pacem.  
 Nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo  
 Possumus æquo animo; nec Memmii clara propago  
 Talibus in rebus communi deesse saluti.  
 Quod super est, vacuas aureis mihi, Memmius, et te, 45  
 Semotum a curis, adhibe veram ad rationem:

*vultui tuo.* Tu, o gloriosa Dea, dum amplecteris illum jacentem in gremio sacri tui corporis, profer ex ore blandos sermones, poscens ab eo tranquillam pacem Romanis. Etenim, neque in hoc tempore adverso patriæ, nobis licet disputare de rebus cum libera mente: neque in rebus ita turbulentis illustris proles Memmii potest non consulere bono publico. Quod reliquum est, tu, o Memmi, præbe mihi aures liberab ab omni cura, et adijunge te ipsum vacuum a negotiis ad cognitionem veri-

//////////

suscipiens Gottorp. fr. Voss. marg. *cereti* V. ed. Th. Ra.—38 *Atque* V. ed. Th. Ra. *pendent* V. marg. 1. Cant.—39 *Hunc* V. ed. *Nunc te* Bodl. Cr. Bodl.—40 *suavis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *loquellus* Gottorp. fr. Voss. L. B. et vet.—41 *Fonde* Th. Ra. *Rhomanis* V. ed. Th. Ra. *incluta* Ferr. V. ed. Th. Ra. *incluta* Ald.—42 *Pro nos* V. ed. Th. Ra. Bodl. *eos. patriai* Voss. L. B. sed superscript. *ai. patriai* in Voss. vet. in marg.—43 *equo* V. ed. Th. Ra. *neque M. vulg.* In Mus. B. 1. 2. hic v. sic legitur *Possumus æquo animo; Memmii neque clara propago.* Pro *Memmii* Bodl. leg. *memini*.—44 *desse* Ferr. V. ed. Th. Ra. *de'sse* Bip. *id esse* Voss. vet. Post h. vs. inseruntur vss. 57. et quinque sequentes, Heins. 1. Bodl. Cr. Ferr. V. ed. Th. Ra. quos tamen Heins. 2. non recipit.—45 *superest* V. ed. Th. Ra. *Memmiada* vulg. Mus. B. 1. omittit voces *et te*, et sic ordinat integrum versum: *Quod super est, quæso, vacuas mihi, Memmius, aures;* sic etiam Mus. B. 3. *aureis* Ferr. V. ed. Th. Ra.—46 *Semotim* Mus. B.

#### NOTE

Amoris Deum arma gerere et tela, quæ vibret.

38 *Eque tuo pendet, &c.*] Recubans enim in gremio Veneris Mars quasi os ori, labra labris affixa tenet. Sic IV. 1187.

42 *Nam neque nos agere, &c.*] Alioquin enim vigente bello debuisset arma cum studiis permutare: nec ipse Memmius illum audire potuisset æquo animo, si quidem a studiis ad arma fuisset avocandus. Scilicet, ut recte ait Cicero Tusc. nemo bene potest inter belli strepitus ac plebis seditiones æquo animo philosophari.

*Tempore iniquo*] Belli tempore, Ma-

rianis scilicet ac Syllanis temporibus.

44 *Talibus in rebus*] In rebus adeo turbulentis.

*Communi deesse saluti*] Non consulere Reipublicæ bono, consiliis aut armis eam tuendo. Quod quidem vix fieri licet per studia, quæ totum hominem postulant.

45 *Quod super est, &c.*] His 12. vss. Memmius suo, cuius prius attentionem sibi comparat, futuræ dissertationis argumentum proponit; declaratque se disputaturum de cæli ac Deorum natura; deque primis rerum principiis, ex quibus res omnis concreta fiat, et in quæ resolvatur.

Ne mea dona, tibi studio disposta fideli,  
 Intellecta prius quam sint, contempta relinquis.  
 Nam tibi de summa cœli ratione Deumque  
 Dissererere incipiam, et rerum primordia pandam; 50  
 Unde omneis natura creet res, auctet, alatque;  
 Quoque eadem rursus natura perempta resolvat:  
 Quæ nos materiem et genitalia corpora rebus,  
 Reddunda in ratione, vocare, et semina rerum  
 Adpellare suëmus, et hæc eadem usurpare 55  
 Corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.

*tatis; noli dimittere mea munera tanquam spernenda, quæ tibi sunt a me in ordinem digesta cum fideli opera, antequam mente conceperis ea. Namque exordiar loqui tibi de suprema natura cœli et Deorum; et aperiam tibi prima rerum principia; dicam tibi ex quibusnam rebus Natura procreet, auget, et nutriet cunctas res: dicam etiam in quasnam res Natura reducat easdem res, cum interierunt: quas quidem res nos in explicanda natura rerum solemus nominare materiam et corpora, quæ vim habent generandi res, et vocare semina rerum, et dicere hæc eadem esse prima corpora, quia ex illis tanquam prioribus res cunctæ fiunt. Quod enim spec-*

1.—47 *Nec Bip. Delph. Cr. conj.*—48 *contempta Ferr. Ald. Bip. contempva V. ed. Th. Ra.*—49 *cœli ut sup. l. 2. regione Gryph. marg. Pio etiam ex vetust. exempl. in textum recipiente, qui utramque lect. agnoscit.*—51 *omnis Ferr. V. ed. Th. Ra. auctat Bodl.*—52 *Quove eadem rursus Sus. peremta Bip. resolvit P. V. ed. Th. Ra. Ald.*—53 *Que Ferr. V. ed.*—55 *In Voss. L. B. usurpare superscribitur pro usu dicere.*—56 *Mus. B. leg. quidem pro quod: error a quom manavit, interpretatione τού quod brevius et indistincte scripta. Wakef.*—57

## NOTÆ

49 *Cœli ratione]* Natura, vel cognitione. Sic Cic. de Fin. 3. ‘Nec vero potest quisquam de bonis et malis vere judicare, nisi omni cognita ratione Naturæ, et vitæ, etiam Deorum,’ &c. Alii legunt *cœli regione*. Verum non de cœli ac Deorum regione, sed de natura ac ratione disputat Poëta.

51 *Unde]* Quibusnam ex rebus, quibus ex principiis.

*Auctet]* Aucto, as, frequentativum a verbo *augeo*. Plaut. Amph. III. 6. ‘Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro.’ Catullus dixit ‘auctare aliquem ope.’

52 *Quoque]* In quas res, in quæ primordia,

*Easdem perempta]* Easdem res per-

*Delph. et Var. Clas.*

emptas, et dissolutas. Mutatur quidem genus, cum supra dixerit ‘res omnes.’ Sed hoc Lucretio familiare. Alii *eadem perempta*, nempe *Natura*, sup. *seipsam* resolvat.

53 *Materiem]* Quæ igitur prima rerum principia dicuntur, ea vocat hic Lucretius materiem, genitalia corpora, semina rerum, corpora prima; vocat et alibi passim materiam primam, corpora materiai, primordia rerum, solida corpora, principia, &c. Dicuntur et aliis nominibus, atomi, corpora inanis expertia, insecabilia, invisibilia, solida, individua, elementa, prima causa, &c.

*Genitalia]* Vim gignendi res habentia.

*Lucret.*

F

[Omnis enim per se Divom natura, necesse est,  
 Immortali ævo summa cum pace fruatur,  
 Semota ab nostris rebus, sejunctaque longe ;  
 Nam, privata dolore omni, privata periculis, 60  
 Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,  
 Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.]

Humana ante oculos fede quom vita jaceret  
 In terris, obpressa gravi sub Religione ;  
 Quæ caput a cœli regionibus obtendebat, 65  
 Horribili super adspectu mortalibus instans ;

*tat ad Deos, oportet ut omnis natura Deorum, separata et procul remota a nostris negotiis, potiatur per seipsam æterna vita, cum maximo otio. Etenim cum sit expers omnis doloris, expers periculorum, ipsa potens suis divitiis, non egens nobis, sane nec ducitur beneficiis, nec movetur ira. Cum vita hominum turpiter sordesceret in terris ante conspectum omnium, obruta sub onere Religionis importuna, quæ monstrabat caput a partibus cæli, desuper territans homines horrendo suo con-*

&c. Absunt hi vss. in multis. Vid. Not. Var.—61 *Ipa* Ferr. sui P.—62 *pro meritis* Ferr. Th. Ra. V. ed. Ald. Gryph. utramque lectionem agnoscit P.—63 *fade* Ferr. *fade* V. ed. Th. Ra. Ald. Bip.—64 *Religione* Ferr. V. ed. Ald. Bip. Hav.—65 *relligionibus* V. ed. Th. Ra. Bodl.—67 *Pro Gravis* Ferr. V. ed. Th. Ra.

## NOTÆ

57 *Omnis enim, &c.*] Primum disputationis argumentum aggreditur, deque Deorum ratione dicturus primum eximit Deos ab omni cura rerum humanarum, semotosque vult a rebus nostris, doloris expertes, nihil nostri egentes, et qui nec ira tangantur nec beneficiis ducantur : sed qui contenti suis opibus, immortalesque, summa pace et otio fruantur. Hæc docet his 6. vss. quos iterat II. 650. ‘De Deorum immortalitate nemo dubitavit ; quod autem æternum beatumque fit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri : itaque neque ira, neque gratia teneri, quod, quæ talia essent, imbecilla essent omnia,’ inquit Epicurus apud Cic. N. D. Impia sane sententia, quæ Divinam tollit Providentiam.

62 *Promeritis*] A verbo ‘promereor,’ id est, bene meritis, gratia.

*Capitur*] Flectitur, ducitur, propitiatur.

*Tangitur*] Afficitur, commovetur.

63 *Humana ante oculos, &c.*] His 18. vss. duo potissimum innuit ac docet. I. Religionem, qua vetus gens hominum Deos tanquam rerum auctores ac curam habentes venerabatur, vanam ac superstitionem esse. II. Epicurum hominem Græcum, Atheniensem scilicet, primum omnium mortalium ausum esse hac inani superstitione liberare mentes humanas, ac metu Deorum solvere, postquam singula naturæ claustra penetrasset, ac vivida vi animi pervicisset cuncta, mactequè omne immensum peragrasset, unde redux retulerit cunctas res fieri ex cæco ac temerario concursu, natura tamen duce, sine Deorum opera aut consilio. Cui victori hoc Virgilianum canitur Pæan Geor. II. 490. ‘Felix, qui potuit rerum cognoscere causas, Atque metus omnes, et inexorabile fatum Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari.’

64 *Gravi sub Religione*] Inani Deorum timore ac superstitione.



Primum Graius homo mortaleis tollere contra  
 Est oculos ausus, primusque obsistere contra :  
 Quem neque fana Deum, nec fulmina, nec minitanti  
 Murmure compressit cœlum ; sed eo magis acrem 70  
 Irritât animi virtutem, ecfringere ut arta  
 Naturæ primus portarum claustra cupiret.  
 Ergo vivida vis animi pervicit, et extra  
 Processit longe flammantia mœnia mundi ;

*spectu, primo Græcus homo ausus est attollere humanos oculos adversus illam, et prior ausus est adversari contra illam ; quem hominem neque nomen Deorum, neque tela Jovis, neque cœlum sonitu minuci retinuit, sed tanto magis incitavit vividam vim ejus animi, ut primus appelleret frangere strictas fores portarum Nature. Igitur acris virtus illius animi vicit cuncta, et progressu est longe ultra*

Ald. Gryph. Bas. et Bodl. cum Mus. B. 1. 2. 3. legunt *gnarus*. Utramque agnoscit P. *mortalis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *immortales* Gryph. Bas. P. *collere* V. ed. Th. Ra. Nonius p. 199. leg. *tendere* pro *tollere*.—68 *absistere* V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Bas. marg. Bodl.—69 *Quem nec f.* Hav. Bip. *Tertium nec omittit* Mus. B. 2. *imitanti* Bodl.—70 *compressit* vulg.—71 *Irritat a. virtutem* Ferr. Gottorp. fr. Bas. Bodl. Voss. L. B. et vet. *Irritat virtutem a.* Gryph. P. V. ed. *Virtutem irritat* Bip. *arctu* vulg.—72 *cuperet* V. ed. Th. Ra. Gottorp. fr. Bodl. Voss. L. B. sed correctum in Voss. vet.—73 *vividus* Mus. B. 2.—75 *omnem* Ferr. V. ed. Th. Ra. Gottorp. fr. Voss. L. B. sed corr.

## NOTE

67 *Graius homo*] Epicurus Atheniensis, Galetius, Neoclis filius, ejus laudes et encomia prosequitur Lucretius initio lib. III. et vs. 1057.

*Tollere*] Nonius Marcellus legit *tendere*.

69 *Quem neque fana Deum, &c.*] Quicquid igitur de Deorum potentia, quicquid de Jovis tonitru ac fulmine vulgatum erat hactenus apud mortales atque creditum, id ne vel minimum quidem movit Epicurum : sed alta mentis ratione pervicit omnia, rerumque causas agnovit, et, ut verbis Manilii utar l. 67. 'cepitque profundam Naturam rerum causas, viditque quod usquam est : Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore, &c. solvitque animis miracula rerum : Eripuitque Jovi fulmen, viresque tonandi,' &c. Priscorum quippe hominum ignorantia crassior fecerat, inquit Epicurus apud Cic. N. D. I. ut, cum rerum

causas non viderent, ad Deos confugerent. Lucr. v. 1185. 'Ergo perfugium sibi habebant omnia Divis Tradere, et ipsorum nutu facere omnia flecti,' &c.

71 *Irritat*] 'Irritât,' pro 'irritavit,' ultima circumflexa. Notat Priscianus, fumât, cupît, audit, et similia pati syncopen, et ultimam circumflexam habere et longam. Sic Lucr. VI. 586. circumflectit et producit ultimam disturbât, ponitque pro disturbavit.

72 *Cupiret*] Quartæ conjugationis, pro *cuperet*. Sic Ennius posuit parere, pro *parere*.

73 *Vivida*] Potens, acris, vs. 69. Dixit etiam vs. 179. 'Vivida tellus.'

74 *Flammantia mœnia mundi*] Ambitus cœli, quibus tanquam mœnibus cingitur mundus ; et quos flammantes vocat propter sidera et ignes æthereos.

Atque omne immensum peragravit mente animoque: 75

Unde refert nobis victor, quid possit oriri,

Quid nequeat; finita potestas denique quoique

Quanam sit ratione, atque alte terminus hærens.

Qua re Religio, pedibus subjecta, vicissim

Obteritur; nos exæquat victoria cælo. 80

Illud in hiis rebus vereor, ne forte rearis

Inpia te rationis inire elementa, viamque

*igneos ambitus cæli: et ipse perlustravit mente et animo Universum infinitum. Inde redux ille superator reportat nobis, quæ res queat generari, quæ res non possit; quomodo demum quæque res habeat potentiam limitatam, et metam alte positum. Quapropter jam Religio vice sua prostrata conculcatur pedibus, victoria vero illius hominis adæquat nos cælo. At in his rebus timeo illud de te, o Memmi, ne fortasse putes te ipsum capere impia initia scientiæ, et ingredi iter*

\*\*\*\*\*

Voss. vet. *menteque* Gottorp. fr.—77 *cuique* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—78 *Quantum* Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. P. *Quanam* Bip. Hav. *utque alt.* Gif. Par. Cont. Pro *alte* Gottorp. fr. legit *aliter. herens* Ferr. V. marg. 2. *hereat* Gif. Par. *hærous* V. ed. Th. Ra. *hæres* V. marg. 1.—79 *Quare* Hav.—80 *Oppertur* Cant. V. marg. 1. *Opter itur* Gottorp. fr. Voss. L. B. et vet. *Exertur* Gif. marg. unus cod.

#### NOTE

75 *Omne*] Aliud *Omne*, τὸ πᾶν: aliud *Mundus* dicitur Epicuro et Lucretio. *Omne*, totum est, seu universum: *Mundus*, pars est totius seu universi. *Mundus* finitus est, et ortus atque interitus capax. *Omne* seu *universum* infinitum est, ortus et interitus expers; principio carens, et sempiternum; neque incrementum accipiens, neque decrementum. Sed de his II.

76 *Refert*] Lambino *reportat*: Nonio Marcello *ostendit*. Hi autem duo vs. repetuntur infra vs. 588. et v. 90.

*Victor*] Epicurus.

77 *Potestas*] *Vis*, virtus, potentia, facultas.

80 *Victoria*] Epicuri, qui cognitio rerum causis inanem Deorum metum sustulit, solvitque animis rerum miracula.

81 *Illud in hiis rebus, &c.*] *Occupata* est. Itaque his 22. vs. præoccupat

et solvit objectionem. Cum enim non ignoraret Lucretius male audire religionis contemptum, præsertim Romæ in civitate omnium superstitiosissima, quæ et domesticos et externos Deos in sinu suo fovebat; veritus ne religionem ita pedibus obterens male audiret ipse apud Memmium, sibi fidem lucrari satagit, negatque in primis se impietatis elementa suadere, aut sceleribus viam sternere, dum religionis metu solvit animos mortalium; quin potius utrumque declinat; siquidem tollere nititur vanam et inanem superstitionem, quæ non semel peperit impia atque scelerosa facta. Quod exemplo confirmat, memorans Iphigeniæ necem ad aras Dianæ impie et scelerate patratam ex religionis ratione.

82 *Inpia rationis elementa*] *Impiam disciplinam*, ac *institutionem*. *Impia disciplinæ initia*.

Indugredi sceleris ; quod contra sæpius illa  
 Religio peperit scelerosa atque impia facta.  
 Aulide quo pacto Triviai virginis aram  
 Iphianassai turparunt sanguine fede  
 Ductores Danaum delecti, prima virorum :  
 Quoi simul infula, virgineos circumdata comptus,

85

*criminis. Quod quidem contrarium est, sæpius enim antea Religio ipsa edidit scelerata facta, et plena impietatis: quemadmodum factum est, cum duces Danaorum, fortes, et primi viri, sædarunt turpiter in Aulide altaria virginis Triviae de cruore Iphianissæ; cui statim atque infula posito circum comas virgineas diffusa*

Lamb. *exequat* Ferr. Th. Ra.—81 *his vulg.*—82 *in ire* V. ed. Th. Ra.—83 *Endogredi* Hav. Cr. Bip. *quia contra* Mus. B. 2. *quin contra* P. Ald. Gryph. Nard. Mar. Bodl. Cr. Gif. Heius. 2. *sæpius olim* Bip.—85 *Triviae* Mus. B. 2. post hanc vocem Mus. B. 2. 3. Cant. interponunt *ad.*—86 *Iphianassao* V. ed. Th. Ra. *Iphianasseo* Cant. Mus. B. 1. 3. Nard. Bas. *Iphianasso* Mus. B. 2. *Iphianassæo* Gryph. *Iphianesseo* Ferr. *Iphianassa* Lugd. Bat. *fæde* V. ed. Th. Ra. Ald. Bip.—87 *dilecti* Gottorp. fr. Lamb.—88 *Cui* Ferr. Bip. *Qui* V. ed. Th. Ra. *Quæ* Ald. Gryph. Bas. P. *Quo* Lamb. *in fula* V. ed. Th. Ra. *comtus* Bip.

## NOTÆ

83 *Indugredi*] Vel *Endogredi*. Antiqua præpositio endo vel indu, pro in: sic passim, endopeditus vel indupeditus, pro impeditus: induperator pro imperator. Sic apud Fest. et Lucil. indu mari, indu pavimento, &c. pro in mari, in pavimento.

85 *Aulide*] Portu Eubææ insulæ in Bœotia, ubi mactata est Iphigenia ad aras Dianæ. Cum olim Agamemnon Danaorum dux adversus Trojanos classem appulisset in Aulidem, prius oracula consultum misit, quam inde solveret, quia magna tempestas coorta erat mari. Id autem responsi datum est ab oraculo, ut Iphigenia Agamemnonis filia mactaretur ad aras Dianæ, quæ Agamemnoni infesta erat ex eo, quod cervum occidisset. Itaque pater filiam duxit mactandam ad aras Dianæ. Hinc occasione arripit Lucretius religionis impia facta damnandi: 'Tantum Religio potuit suadere malorum!'

*Triviai*] Triviae, Dianæ, quæ Trivia dicta est, inquit Varro de L. L. vi.

vel quia ponebatur ejus imago in triviis: vel quia Luna credebatur, quæ tribus viis movetur per æthera, in longum, latum, et altum: vel, ut aliis placet, quia Luna in cælo, Diana in terris, Proserpina in Inferis putabatur. Virg. Æn. iv. 511. 'Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.' De qua illud vulgatum: 'Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana, Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagitta.'

86 *Iphianassai*] Iphianassæ, seu Iphigeniæ, quæ filia fuit Agamemnonis.

87 *Ductores Danaum*] Agamemnon Mycenarum Rex, et frater ejus Menelaus, qui duces Danaorum, i. e. Græcorum, bellum adversus Trojanos gesserunt.

*Prima virorum*] Hellenismus; *πρωτα τῶν ἀνδρῶν*. I. e. primi viri, flos virorum, delectus militum.

88 *Infula*] Filamentum lanæ, quo et hostiæ, et dediti homines, et supplices, et sacerdotes velari sole-

Ex utraque pari malarum parte profusa est ;  
 Et mœstum simul ante aras adstare parentem 90  
 Sensit, et hunc propter ferrum celerare ministros,  
 Adspectuque suo lacrimas ecfundere civeis ;  
 Muta metu, terram, genibus submissa, petebat :  
 Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat,  
 Quod patrio princeps donarat nomine regem : 95  
 Nam, sublata virum manibus, tremebundaque, ad aras  
 Deducta est ; non ut, solemni more sacrorum  
 Perfecto, posset claro comitari hymenæo :

*est æqualiter ex utraque parte genarum, ipsa statim agnovit et patrem suum tristem adesse pro altaribus, et prope illum popas tegere cultrum, et cives emittere fletus ad suum conspectum ; ipsa vero obmutescens præ timore devoluta poplitibus in terram: neque tunc temporis poterat juvare infortunatam illam, quod prima dederat paternum titulum Regi Agamemnoni. Namque elata sursum manibus hominum, et tota tremens ducta est ad altaria, non ut solemni ritu sacrorum absoluto, posset con-*

//////////

*comitis* Bas. *crines* V. marg. 1.—89 *Ex utraque* V. ed. Th. Ra. *pasto* V. marg. 2. *profusast* Ald. *profusa* 'st Bip.—90 *Ut mœst.* Mus. B. 2. Th. Ra. *mœstum* Ferr. *stare pro adstare* Bodl. *astare* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—91 *celare* Hav. Lamb. *celebrare* Gif. marg.—92 *lacrimas* Ferr. V. ed. Bip. *lachrimas* Th. Ra. *lacrymas* Ald. Lamb. *cives* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—93 *Volta metu* Avancius. *terrai* V. ed. Th. Ra. *terrurum* Bodl. *sub missa* V. ed. Th. Ra. *petebat* Bodl.—94 *miseræ* V. ed. Th. Ra.—95 *patriæ* Mus. B. 2. *donaret* P. Bodl. V. ed. Th. Ra. Ald.—96 *sub lata* V. ed. Th. Ra. *viram* Bip.—97 *Deductast* Ald. *Deducta* 'st Bip. *solemni* Ferr. Ald. Bip.—98 *Proferto si p.*

#### NOTÆ

bant. Virg. Georg. III. 486. Suet. in Calig. 27. Tit. Liv. IV. Justin. IV. Itaque Iphigenia hostia casura ante Dianæ aras velatur infula.

90 *Parentem*] Agamemnonem Iphigeniæ patrem.

91 *Ferrum celerare* [*celare*] Cultrum tegere ; vel vagina tectum gladium habere. Alii *celerare*, quasi celeriter expedire.

92 *Cives*] Argivos.

94 *Miseræ*] Iphigeniæ.

95 *Quod patrio princeps, &c.*] Quod major natu fuerit inter liberos Agamemnonis. Sic ipsa apud Eurip. alloquitur patrem : Πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ. 'Prima te patrem vocavi, tu me filiam.' Itaque princeps, i. e. prima. Sic v. 9.

*Patrio*] Paterno.

*Regem*] Agamemnonem.

96 *Sublata virum manibus*] Alludit ad veterem morem, quo novæ sponsæ sursum lata ritu solemnî ad ædes, sacra et vota facturæ pro natis, et inde domum mariti ducebantur. Sic Manil. v. 545. parem Andromedæ sortem deplorat : 'Hic Hymenæus erat, solaque in publica damna Pro natis lacrymans ornatur victima pœna, Induiturque sinus non hæc in vota paratos.'

98 *Claro comitari hymenæo*] In amplo et claro matrimonio collocari : vel, nuptiali carmine celebrari. Sic IV. 1244. 'comitari' sumitur passive. Sic Ovid. de Pont. II. active usurpat verbum 'comitare.' 'Quem pia nobiscum proles comitavit euntem.'

Sed, casta inceste, nubendi tempore in ipso,  
 Hostia concideret mactatu mœsta parentis, 100  
 Exitus ut classi felix faustusque daretur.  
 Tantum Religio potuit suadere malorum!

Tutemet a nobis jam quovis tempore, vatum  
 Terriloquis victus dictis, desciscere quæres.  
 Quippe et enim quam multa tibi jam fingere possum 105  
 Somnia, quæ vitæ rationes vortere possint,  
 Fortunasque tuas omneis turbare timore.  
 Et merito: nam, si certam finem esse viderent

*sociari nobili matrimonio: sed ut potius, in ipso tempore nubendi, impure caderet ante aras, quamvis pura esset, tanquam tristes victima interfecta manu patris. Scilicet ut fortunatus et prosper successus redderetur classi Græcorum. Tantum malorum Religio potuit persuadere. Tu ipse, o Memmi, qui ab omni tempore convictus fuisti verbis Poëtarum incutientibus terrorem, nunc voles deficere a nostra opinione, eo quod æque possum jam confingere tibi plurima deliramenta, quæ queant mutare rationalem vivendi modum et perturbare metu felicem omnem tuam sortem? Et jure quidem: namque v. g. si mortales noverint terminum miseriarum esse certum*

Mus. B. 2. *hymeneo* Ferr.—99 *incestæ* Ald.—101 *classe* Gottorp. fr. *classis* Mus. B. 2. *felix* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—102 *Malorum tantum religio potuit suadere* V. ed. *religio* vulg.—103 *Tute met* Ferr. V. ed. Th. Ra. *quodvis* Gottorp. fr. Sus. Lugd. Bat. 2. fuerat in 1. sed erasum. *quo quis* V. ed. Cant. Th. Ra. *natum* V. ed. Th. Ra.—104 *desistere* Mus. B. 1. Gassendus. *discere* Gottorp. fr. *desciscere* Lugd. Bat. 2. *quæres?* Hav.—105 *etenim* Ferr. Bip. *æternum* V. ed. tibi me f. Gif. Par. Cout. P. Lugd. Bat. 2. *possunt* Gryph. Nard. Heins. 2. Bas. marg. *possem* Gryph. marg. Heins. 1.—106 *que* V. ed. Th. Ra.—107 *omnis* Ferr. *omnes* V. ed. Th. Ra. *timore?* Hav.—108 *Et merito*

## NOTE

Hymenæus autem usurpatur vulgo vel pro nuptiarum Deo: vel pro nuptiis ipsis: vel pro nuptiali carmine, hoc est, pro hymno, qui solet in nuptiis cantari.

99 *Casta inceste*] Pura impure. Antithesis. Casta, quia pura virgo. Inceste, quia sanguine fœdanda erat.

100 *Mactatu*] Cæde facta manibus patris. Dicitur autem et ‘Diis mactare victimas:’ et ‘Deos mactare victimis:’ id est, sacrificiis Deos honorare, quasi magis angere.

103 *Tutemet a nobis, &c.*] His 5. vss. novis technis irretit animum Memmii, defectionem interminans præ anilibus poëtarum terriculis. Quasi diceret: etsi jam hoc vel uno exemplo tibi satis ostenderim inanem esse Re-

ligionem, ac metum Deorum, quibus in impia ac scelerosa facta inducuntur homines; nihilominus quæres a nostra desciscere opinione, nec nobis fidem voles adhibere, quia vatum anilibus terriculis hactenus victus fuisti; cum tamen non disparia somnia mihi liceret ad libitum tibi confingere. Hæc non clara sunt, quia ex abrupto loquitur.

104 *Terriloquis*] Quæ loquuntur Poëtæ ad terrendos homines, qualia fabulantur de Acheronte, de Cerbero, de Tantalò, &c.

105 *Jam fingere*] Alii, *me fingere*; accensandi casus pro recto.

107 *Fortunasque tuas*] Felicemque tuum vitæ statum.

108 *Et merito: nam, &c.*] His 20.

Ærumnarum homines, aliqua ratione valent  
 Religionibus atque minis obsistere vatum :  
 Nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas ;  
 Æternas quoniam pœnas in morte timendum.  
 Ignoratur enim, quæ sit natura animai ;  
 Nata sit, an contra nascentibus insinuetur ;

110

in morte, possent aliquo modo obstare Religionibus, et minis pœtarum. At vero jam nulla est causa obsistendi, nulla potestas, cum oporteat timere æterna supplicia in morte. Namque homines nesciunt quæ sit natura animæ : an creata sit, an vero increata in-

\*\*\*\*\*

riam Th. Ra. jam V. ed. Cant. jansi Bodl. Cr. certum V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. P. Bodl.—109 Erumnarum Ferr. V. ed. Th. Ra.—111 nullast Ald. nulla'st Bip.—112 Pro quoniam V. marg. leg. tantum, et post timendum addit

## NOTÆ

vss. concedit veram hominibus esse causam, cur victi terri loquis vatun dictis Deos metuunt, nec religionibus obstant, cum iis incompertus sit vitæ exitus. Etenim aliqua ratione religionibus ac minis vatun obsistere possent, si finem miseriarum certam esse in morte cognoscerent ; sola enim pœnarum æternitas iis videtur metuenda, qui animos credunt esse immortales. Nunc autem, quia ignoratur quæ sit natura animæ, scilicet mortalisne sit, an immortalis, intereatne cum corpore, an a corpore separata visat Inferos, aut migret perpetuo in alia corpora, sane non est cur non trepidarent homines. Itaque variæ hic memorantur opiniones, quæ de anima circumferebantur ætate Lucretii.

*Et merito*] Id est, eccur non trepidarent homines ?

112 *Timendum*] Hellenismus, φοβητέον τὰς πωνάς, 'timere oportet pœnas.' Sic 139. 'multa agendum : 382. 'privandum est corpore motu : 11. 491. 'addendum partes erit,' &c.

113 *Ignoratur enim, &c.*] Variæ quippe circumferebantur opiniones de natura animæ, ætate Lucretii. Scilicet Veteres alii creatam ab æterno voluerunt, incorpoream, et im-

mortalem. Alii natam cum corpore, corpoream, et mortalem. Plato creatam ab æterno esse voluit, eamque inter cœli stellas recondi, donec cœlestium tædio, atque amore terrenorum capta, sese insinuaret in corpora nascentium. Aristoteles non creatam ab æterno, sed cum corpore, hoc est, e cœlo oriri tum, cum corpus nascitur, et in corpus infundi, ac in eo manere donec per mortem e corpore remigraret in cœlum. Eam tamen incorpoream ac immortalem esse censuit. Hinc alii fabulati sunt animas post mortem in cœlum redire, unde ortæ essent : alii apud Inferos descendere, sed alias in alia loca ; nimirum in Tartara, qui locus est Inferorum altissimus, detru di voluerunt animas hominum, qui male vixissent : apud Elysium vero recipi animas eorum, qui bene vixissent : alii denique, ut Ennius, corpus dari terris voluerunt, animas in cœlum evolare, umbras vero, quæ sunt quædam animarum simulacra, in Inferos abire. Pythagoras creatam ab æterno voluit animam, immortalem et incorpoream, sed quæ post mortem e corpore in corpus aliud cum hominis tum pecudis migraret ; quam animarum metempsychosim vocant. Heraclitus autem, Democritus, Epi-

Et simul intereat nobis cum, morte dirempta, 115  
 An tenebras Orci visat, vastasque lacunas;  
 An pecudes alias divinitus insinuet se,  
 Ennius ut noster cecinit, qui primus amœno  
 Detulit ex Helicone perenni frunde coronam,  
 Per genteis Italas hominum quæ clara clueret. 120

*fundatur hominibus nascentibus; an pereat una nobiscum, ubi per mortem separata est a nobis: an vero adeat caligines, et immensos abyssos Inferorum; vel an divinitus migret in alias brutus animantes, veluti Ennius noster cecinit, qui primus reportavit ex jucundo Helicone coronam factam e ramis perpetuo virentibus, quæ quidem*

*est.—115 dirempta Bip. Hav. perempta Crech.—118 Ennius ut primus cecinit qui noster Gottorp. fr. Lugd. Bat. 2.—119 ex licone V. ed. Th. Ra. Cant. exlicone Ferr.—120 gentis Ferr. V. ed. Th. Ra. Vox hominum abest a V. ed. et*

## NOTE

curus, Hipparchus, Hippon, Thales, Hippocrates, Xenophanes, Parmenides, Empedocles, Lucretius, et alii ejusdem generis, voluerunt animam natam cum corpore; corpoream et mortalem; sed eo tamen discrimine, ut Hippon et Thales censuerint eam esse aqueam: Heraclitus, Democritus et Hipparchus igneam: Thaletis discipuli quidam aëream: Hippocrates igneam simul et aqueam: Xenophanes aqueam et terrenam: Parmenides terrenam et igneam: Empedocles igneam, aëream, aqueam, et terrenam: Critius sanguineam, &c.

114 *Nata sit*] Suppl. cum corpore. *An contra insinuetur*] Nimirum vel ab æterno creata, vel in tempore e cælo orta.

115 *Et simul intereat, &c.*] Quippe quæ et corporea sit et mortalis.

116 *An tenebras Orci visat*] I. e. in Inferos descendat post mortem, ut explicui supra. Orcus enim Thessaliæ fluvius, quia e Stygio lacu Inferorum profluere creditus est, vulgo pro Inferorum locis usurpari solet apud poëtas.

117 *An pecudes, &c.*] Nempe per metempsychosim, quæ Pythagoræ

fuit sententia, ut scribit Ennius.

118 *Ennius ut noster, qui primus, &c.*] Ennius Poëta Latinus, qui centum circiter annos ante Lucretium vixit. Is autem a Lucretio vocatur primus poëta Latinorum, non quidem quod ætate ceteros omnes antecesserit; namque et ante Ennium Livius Andronicus carmina scripsit, et Plantus quindecim annos ante Lucretium mortuus legitur; sed quod e Latinis primus esset ante Lucretium et alios, qui carmen Epicum et Heroicum ad Homeri exemplum scripserit. Vetustissimus igitur fuit poëta apud Romanos; fuit et Pythagoreus; unde affirmavit animam Homeri in seipsum transmigrasse. Horat. Epist. ad Aug. Pers. Sat. vi. Lucret. inf. 125.

119 *Helicone*] Monte Bœotiæ, Mysis sacro.

120 *Hominum*] Alii, *omnium*, minus bene. Est enim constructio, 'gentes hominum,' i. e. 'homines.'

*Clueret*] Clueo, es, antiquum verbum, quod idem est ac sum, videor, habeor, &c. Utitur autem passim hoc verbo; II. 351. III. 208. IV. 50. &c.

Et si præterea tamen esse Acherusia templa  
 Ennius æternis exponit versibus edens:  
 Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra;  
 Sed quædam simulacra, modis pallentia miris:  
 Unde, sibi exortam, semper florentis Homeri 125  
 Commemoratur speciem lacrimas effundere salsas  
 Cœpisse, et rerum naturam expandere dictis.  
 Quapropter, bene quom superis de rebus habenda

*gloriosa inter homines Italos haberetur: quamvis tamen Ennius declarat immortalibus suis carminibus existere campos Acherusios, dicens eos esse, in quos nec animæ nec corpora nostra penitus intrent, sed quædam imagines mirum in modum pallidæ. Ex quibus locis narrat imaginem Homeri, qui in æternum celebrabitur, egressam sibi visam fuisse, et incepisse emittere fletus amaros, et explicare verbis naturam rerum. Quare non solum oportet nos accurate habere notitiam de rebus supernis;*

vice clueret Mus. B. 2. *luceret*. Pro *quæ* Ferr. *que* et V. marg. 1. *qui*.—121 *Et si præterea* Gottorp. fr. Lugd. Bat. 2. in primo enim *t* superscriptum est. *Etsi* Bip. *præterea* Ferr.—122 *æternis* Ferr. *edens* V. ed. Th. Ra.—123 *permaneat* V. marg. 1. *perueniant* Heins. 2. P.—124 *Hic vs. deest* Voss. vet. *quædam* Ferr. V. ed. *simulachra* Ferr. V. ed. Th. Ra.—125 *exortam* Ferr. Heins. 1. *extremum* Gryph. Bas. *exorto* V. marg. 1. *exorto* vel *exortam* P. *Hymetti* pro *Homeri* Bas. marg. P. *hymetti* Ferr.—126 *speciem* V. ed. Th. Ra. *lacrimas* Ferr. V. ed. *lacrimas* Th. Ra. *lacrymas* Ald. *effundere* vulg. nonnulli *et fundere* dedere. P. *cui fundere*.—127 *Cœpisset* Ferr. *Cœpisset* Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. Ald. Bas. *Cœpisset et P. expo-*

## NOTÆ

121 *Et si præterea, &c.*] Id est, Ennius primus quidem Latino carmine cecinit animas post mortem migrare e corporibus in corpora; nihilominus tamen, ne Plutoni injurias inferret, devovit Inferis non animas, sed spectra, seu simulacra, et quasi animarum umbras, quæ nobis vigilantibus obviæ, aut dormientibus, aut ægris terrorem in animum interdum incutiunt.

*Acherusia templa*] Inferorum loca. Est enim Acheron fluvius Inferorum, a quo fit Acherusius, a, um.

124 *Simulacra*] Species, imagines, umbræ, spectra. Quæ veteribus tertia fuit natura, ex qua, cum corpore et anima, homo constaret. Sic Virg. *Æn.* vii. 89. ‘*Multa modis simulacra videt volitantia miris.*’

125 *Unde*] Ex quibus Acherusiiis

locis.

*Homeri*] Poëtæ Græci, qui notior est, quam hic a nobis commendatur. Ennius autem jactitabat animam Homeri in se transmigrasse; aiebatque sibi Homeri umbram, ex Inferis exortam visam fuisse, quæ amare lacrymans sibi rerum naturam expanderit. Quam stultitiam bene ridet Cic. *Acad. Q. ii.*

126 *Salsas*] Amaras; sunt enim salsæ lacrymæ. Alii *falsas*, id est, fictas, non veras; quia revera lacrymas non effudit Homeri imago, sed visa est effundere.

128 *Quapropter, bene, &c.*] His 9. vss. concludit, quoniam ex rerum ignoratione misere perturbantur homines, non solum res superas penitus nobis esse cognoscendas, solisque ac lunæ



Nobis est ratio; solis lunæque meatus  
 Qua fiant ratione, et qua vi quæque gerantur 130  
 In terris; tunc, cum primis, ratione sagaci,  
 Unde anima atque animi constet natura, videndum:  
 Et quæ res, nobis vigilantibus obvia, menteis  
 Terrificet, morbo adfectis, somnoque sepultis;  
 Cernere uti videamur eos, audireque coram, 135  
 Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.

Nec me animi fallit, Graiorum obscura reperta  
 Difficile inlustrare Latinis versibus esse;

atque etiam quo modo cursus Solis et Lunæ fiant; et qua potentia singule res administrentur in terris: sed etiam præsertim inspiciendum est solerti animo, ex quibusnam rebus anima et natura animi componatur: similiter quænam sit res illa, quæ terreat animos nostros, occurrens nobis, vel non dormientibus, vel sopore obrutis, vel laborantibus morbo, ita ut videamur et videre ob oculos, et audire præsentem eos, quorum, post obitum, terra continet ossa inhumata. Nec ratio mentis decipit me, scilicet non facile esse dilucidare Latinis carminibus

//////////

vere dictis quidam Ms. Gif. vid. in Not. V.—129 luneque Ferr.—130 queque V. ed. Th. Ra. *genantur* Lamb. Bip. Hav. vi delet Bodl.—131 *Interris* Ferr. tum V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. Hav. *primum* Gryph. P. Gassendus.—132 *constat* Mus. B. 2. 3.—133 *que* Ferr. *mentes* Ferr. V. ed. Th. Ra.—134 *Terrificent* Gif. Par. Bodl. nonnulli leg. *affectus—sepultas*.—135 *Cernere ut* Ferr. V. ed. Th. Ra. Cant. Mus. B. 2. *Cernimur ut* Bodl. *audire coramque* Bodl. *Vice coram* V. ed. *coronam* exhibet.—136 *ampectitur* V. ed. Th. Ra.—137 *animus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Heins. 1. Cont. Bodl. et Cr. Mus. B. 2.

#### NOTÆ

meatus: sed etiam perquirendum nobis esse qua vi cuncta in terris regantur; ac præsertim quæ sit natura animæ, et animi; et unde constant; et quæ sit res, quæ obvia nobis vigilantibus aut dormientibus terrorem incutit. Videtur autem Poëta divisionem operis sui instituisse his 9. vss. namque I. et II. agit de rerum principiis. III. de natura animæ et animi. IV. de imaginibus et simulacris. V. et VI. de cælo, æthere, terra, aqua, deque rebus iis, quas hæc continent.

Quom] Cui respondet particula 'tunc' vs. 131.

Superis de rebus] Divinis. Sic enim dixit 49. 'de summa cæli ratione Deumque.'

130 *Gerantur*] Gubernentur, ad-

ministrentur. Alii *genantur*, antiquum verbum, quod est 'gignantur,' 'creentur,' 'fiant.' Utraque lectio probatur. Quærit enim Lucretius, et de rerum primo exortu, et de rerum administratione in terris.

131 *Cum primis*] Pro 'inprimis,' id est, præsertim.

136 *Morte obita*] Hic versus iteratur IV. 735. Sic Virg. *Æn.* x. 641. 'Morte obita quales fama est volitare figuras.' Id est, post mortem. Est enim, mortem obire, mori.

137 *Nec me animi fallit*, &c.] His 10. vss. monet hæc omnia, de quibus antea Græci disputaverunt, Latino carmine conscribere arduum opus esse ac difficile, cum propter egestatem linguæ Latinæ, tum propter no-

Multa novis verbis præsertim quom sit agundum,  
 Propter egestatem linguæ, et rerum novitatem: 140  
 Sed tua me virtus tamen, et sperata voluptas  
 Suavis amicitia, quemvis efferre laborem  
 Suadet, et inducit nocteis vigilare serenas,  
 Quærentem, dictis quibus, et quo carmine, demum  
 Clara tuæ possim præpandere lumina menti, 145  
 Res quibus obcultas penitus convisere possis.

Hunc igitur terrorem animi tenebrasque, necesse est,  
 Non radiei solis neque lucida tela diei

*inventu Græcorum, quæ sunt parum clara, (præcipue quia oportet tractare multas res novis vocabulis,) propter inopiam Latini sermonis, et novitatem rerum agenda- rum. Verum præclaræ tuæ dotes animi, et gaudium, quod spero, fruendi tua jucunda amicitia, persuadent me ferre quemlibet durum laborem, et impellunt me pernoctare noctes claras, investigantem quibus verbis, et quibus versibus tandem quam præferre et afferre animo tuo lucem lucidam, qua valeas introspicere res prorsus abditas. Oportet ergo ut, non quidem splendor Solis, aut clara spicula lucis, sed imago Naturæ ipsius et lux mentis dissipent huic metum atque has tenebras*

\*\*\*\*\*

*fallunt Mus. B. 2.—138 illustrare Ferr.—139 præsertim V. ed. Th. Ra. cum sit a. Ferr. Ald. Bip. quom V. ed. Th. Ra.—140 egestatum Bodl. Voss. vet. sed superscript. alia lectio.—141 spectata Gryph. Nard. Bodl. Cr. Bas. Bodl. Lamb. spreta Mus. B. 2.—142 quemvis Gottorp. fr. Voss. vet. quem vis Th. Ra. V. ed. efferre Ferr. V. ed. Gottorp. fr. Bodl. Voss. L. B. Cant. Mus. B. 1. 2. 3. Gif. Par. Heins. 1. Lamb. Edd. perferre Th. Ra. Ald. Bip.—143 noctes Ferr. V. ed. Th. Ra. severas Creech.—144 Quærentem Ferr.—145 Clare Mus. B. 2. præpandere Ferr. propandere V. ed. mentis Gryph. P.—146 peniti Gottorp. fr. penité Voss. vet. conviscere P. comisere Mus. B. 2.—147 timorem*

#### NOTÆ

vitatem rerum. Interea vires resunit dum Memmio scribere meminit, cujus virtute ac amicitia mens interdum sua levabitur. Occupatio est.

*Animi fallit*] Suppl. 'ratio.' Sic Latine dicitur animi pendere, animi cruciari, suppl. 'dolore.' Idem repetit vs. 991. Quæ loca imitatus est Virg. Geor. III. 289. et seqq. Aliis placet *animus fallit*.

139 *Multa . . . agundum*] *Multa agenda.* Hellenismus: vs. 102.

140 *Propter egestatem linguæ, &c.*] Sup. 'Latinæ.' Sic vs. 832. 'nec nostra dicere lingua Concedit nobis patrii sermonis egestas.' Item III. 261. Sic Cic. de Fin. III. conqueritur

de linguæ Latinæ egestate: et Manil. III. 40. et seqq.

141 *Sperata voluptas*] Alii *spectata voluptas*.

142 *Efferre*] Alii *perferre*; utrumque bene.

143 *Serenas*] Claras; quales sunt hyemis noctes. Vel lætas; quippe quas pernoctet cum lætitia.

145 *Præpandere*] Quasi facem præferendo lumen afferre.

147 *Hunc igitur terrorem, &c.*] His 13. vs. quo facilius ex hominum mentibus discutiat Poëta et metum Deorum, quem incussit vana religio, et tenebras illas, quas peperit rerum ignoratio, præfatur non radiis solis ac telis diei, hoc est, non exteriori rerum

Discutiant, sed Naturæ species, Ratioque :  
 Quoius principium hinc nobis exordia sumet ; 150  
 Nullam rem e nihilo gigni divinitus umquam.  
 Quippe ita formido mortaleis continet omneis,  
 Quod multa in terris fieri cœloque tuentur,  
 Quorum operum caussas nulla ratione videre  
 Possunt ; ac fieri divino numine rentur. 155  
 Quas ob res, ubi viderimus nihil posse creari

*mentis ; cujus rei principium istud capiet inde nobis initia, nimirum, nihil unquam etiam divino numine fieri ex nihilo. Scilicet adeo metus Deorum occupat omnes homines, ex eo quod vident multas res gigni in terris et in cœlo, quarum tamen rerum nequeunt ullo modo deprehendere causas ; et putant inde creari per potentiam Deorum. Quamobrem, cum semel deprehenderimus nullam rem posse fieri ex nihilo, tunc jam facilius videbimus hinc illud, quod jam tractamus ; nimi-*

\*\*\*\*\*

Ferr. *temerem* V. ed. *necesset* Ald. *necesse* 'st Bip.—149 *nature* Ferr. *speties* V. ed. Th. Ra.—150 *Principium cujus hinc n.* Ferr. V. ed. Th. Ra. *Cujus Principium hinc n.* Ald. *Principium hinc cujus n.* Bip.—150. 151 &c. Confusa admodum apud Pinum omnia hæc, hoc ordine descripta ; Quippe ita . . . Quod multa . . . Quorum operum . . . Possunt hæc . . . Et quo quæque . . . Cujus principium hic . . . Nullam rem e nihilo . . . Quas ob res ubi . . . De nihilo &c.—152 ut pro ita Bodl. Cr. *mortalis c. omnis* Ferr. V. ed. Th. Ra.—153 *Quom* Mus. B. 2.—156 *nū* Ald. Bip. Ad hunc locum magnæ cientur turbæ in codd. vv. 156. 157. 158. desunt in Mus. B. 2. duo priores in Vind. et vv. 157. 158. 159.

#### NOTÆ

intuitu, sed ratione ac naturæ specie tantum, hoc est, interiori rerum physicarum et per causas, ut aiunt, cognitione atque contemplatione discuti posse. Quam ad cognitionem habendam multa ponit principia, quorum istud primum est: Ex nihilo nihil fieri posse etiam divinitus. Quod quidem admiserunt quotquot de rerum Natura sunt locuti. Aristot. Phys. I. Democritus, Epicurus, &c. Unde illud Cic. Nat. Deor. II. 'Et erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat? quis hoc physicus dixit unquam?' Impium sane effatum. Fides enim nos edocet, mundum et ex nihilo creatum, et a Deo creatum esse. Præclare autem explodit illud Lactantius Inst. II. 10. Sin autem intra Naturæ vires contineri voluerit Epicurus, non esset cur a nobis non laudaretur.

Constat enim ex nihilo nihil fieri posse Naturæ viribus. Porro tres hi primi versus iterantur II. 58. et III. 91.

148 *Tela diei*] Radii solis, qui telorum instar jacti ac diffusi per universum orbem inferunt lucem. Notat autem per tela diei exteriorum rerum cognitionem, sicut per naturæ speciem significat internam rerum cognitionem per causas.

149 *Naturæ species*] Contemplatio, speculatio.

*Ratioque*] Id est, vel ipsa ratio, cujus lumine mens humana videat rerum causas: vel ipsius naturæ ratio, sicut vs. 49. dixit rationem cæli ac Deorum; id est, cognitionem.

150 *Quoius*] Suppl. speciei naturæ, rationisque.

154 *Quorum operum*] Hi duo versus repetuntur VI. 56. et 89.

De nihilo, tum, quod sequimur, jam rectius inde  
 Perspiciemus; et unde queat res quæque creari,  
 Et quo quæque modo fiant opera sine Divom.

Nam, si de nihilo fierent, ex omnibus rebus 160  
 Omne genus nasci posset: nihil semine egeret.  
 E mare primum homines, e terra posset oriri  
 Squamigerum genus, et volucres: erumpere cælo  
 Armenta: atque aliæ pecudes, genus omne, ferarum,  
 Incerto partu, culta ac deserta tenerent: 165  
 Nec fructus iidem arboribus constare solerent,

*rum et ex qua re cuncta possint fieri, et qua ratione cunctæ res progignantur sine ope Deorum. Etenim si cuncta crearentur de nihilo, sane omne genus rerum posset oriri ex cunctis rebus; nulla res indigeret genitali primordio. Primo homines possent nasci e pelago; gens, quæ fert squamas, et aves etiam possent nasci e tellure; greges pecudum, et alia pecora possent exire e cælo; gens omnis bel-luarum ferocium habitaret loca culta et deserta nullo discrimine originis suæ. Ne-que etiam iidem fructus consuescerent oriri semper ex arboribus, sed immutaren-*

in V. ed. Bodl. Alius est ordo versuum in Cant. ad hunc modum: vv. 158. 159. 156. 157. Vid. etiam in Not. Var.—157 *dum* V. marg. 1. *sequitur* Lamb. Voss. vet. et L. B.—158 *ut unde* Gif. marg. Voss. marg. 3. Voss. L. B. et vet.—159 *fient opera ne Divom* Bodl.—160 *fiant* Heins. 1. *fient* Mus. B. 2. Ferr. *omnibu* Ferr. *omnibu'* Bip.—161 *nil* Ald. Bip. Hav. *ni* Voss. vet.—162 *et terra* Mus. B. 2. Delph. *possit* Cant. *terra deest* in Th. Ra.—165 *In certo* V.

## NOTE

157 *Quod sequimur*] Id est, quod tractamus, quod probamus, quod prosequimur; nimirum et unde res quæque procreetur, et qua ratione fiat sine Deorum opera. Alii legunt, *quod sequitur*. Idem sane sensus.

158 *Unde*] Quanam ex materia: quibus ex rebus: vs. 76.

160 *Nam, si de nihilo, &c.*] His 15. vs. argumentum i. proponit, quo probare tentat res cunctas ex nihilo non fieri. Nimirum si res ex nihilo fierent, sane non egerent semine. Sin autem semine non egerent, quodlibet nasci posset ex quolibet, v. g. homo de mari: pisces et volucres de terra: pecudes ac pecora de cælo: fructus omnes ex omnibus arboribus. Atqui jam constat res cunctas fieri ex certis seminibus, et habere sua certa corpora genitalia, ex quibus enascantur,

v. g. hominem ex homine, pisces ex piscibus, &c. Igitur res ex nihilo non fiunt. Valet quidem argumentum, ut monui, quatenus intra vires naturæ continetur.

*Ex omnibus [omnibu'] rebus*] Vetus mensura, ut syllaba corripatur; pro *omnibus*. Sic Plautus passim. Sic Ennius, et alii veteres poetæ. Sic Lucret. ipse vs. 187. et alibi.

163 *Squamigerum genus*] Pisces.

*Cælo*] Aëre.

164 *Armenta atque pecudes*] Recte distinguit Poëta inter armenta et pecudes. Sunt enim armenta pecudes majores, puta boves, equos, &c. Pecudes vero sunt minor grex, puta oves, capellas, &c.

165 *Culta*] Supp. loca, quæ pecudes colunt, et in quibus pascuntur.

Sed mutarentur; ferre omnes omnia possent.  
 Quippe, ubi non essent genitalia corpora quoique,  
 Qui posset mater rebus consistere certa?

At nunc, seminibus quia certis quæque creantur, 170  
 Inde enascitur, atque oras in luminis exit,  
 Materies ubi inest quouisque, et corpora prima:  
 Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,  
 Quod certis in rebus inest secreta facultas.

Præterea, quur vere rosam, frumenta calore, 175  
 Viteis auctumno fundi suadente videmus;

*tur: omnes arbores possent producere omnia fructuum genera. Namque, cum quæque res non haberet sua certa semina, quomodo certa sua genitrix posset esse singulis rebus? Atqui, cum nunc cunctæ res generentur ex certis corporibus genitalibus, ex eo loco res quæque oritur, et venit in regiones lucis; in quo semina et prima primordia cujusque rei sunt. Itaque hac de causa cunctæ res non possunt oriri ex cunctis rebus, quia propria et peculiaris vis generandi est in singulis rebus. Deinde, quare cernimus rosam explicari in vere; spicas elici in æstate;*

ed. Th. Ra. teneret Bip. Hav.—166 *idem* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. soleret V. ed.—168 *Pro corpora* Gassend. leg. *semina*. Ald. Ferr. Th. Ra. V. ed. cuique pro *quoique*.—169 Vid. Not. Var.—170 *queque* V. ed. Th. Ra. *queque* *creatur* Ferr. *quidque* *creatur* Bip. Hav. *quidque* *oriatur* Mus. B. 2.—171 *Inde nascitur* Voss. vet.—173 *nequunt* Ferr.—174 *Quod cunctis* Fab. Creech. *in est* Ferr. *diversa* pro *secreta* Voss. marg. 1.—175 *Præterea* Ferr. *Prop- ter ea* Gottorp. fr. Gif. cur vulg. *vere si rosam* Bodl.—176 *Vites* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *Uvas* Cod. Florent. Delph. *Vices auctumno* Bodl. *suadere* V. ed.

## NOTÆ

*Deserta*] Loca, quæ feræ frequen-  
 tant.

166 *Constare*] Constantér procre-  
 ari, esse.

167 *Ferre omnes omnia possent*] Sic  
 Virg. Geor. II. 109. ubi hanc senten-  
 tiam fusius explicat: 'Nec vero terræ  
 ferre omnes omnia possunt.'

168 *Genitalia corpora*] Semina re-  
 rum.

171 *Inde*] Ex eo loco. Jungenda  
 sunt hæc duo 'inde ubi;' id est, ex  
 eo loco quæque res nascitur, ubi illius  
 corpora genitalia reperuntur.

174 *Secreta facultas*] Vis propria et  
 peculiaris.

175 *Præterea, quur, &c.*] His 10. vss.  
 argumentum II. proponit, quo confir-  
 mat ex nihilo nihil fieri. Scilicet ex

statis anni tempestatum effectibus  
 probat nihil in lucis auras edi, quod  
 certum tempus, ut generetur, non  
 postulet. Sic v. g. rosa explicatur  
 vere: segetes fundunt frugem æstate:  
 vitis maturas nvas fovet in autumno.  
 Igitur argumento est certa rerum  
 semina postulare certam et statam  
 anni tempestatem, ut ad rerum con-  
 cretionem conflant atque concilien-  
 tur. Valet pariter argumentum, qua-  
 teus intra naturæ vires continetur.

*Calore*] Caloris æstivæ: æstate.

176 *Viteis [Uvas]* Ita codex Flo-  
 rent. bene. Sicut enim non rosarium,  
 sed rosam: nec segetes, sed frumen-  
 ta dixit; ita neque vites, sed nvas  
 dixisse debuit, ut verbum 'fundi' bene  
 cunctis his tribus conveniret.

Si non, certa suo quia tempore semina rerum  
 Quom confluerunt, patefit quodcumque creatur,  
 Dum tempestates adsunt, et vivida tellus  
 Tuto res teneras ecfert in luminis oras ? 180  
 Quod, si de nihilo fierent, subito exorerentur  
 Incerto spatio, atque alienis partibus anni:  
 Quippe ubi nulla forent primordia, quæ genitali  
 Concilio possent arceri tempore iniquo.

*et uvas in autumnno humido mitescere ; nisi quia, quando certa corpora genitalia concurrerunt in certo suo tempore, tunc id omne, quod gignitur, exit in apertum, ubi tempestiva tempora sunt, et vegeta terra profert fidenter in regiones lucis res infirmas ab ortu ? Sin autem res crearentur ex nihilo, nascerentur repente in incerto tempore, et intempestivis partibus anni. Etenim nulla essent prima corpora, quæ possent prohiberi a concursu genitabili in alieno et intempestivo tempore. Neque etiam res cres-*

Th. Ra. sudante Ald. Bip. Bas. marg. P. Hav. sua dante Salmasius. fundis eadente Gottorp. fr.—177 *Si non certa, suoque in t. &c.* Hav. ex conj. qui tempore Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. L. B. et vet. O. sed in Voss. vet. quæque superscribitur. quæ Voss. marg. cum V. marg. 1.—178 *Cum Ferr. Ald. Bip. Qum V. ed. Th. Ra. quodcumque ora cantu Gottorp. fr. Voss. vet. orcatu Voss. L. B. creatum Voss. marg.—180 horas Voss. vet. auras Faber.—181 exorerentur Mus. B. 2. V. marg. 1. exorierentur Bodl.—182 In certo V. ed. Th. Ra. spacio Ferr. alicujus Ald. P. ex sinceris tamen exemplaribus P. inter notas reponit alienis.—183 qua genit. Mus. B. 1. que Ferr. V. ed. Th. Ra.—*

## NOTÆ

*Fundi*] Quod quidem verbum tribuitur et rosæ, et frumentis, et uvis. Dicitur enim rosam fundi vere, id est, explicari, Cic. Tusc. v. 54. Frumenta fundi calore, seu æstate, i. e. elici, vel emitti, Cic. de senect. 47. Uvas fundi autumnno, i. e. mitescere sen maturescere. Verbum enim 'fundi' ad hæc tria refertur. Funditur autem rosa a rosario: frumenta a culmis: uvæ a vite. Et quodlibet istorum bene fundi dicitur a terra.

*Suadente* [*Sudante*] Humido, udo. Laminans, suadente, quasi impellente, sollicitante, tempeste. Porro autumnus, quo funduntur uvæ, dicitur a Virg. Geor. II. 5. 'Pampineus;' scilicet, ut idem ait, quo 'spumat plenis vindemia labris.' Et Manil. III. 638. 'Tunc Liber gravida descendit plenus ab ulmo, Pinguiaque expressis

despnamant musta racemis.'

179 *Tempestates*] Commoda et opportuna anni tempora.

180 *Teneras*] Suppl. vel res, quæ, quia recenter ortæ, sunt teneræ: vel oras luminis, quæ, quia molles, dicuntur teneræ. Sic vs. 208. 'Aëris in teneras possent proferrier auras.'

181 *Exorerentur*] Tertiæ conjugationis. Exorior enim utramque sortitur conjugationem, tertiam et quartam.

182 *Incerto spatio*] Suppl. anni, vel, tempestatum anni.

*Alienis*] Intempestivis, iniquis. Sic vs. 184.

184 *Concilio . . . genitali*] Concursu valente ad res gignendas: cætu genitabili. Sic 518. 772. II. 563. 918. &c.

Nec porro augendis rebus spatio foret usus 185  
 Seminis ad coitum, e nihilo si crescere possent.  
 Nam fierent juvenes subito ex infantibus parvis,  
 E terraque, exorta repente, arbusta salirent :  
 Quorum nihil fieri manifestum est, omnia quando  
 Paullatim crescunt, ut par est, semine certo ; 190  
 Crescentesque genus servant : ut noscere possis  
 Quidque sua de materia grandescere, aliquæ.  
 Huc adcedit, utei, sine certis imbris anni,  
 Lætificos nequeat fetus submittere tellus ;

*cendæ opus haberent tempore ad concursum corporum genitalium, si possent augeri de nihilo. Namque v. g. homines repente eraderent adolescentes e parvis pueris: et arbores prodirent subito e terra totæ grandes. Quarum tamen rerum nihil fieri constat, quoniam cunctæ res augentur sensim ex certa materia, ut convenit ipsis rebus; et augendo conservant suam speciem; ita ut quas cognoscere cunctas res augeri et nutriri de suo semine. Adde, quod terra non possit fundere latos fructus absque certis*

//////////

184 *Consilio Cant.*—185 *spacio Ferr. spatio deest Bodl.*—186 *e abest a Mus. B. 2.*—187 *infantibu' Ferr. Bip.*—188 *E deest Mus. B. 3. terra exortaque Ferr. silerent Mns. B. 2.*—189 *nil Ald. Bip. manifestust Ald.*—190 *et par Bodl.*—191 *Crescendoque Ald. Bip. Hav. Barb. posset V. ed. Th. Ra.*—192 *Queque Ferr. V. ed. Th. Ra. Quæque Ald. Bip. Hav. quicque Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. aliquando Mus. B. 2.*—193 *accedi Th. Ra. accedit vulg.*—194

#### NOTÆ

185 *Nec porro augendis, &c.*] His 8. vss. argumentum III. proponit, quo confirmat, Ex nihilo nihil fieri posse; idque ex naturali rerum incremento deductum. Si enim, inquit, res fierent ex nihilo, subito quoque auferentur, neque opus esset tempore ad hoc, ut crescerent. Hinc statim infans evaderet in adultum: hiuc tenera arbusta ascenderent in grandes arbores. Atqui manifestum est rem non ita se habere, cum omnia paulatim crescant ex certo semine, et per certum tempus. Igitur non ex nihilo grandescunt quæque, sed ex sua materia aluntur; atque ideo res non fiunt pariter ex nihilo. Validum argumentum, sed quatenus pariter continetur intra naturæ vires.

*Delph. et Var. Clus.*

*Opus.* Sic Virg. *Æn.* VIII. 441. 'nunc viribus usus.' Sic Cicer. *Offic.* I. 'Si quando usus esset.'

186 *Seminis ad coitum*] Ad cœtum rerum genitalem, vs. 184.

187 *Infantibus* [*Infantibu'*] Antiqua locutio Pœtis familiaris, pro *infantibus*; idque metri causa, vs. 160.

190 *Semine certo*] Certa materia, vs. 192.

193 *Huc adcedit, utei, &c.*] His 7. vss. argumentum IV. continetur; idque deductum ex alimenti necessitate in rebus ad hoc, ut crescant. Sic v. g. sine certis anni imbris terra non valet certos fœtus emittere: sic animalia sine alimento non valent aut vitam tueri, aut genus propagare. Quinimmo, inquit, tantum abest, ut

*Lucret.*

G

Nec porro, secreta cibo, natura animantium 195  
 Propagare genus possit, vitamque tueri :  
 Ut potius multis communia corpora rebus  
 Multa putes esse, ut verbis elementa videmus,  
 Quam sine principiis ullam rem existere posse.  
 Denique, quor homines tantos natura parare 200

*pluribus anni: neque etiam natura animalium privata alimento queat multiplicare genus suum, ac conservare vitam. Quin magis credas plura semina esse communia pluribus rebus, sicut v. g. videmus plura elementa communia esse pluribus vocibus, quam rem aliquam posse esse sine primordiis. Prætere, quare natura non valuit*

*Letificos Ferr.—195 cybo V. ed. Th. Ra.—196 Plurimi leg. posset.—197 multi Th. Ra.—199 principibus Voss. vet. res nulla V. marg. 1. nullum V. marg. 2.—*

## NOTÆ

res ex nihilo fiant, ut etiam, cum varia v. g. animalium natura sit ac multiplex, varia quoque et multa debeant esse semina, seu corpora communia, quibus alantur ac conserventur animalia; sicut v. g. multis et variis vocibus multa sunt communia elementa, ut vocant, hoc est, literæ. Verisimile quidem argumentum.

194 *Fetus*] Fruges, gramina, herbas, arbores, &c.

195 *Secreta cibo*] Privata alimento: sine cibo.

197 *Ut potius, &c.*] Præclara comparatio. Sicut enim multæ literæ communes sunt multis vocibus, ita multas atomos, hoc est, multa corpora prima, vult esse communiã multis animantibus, ut, pro variis illorum generibus, ipsis varia convenient prima corpora communia, quibus alantur.

198 *Elementa*] Literas, quas elementa vocant a similitudine. Sicut enim elementa dicuntur prima rerum principia, ita literæ, quia ex iis primis syllabæ et voces formantur, elementa vulgo dicuntur.

200 *Denique, quor homines, &c.*] His 9. vs. continetur v. argumentum, quod deducitur ex certa et finita re-

rum concretarum magnitudine ac duratione. Namque si ex nihilo gignerentur v. g. homines, cur in immensam magnitudinem non crescerent? Cur multa vitæ sæcula non viverent? Sed res aliter se habet; neque enim in immensam magnitudinem jam crescunt homines, neque in æternum vivunt, quia certo iis reddita est materia, unde crescant et vivant. Ergo non ex nihilo pariter fiant necesse est. Argumentum hoc quoque non valet nisi quatenus intra naturæ vires continetur; quanquam non sine aliquo etiam discrimine. Quæ enim corpora sunt inanimata, puta ignem, iis certus magnitudinis terminus nullus videtur dari etiam habita virium naturæ ratione. Namque si igni nova semper ac nova perpetuo materia injiciatur, in majorem ac majorem magnitudinem angebitur. At rebus animatis, v. g. plantis et animantibus, certus est magnitudinis terminus per naturæ vires. Scilicet, quia non nisi vi caloris naturalis crescunt, is calor paulatim minuitur, ubi longius diffundi non potest, cum defectu virium, tum impedimento contrariorum. Deinde senio quoque debilitatur et ætate languescit.



Non potuit, pedibus quei pontum per vada possent  
 Transire, et magnos manibus divellere monteis,  
 Multaque vivendo vitalia vincere secla ;  
 Si non, materies quia rebus reddita certa est  
 Gignundis, e qua constat quid possit oriri ? 205  
 Nihil igitur fieri de nihilo posse, fatendum est ;  
 Semine quando opus est rebus, quo quæque creatæ  
 Aëris in teneras possent proferrier auras.

Postremo, quoniam incultis præstare videmus  
 Culta loca, et manibus meliores reddere fetus, 210

*efficere homines ita magnos, ut possent transmittere pedibus mare per vada, et eradicare manibus ingentes montes, et producendo vitam superare plura æva vitæ ; nisi quod rebus, quæ debent generari, certa materia attributa est, ex qua fit quicquid potest nasci? Ergo confitendum est nihil posse gigni de nihilo, quoniam quæque res egent materia genitili, ex qua progenitæ queant edi in tennes flatus aëris. Denique, cum cernamus campos excultos præcellere agris incultis, et opera manuum*

201 ponti V. marg. 1. pontu Sus. ex Salmasio.—202 montes Ferr. V. ed. Th. Ra.—203 secula Ferr. sæcla Bip.—204 materie Th. Ra. quæ V. ed. Th. Ra. qua Voss. vet. certast V. ed. Th. Ra. Ald. certa 'st Bip.—205 Signandis Bodl. posses Ferr.—206 Nil Ald. Bip. nilo Bip. Hav. Ald. &c. nullo ex Lactantio. Rom. edit. nihilo de posse Bodl. fatendumst V. ed. Th. Ra. fatendust Ald. fatendu'st Bip. vovendum V. marg. 1.—207 quin pro quando Cant. quæ creatæ V. ed. Th. Ra. quæque creata Ald. creut P.—208 possint Hav. cum mult. aliis. proferrier Ferr. proferre Bodl. perferre P. ex Lact. oras Gryph.—209 quando pro quoniam P. ex prob. exempli, in cultis V. ed. Th. Ra. prestare V. ed.—210 melioris reddere feti Gottorp. fr. reddier fetus Gif. Par. reddere fetus

## NOTE

201 *Pedibus quei pontum, &c.*] Qualis fingitur Polyphemus, Æn. 111.

202 *Manibus, &c.*] Quales finguntur gigantes, Virg. Georg. 1. 281. Hom. Odys. xi. Manil. 1. 411. et seqq.

203 *Vitalia secla*] Vitæ sæcula : annorum spatia diuturna.

204 *Certa*] Finita, quæ terminum vitæ pariter ac accretionis reddat. Neque enim quælibet atomus datur ad quodlibet incrementum, aut ad quantumvis vitæ spatium.

205 *Gignundis*] Antiqua locutio : nunc *gignendis*.

206 *Nihilo*] Anapæstus pro spon-dæo. Sic vs. 238. et alibi passim. Quidam scribunt *nilo*, pro *nihilo*.

207 *Semine*] Materia, corporibus primis.

208 *Aëris in teneras, &c.*] Dicitur res proferri in tennes aëris oras, vel auras, quæ nascitur, et in lucem editur. Aura aëris, vel ora aëris, i. e. aër. Periphrasis. Sic apud eundem Lucretium, lumina vitæ : ratio animi : umbra noctis : lumina solis : glacies aris : ubera lactis, &c. i. e. vita : animus : nox : sol : æs : lac, &c. Vocat autem auras aëris teneras, id est, molles ac tennes. Sic Manil. 1. 152. ' Proximus in tennes descendit Spiritus auras, Aëraque extendit medium per Inania Mundi.'

209 *Postremo, quoniam, &c.*] His 7. vss. argumentum vi. et ultimum pro-

Esse videlicet in terris primordia rerum ;  
 Quæ nos, fecundas vortentes vomere glebas,  
 Terraique solum subigentes, cimus ad ortus.  
 Quod, si nulla forent, nostro sine quæque labore,  
 Sponte sua, multo fieri meliora videres. 215

Huc adcedit, utei quidque in sua corpora rursum  
 Dissolvat natura, neque ad nihilum interimat res.

Nam, si quid mortale e cunctis partibus esset,

*fundere fructus meliores, fatendum est scilicet inesse terris semina rerum; quæ quidem semina nos excitamus ad partus, dum aratro versamus glebas uberes, et domamus solidam terram. At vero si nulla semina inessent terris, profecto cernereres quasque res longe meliores nasci sua vi, absque magna opera nostra. Adde quod Natura resolvat iterum quasque res in sua semina; nec occidat eas usque ad nihilum. Etenim si quæ res esset dissolubilis secundum omnes suas partes,*

Voss. vet. et L. B. Delph. *reddi* Lamb. Fab.—211 *in teneris* Bodl. *rerum in terris* Mus. B. 2.—212 *Que* V. ed. Th. Ra. *fecundas* Ald. Bip.—213 *subigentes* Bodl. *scimus* Voss. vet. et L. B. *et ortus* Mus. B. 2.—214 *queque* V. ed. Th. Ra.—216 *quicquid* Voss. vet. et L. B. *quæque* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. Cant. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. *queque* V. ed. Th. Ra.—218 *est e cunctis*

## NOTE

ponit, quo confirmet Ex nihilo nihil fieri. Scilicet saltem in terra sunt semina, quibus fruges crescant. Nam quæ terra rudis et inculta manet, non nisi rudes et agrestes fœtus gignit: quæ vero cultu et labore hominum excolitur, meliores fundit fruges. Igitur insunt terris semina, quæ cultu quasi expergefata surgant ad meliores rerum ortus ac generationes. Non ergo ex nihilo res fiunt.

*Primordia*] Semina, corpora genitalia.

212 *Quæ nos, &c.*] Hi 2. vss. iterantur v. 211.

213 *Terraique solum*] Terra, quæ, quia hominum ac animalium fundamentum est, Solum dicitur. Fest. Enn. Columell. Solum autem terræ proprie hic sumitur pro suprema terræ superficie, quæ sale quodam solidatur ac conditur, quo uberior fiat, ac gramine luxuriat.

214 *Cimus ad ortus*] Facimus oriri et nasci.

215 *Sponte sua*] Sua vi; per se;

mann hominum ac cultura.

216 *Huc adcedit, utei, &c.*] Hactenus de primo illo principio physico: Ex nihilo nihil fit; jam de altero isto disputaturus est: In nihilum nil potest reverti. Quod quidem principium ita sequitur primum, ut non aliud, sed illius pars esse videatur. Solent quippe hæc duo principia simul copulari. Pers. Satir. III. 84. 'De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.' Enimvero, si res ex nihilo fit in exortu suo, sane in interitu resolvatur in nihilum necesse est. In ea quippe redit, ex quibus fit. His itaque 2. vss. hoc alterum ponit principium physicum, quod jam variis argumentis etiam confirmaturus est.

*In sua corpora*] In ea principia, ex quibus constat.

218 *Nam, si quid mortale, &c.*] His 8. vss. argumentum I. continetur, quo probat nihil posse in nihilum reverti. Scilicet, si quæ res in nihilum resolvi posset, ea mortalis esset secundum omnes suas partes, atque

Ex oculis res quæque repente crepta periret :  
 Nulla vi foret usus enim, quæ partibus ejus 220  
 Discidium parere, et nexus exsolvere, posset.  
 Quod nunc, æterno quia constant semine quæque,  
 Donec vis obiit, quæ res diverberet ictu,  
 Aut intus penetret per inania, dissoluatque,  
 Nullius exitium patitur Natura videri. 225  
 Præterea, quæquomque vetustate amovet ætas,

*quælibet res subito interiret, ubi primum ex oculis nostris subducta esset. Namque non opus esset ulla violentia, quæ posset afferre dissolutionem partibus illius rei, et dissolvere vincula partium. Verum, cum jam cuncta componantur ex immortalis materiæ, usquedum violentia occurrat, quæ feriat exteriori plaga res creatas, vel penitus intret intra illas per spatia vacua, et interimat illas, sane Natura non sinit interitum ullius rei perspicui. Deinde, si longævum tempus redigit in*

Bodl. V. marg. 1. *cunctis* Voss. vet. et L. B. *cunctis e* Mus. B. 2.—220 *usus ei* Gif. Par. *que* Ferr. V. ed. Th. Ra.—221 *Dissidium* Ald. V. marg. 1. *patere* V. ed. Th. Ra. *at nexus* Gif. marg. *exolvere* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—222 *Quid* V. ed. Th. Ra. *At nunc* Bip. Barb. *constat* Gif. Par. *queque* V. ed. Th. Ra.—223 *obeat* P. Par. Gryph. Nard. Delph. *quis res* V. marg. 1. *diverberat* Bodl. Mus. B. 2. *diverberet* fuit in Voss. vet. et L. B. sed corr. est. In Voss. vet. superscrib. manu rec. *diruere tactu*.—225 *Nullus* Vind. *exitum* Mus. B. 3.—

## NOTE

adeo posset ictu oculi, ut aiunt, hoc est, repente, interire, et sine ullo conamine; neque vi opus esset, aut extrinseca, qua icta interimeretur; aut intrinseca, qua intus penetrata dissolveretur. Ideo enim non subito perit res, aut non sine aliquo conamine, quia aliquis astat contrarius conatus: in nihilo conatus nullus esse potest, in quo nec actio sit ulla. Atqui experientia docet res cunctas non subito et sine conatu perire. Hoc autem inde fit, quod quæque res constat æterno semine; hoc est, principiis immortalibus, quæ, quia nec plagis extrinsecus verberari possunt, nec intus per inania penetrari, tantum abest ut in nihilum resolvi possint, ut etiam faciant quominus res repente et sine vi dissolvantur. Hæc autem ratio videtur concludere tantum de iis rebus, quæ violenter dissolvuntur.

220 *Usus enim*] Aliis, *usus ei*, supp.

Naturæ: mihi minus arridet; alias enim non rei cujusque, sed Naturæ partibus discidium pateretur.

*Ejus*] Supp. cujusque rei.

221 *Dissidium*] A verbo discindo. Id est, dissolutionem, vs. 250.

222 *Æterno . . . semine*] Immortalibus principiis.

223 *Obiit* [*Obeat*] Aliis *obiit*. Obviæ eat, incurrat.

*Diverberet ictu*] Plaga exteriori feriat. Duplici quippe ratione res interire posse notat, vi externa, aut interiori. Vim externam signat his vocibus 'diverberet ictu': vim interiorem istis verbis seq. 'intus penetret.' Vis externa, tota violenta est: vis interior, tota naturalis dicitur.

224 *Per inania*] Per vacua spatia quæ rebus insint intercepta atque intermixta. Res enim omnis, ut infra dicitur, inani constat et corpore, i. e. atomis et vacuo, vs. 420.

226 *Præterea, quæquomque, &c.*] His

Si penitus perimit consumens materiem omnem,  
 Unde animale genus generatim in lumina vitæ  
 Reducit Venus; et reductum dædala tellus  
 Unde alit, atque auget, generatim pabula præbens? 230  
 Unde mare, ingenuei fontes, æternaque longe  
 Flumina, subpeditant? unde æther sidera pascit?

*nihilum ac funditus occidit totam materiam rerum, quas conficit veteri ætate; quoniam ex materia Venus edit in lucem vitæ gentem animalium secundum omnes suas species? Et quoniam ex re tellus varietate florens nutrit, et auctat illam, ubi generata est, suppeditans alimenta unicuique per suas species? Quoniam ex re fontes perenniter per se scaturientes alunt fluvios procul peregrinantes, et*

226 *quæcunque* Ferr. Th. Ra. Ald. Bip. *quecunque* V. ed. *ammoret* Ferr. *abmoret* Mus. B. 3.—227 *premit* V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. *peremit* Ferr. Voss. L. B.—228 *generatum* Gif. marg.—229 *Redducit V. et reductum* Ald. *Redducit V. aut reductum* Bip. *Reducit V.? aut reductum* vulg. *Deducit V. et deductum* Heins. 1. *Educit V.? et reductum* Delph. *dedala* Ferr.—230 *prebens* Ferr.—231 *ingenii* V. ed. Th. Ra. *ingeniti* Ald. Gif. marg. Gryph. Lamb. P. Pius tamen ex vet. codd. restituit *ingenuei*, sic leg. Bip. Ferr. *ingentis* Heins. 2.—

## NOTÆ

13. vss. continetur II. argumentum quo probetur in nihilum nihil reverti posse. Scilicet cum superior ratio de iis tantum rebus concluderet, quæ violenter dissolvuntur, ut omne subterfugium ocludat, hoc altero argumento vincit Lucretius, ne quidem res, quæ naturali via corrumpuntur, etiam in nihilum reverti. Namque si res omnis interemta in nihilum rediret, nulla igitur jam res superesset, ex qua nova fieret generatio rerum, alimentum, et augmentum. Ergo jam vetustate et longævo temporis spatio siccati forent fontes, et exhausti; qui tamen nunc etiam suppeditant longe peregrinantes fluvios; et ipsum mare. Exhaustus esset æther; qui tamen jam pascit sidera. Quæ enim mortali constant corpore ex omnibus partibus, verisimile est post longam temporis ætatem, post multa sæcula, post autcactos dies tandem consumi. Id autem fieri docet experientia. Sunt igitur in rebus æterna materia corpora, quibus constant, et in quæ resolvuntur: 'Haud igitur possunt res ad nihilumque re-

verti.'

228 *Animale genus*] Animalia concreta.

*Generatim*] Per omnes animalium species, vs. 21.

229 *Venus*] Quæ rerum parens est; per quam, ut ait vs. 4. 'genus omne animantum Concipitur, visitque exortum lumina solis.' Et vs. 23.

*Dædala*] Vs. 7.

231 *Ingenuei*] Nativi; hoc est, non arte, sed natura facti. Sic Mart. x. Epig. 47. vocat ingenuas vires, hoc est, non labore ac exercitio adeptas, sed a natura datas. Vel ingenni, h. e. perennes, qui perpetua scaturigine naturaliter erumpunt: ita interpretatur P. Gassendi. Aliis *ingeniti*.

232 *Subpeditant*] Active, non passive: h. e. sufficiunt, subministrant, renovant. Loquitur enim poëta ex illorum mente, qui voluerunt oceanum et flumina ex aquis fontium suppeditari ac impleri. Sic Manil. II. 76. 'Non imbres alerent terras, non æthera venti, Nec pontus gravidas nubes, nec flumina pontum, Nec pelagus fontes,' &c. Sic Lucret. II.

Omnia enim debet, mortali corpore quæ sunt,  
Infinita ætas consumpsit ante acta, diesque.

Quod, si in eo spatio atque ante acta ætate fuere, 235

E quibus hæc rerum consistit summa resecta;

Immortali sunt natura prædita certe:

Haud igitur possunt ad nihilum quæque reverti.

Denique, res omnes eadem vis causaque volgo

Conficeret, nisi materies æterna teneret 240

*oceanum? Quoniam ex alimento æther alit astra? Etenim æternum ævum, et tempus præteritum debet redeisse in nihilum res illas, quæ constant materia mortali. At vero si res, ex quibus hæc universa natura reparata constat, extiterunt in illo præterito ævo, et tempore, profecto donatæ sunt natura æterna. Ergo quæque res nequeunt redire in nihilum. Demum, eadem violentia, et causa perimeret plerumque cunctas res, nisi semen immortale retineret magis aut minus arcte vincula*

//////////

232 *suppeditant* vulg. *sydera* V. ed. Th. Ra.—233 *debeat* Gottorp. fr. *debent* Bodl. que V. ed. Th. Ra.—234 *consumpsisse* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2. 3. *anteacta* Ald. Bip. sic in sequente.—236 *hec* Ferr. *suma* V. ed. Th. Ra.—237 *Immortali* V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. *reddita certe* Gottorp. fr. *redita* Voss. vet.—238 *posse* V. marg. 1. *Nilum* Ald. Bip. *queque* Ferr. V. ed. Th. Ra. *reverti* Hav. &c.—239 *omnis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *vulgo* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—240 *nec materies* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2. Heins. 1.

#### NOTÆ

590. Lambinus passivè usurpat verbum *suppeditant*, quasi *subsistunt*. Minus bene, ut videre est.

*Æther sidera pascit*] Loquitur ex eorum opinione, qui solem ac sidera crediderunt esse ignes, quos pastu egere, et Oceani humoribus ac terræ vaporibus ali voluerunt. Cic. N. Deor. 11.

233 *Mortali corpore*] Materia interitura ac dissolubili.

234 *Consumpsit*] Syncope; pro *consumpsisse*.

235 *Fuere*] Supp. semina, corpora materiæ.

236 *Rerum summa*] Natura, Universum. Sic 757. 11. 302. 310. &c.

239 *Denique, res omnes, &c.*] His 12. vs. continetur 111. argumentum, quo confirmat in nihilum nihil reverti posse. Nimirum ex Epicuri doctrina disparès sunt ac variæ rerum concre-

tiones, pro dispari ac vario atomorum coitu. Licet enim atomi sint immortales, ex iis tamen mortalia fiunt corpora, quæ minus aut magis difficiliter dissolvuntur, pro minori aut majori nexu, quo atomi retinent illa. His ita positis sic argumentatur: Si cunctæ res concretæ redirent ad nihilum, dum intereant, nec in iis esset materies æterna, quæ minus aut magis retineret illarum nexu, profecto vis eadem ac causa, v. g. levior tactus, res cunctas nullo discrimine dissolvere ac interimere posset. Quid enim impediret? At nunc constat non pari ratione res cunctas dissolvi, sed alias aliis minus aut magis impedite. Igitur ad nihilum reverti cuncta nequeunt.

*Volgo*] Antiqua scriptio, pro *vulgo*: vs. 316.

Inter se nexu, minus aut magis indupedita ;  
 Tactus enim leti satis esset causa profecto ;  
 Quippe, ubi nulla forent æterno corpore ; quorum  
 Contextum vis deberet dissolvere quæque.  
 At nunc, inter se quia nexus principiorum 245  
 Dissimiles constant, æternaque materies est,  
 Incolomi remanent res corpore, dum satis acris  
 Vis obeat, pro textura quouisque reperta.  
 Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes  
 Discidio redeunt in corpore materiai. 250  
 Postremo, pereunt imbres, ubi eos pater Æther  
 In gremium matris Terrai præcipitavit :

illarum. Namque solus ictus esset sane sufficiens ratio mortis illarum. Etenim, si nihil esset in rebus, quod constaret immortalis natura, quælibet violentia deberet resolvere contexturam illarum. Jam vero, quoniam vincula primordiorum diversa sunt inter se, et ipsa materia immortalis est, sequitur ut res tamdiu maneat cum integro corpore, donec violentia satis potens inveniatur, et incurrat pro diverso contextu cujusque rei. Ergo nulla res revertitur ad nihilum, sed cunctæ res per dissolutionem revertuntur in prima semina, ex quibus factæ fuerunt. Tandem pluvie intereunt, statim atque aer genitor demisit eas in sinum telluris genetri.

—241 *nexus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Hav. Gif. Par. Gryph. P. Lamb. Voss. vet. et L. B. *nexus* Bip. *endopeditos* Creech. *endopeditæ* Bip. Delph. *endopedito* Nard. *endopedita* Gif. Par. Hav. Gassend. *endupedita* alii.—242 *Tractus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Heins. 1. Bodl. P. Mus. B. 1. *Tectus* Mus. B. 2. *lati* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *lethi* Bip. Quidam legunt *Tactus enim lethi omnibus esset casu profecto*.—243 *ibi P. aeterno* Voss. vet. *corporu*, sed correctum, Voss. vet. *quorum* et Gif. Par. *eorum* vulg.—244 *quenquam* pro *quæque* Heins. 2.—245 *Aut quia* Bas. *quia* Bodl.—246 *Nonnulli constat pro constant*.—247 *in corpore* Gassend. *actis* V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. P. Bodl.—248 *pretectura* Ferr. *prætextura* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Mus. B. 1. *pro testura* V. marg. 1. *retexta* pro *reperta* Ald. P.—249 *redit* abest a Mus. B. 2. qui et *illa* præ se fert pro *ulla*.—250 *Dissidio* Ald. *Distidio* V. marg. 1. 2. *corpora* Hav. et al.—252 *Ingreium* Ferr. V. ed. Th. Ra. *patris* Bodl. *præcipi-*

## NOTÆ

241 *Indupedita* [*Endopeditæ*] Impedite. Antiqua præpositio 'endo' pro 'in,' vs. 83. Minus autem recte alii legunt *endopedita*, supp. materia æterna: alii *endopeditas*, supp. res omnes: alii *endopeditos*, supp. nexus: quæ tamen hæc ultima lectio non improbat.

242 *Tactus*] Levis ictus exterior: plaga, pulsus, &c. vs. 223.

243 *Quorum* [*Eorum*] Earum rerum.

246 *Dissimiles*] Dispare, varii, diversi. Quod quidem non probat, sed

ex Epicuri doctrina assumit, ut monui vs. 239.

*Æternaque materies*] Quod probabit vs. 469. et seqq.

247 *Incolomi*] Ad nihilum non interituro: non dissolubili in nihilum.

250 *Dissidio*] Dissolutione, vs. 221.

*In corpora materiai*] In prima principia; in atomos.

251 *Postremo, pereunt, &c.*] His 15. vs. præoccupatio est, quæ iv. arguementi locum tenet. Poterat quippe

At nitidæ surgunt fruges, rameique virescunt  
 Arboribus; crescunt ipsæ, fetuque gravantur.  
 Hinc alitur porro nostrum genus, atque ferarum: 255  
 Hinc lætas urbeis puerum florere videmus,  
 Frondiferasque novis avibus canere undique sylvas:  
 Hinc, fessæ pecudes, pingues per pabula læta,  
 Corpora deponunt; et candens lacteus humor  
 Uberibus manat distentis: hinc nova proles 260

*cis. Imo vero ex iis segetes lætæ crescunt; et rami arborum frondescunt: arbores ipsæ augentur, et onerantur fructu. Unde etiam nostra gens humana, et gens bel-luarum nutritur: unde ceruimus civitates fertiles abundare infantibus, et nemora frondosa resonare novis volucris ex omni parte. Unde pecora pinguescentia, quasi lassata ponunt corpora per pinguia pascu; et candidus liquor lactis effluit ex mam-mis turgentibus. Inde recens partus pecudum lascivens, habens adhuc tenera mem-*

*tarit Ferr. V. ed.—253 nitide V. ed. Th. Ra.—254 ipse V. ed. Th. Ra. fato-que Bodl.—255 Hic alitur Ferr. Bodl. Mus. B. 2. 3. Hic aliter V. ed. Th. Ra.—256 urbes Ferr. V. ed. Th. Ra. pueris Ald. Bip. Hav.—257 Frondiferas-que Ferr. Ald. Frondiferusque V. ed. Th. Ra. silvas Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—258 fesse V. ed. Th. Ra. Quidam fætæ. pinguis per Ferr. pinguis per V. ed. Th. Ra. per pinguia Ald. Gryph. Nard. P. pingui Hav. ex conj. lætæ Mus.*

## NOTE

quis obijcere multas res, quæ perire videantur; ac in nihilum reduci; v. g. pluviæ, ubi ceciderunt ex aëre in terram, ita exsiccantur, ut penitus evanescant. Cui respondet præclara inductione, qua probat tantum abesse ut pluviæ decedentes penitus intereant, ut etiam ex iis, tanquam ex seminibus novis, terra fætus fundat, arboresque virescant, ac fructus ferant; unde genus animale, et hominum, et animalium, et volucrum alatur, ac generatim propaget secla; unde pecudes et pinguescant, et uberibus distentis lactis copiam præbeant; unde tenellæ oves lasciviant ac crescant. Igitur cum ex interitu unius rei altera progignatur, nihil potest in nihilum reverti. Hinc laudatum illud effatum, Aristot. de generat. et corrupt. i. 'Η τοῦδε φθορὰ, ἄλλου γένεσις· ἢ τοῦδε γένεσις, ἄλλου φθορὰ. 'Corruptio unius, est generatio alterius: et generatio unius, est corruptio alterius.'

*Pater æther, &c.]* Sic Virg. Georg. II. 325. hunc Lucretii locum imitatus est. Sic Lucretius iterum lib. II. 990. cælum seu æthera vocat patrem, et terram matrem rerum per imbres. Sic Aristot. i. generat. et 2. animal.

253 *Nitidæ]* Lætæ, quasi primo sui ortus flore nitescentes.

255 *Hinc]* Unde; ex quibus fætibus ac fructibus terræ.

256 *Hinc]* Unde; ex quibus alimentis aut fætibus terræ.

*Puerum florere]* Nova prole abundare.

257 *Canere]* Cantu resonare, loqui. Sic Manil. III. 651. 'totumque canora Voce nemus loquitur.'

258 *Hinc]* Unde; ex quibus fructibus.

*Fessæ]* Non labore, sed pinguedine gravatæ.

*Lætæ]* Pinguia. Sic Virg. Georg. I. 87. 'pinguia pabula terræ.'

260 *Distentis]* Lactis copia turgentibus. Sic Virg. Eclog. IV. 21. 'Ipsæ

Artubus infirmis teneras lasciva per herbas  
Ludit, lacte mero menteis percussa novellas.

Haud igitur penitus pereunt quæquomque videntur ;  
Quando alid ex alio reficit Natura, nec ullam  
Rem gigni patitur, nisi morte adjuta aliena. 265

Nunc age sis, quoniam docui nihil posse creari  
De nihilo, neque item genita ad nihilum revocari ;  
Ne qua forte tamen cœptes diffidere dictis,

*bra, ludit per mollia gramina, excitatus puro lacte intra nova pectora. Ergo res omnes, quæ cernuntur, non intereunt funditus ; quoniam natura reparat rem aliam ex alia ; nec sinit ullam rem generari, quin excitetur per interitum alterius rei. Agedum vero, cum demonstraverim jam nullus res fieri posse ex nihilo ; neque, ubi semel generatæ sunt, reduci ad nihilum ; ne forsitan tamen incipias aliqua ratione diffidenter credere verbis meis, ex eo quod principia rerum non possunt videri oculis ;*



B. 2.—260 *Huberibus* V. ed. Th. Ra.—261 *infernis* Mus. B. 3.—262 *mentes* Ferr. V. ed. Th. Ra. *percussa* Hav. Delph. Barb.—263 *Hunc* V. ed. Th. Ra. *Aut* Mus. B. 2. *quæcunque* Ferr. Th. Ra. Ald. Bip. *quæcunque* V. ed. *quæconque* Mus. B. 2. *pereunt penitus* Mus. B. 3.—264 *aliud* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. *alit ex alio* Voss. L. B. *alit aliorum efficit* Voss. vet. *nec ulla est* V. marg. 1.—265 *nec morte* Ferr. V. ed. Th. Ra. Heins. Cout. Bodl. Mus. B. 1. 3. *adjutam* Bip. Hav. *adulta* Gottorp. fr. *adluta* Voss. L. B. sed corr. *ad vita* V. ed. Th. Ra.—266 *agesis* Ferr. Ald. Delph. *age si vis* P. Gottorp. fr. *age res* Bip. Hav. *quando pro quoniam* V. ed. Heins. 1. 2. *non posse* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bip. Hav. *nil posse* Gif. Ald. Delph. Nard. Cout. P.—267 *genitas* Ferr. Bip. Hav. Voss. vet. et L. B. *genitum* Cout. *nihil* Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. *nil* Gottorp. fr. Bip. Heins.—268 *Nequa* Ald. *Neque* Gottorp. fr. *ceptes* Ferr.

#### NOTÆ

lacte domum referent distenta capellæ Ubera.' Sic Horat. Ep. 2. et 13.

*Hinc*] Unde ; ex quibus fœtibus terræ.

*Nova proles*] Puta ovium, aut capellarum.

262 *Menteis percussa*] Sic vs. 12. 'percussæ corda tua vi.' Supp. intra, secundum, per, &c.

264 *Quando alid* [*aliud*] Vox 'aliud' dissyllaba est. Sic alibi passim, lib. III. 984. lib. v. 1304. &c. Vel *alid* legendum antiquo more, pro voce *aliud*, sicut 'alis' pro 'alias.' Prisc. XII. Sosipater II. Catull. de Coma Beren.

265 *Adjuta*] Supp. Natura. I. e. excitata, impulsiva. Corruptio quippe

unius, est generatio alterius. Lambino *adjutam*. Supp. rem.

266 *Nunc age sis, &c.*] His 64. vs. totus jam in id incumbit Lucretius, ut ex data occasione evincat primordia, quas atomos vulgo vocant, etsi cæca sint, hoc est, sub oculos nostros non cadant, vera tamen et solida esse corpora. Igitur licet res in interitu videantur penitus interimi, supersunt tamen semper corpora materiæ, æterna et immortalia. Rem autem totam probat a simili, ut aiunt ; varique rerum corporearum exempla congerit, quæ vera corpora esse nemo negaverit, sed quæ tamen oculis cerni nequeunt. Puta ventos, odores, calores, frigora, voces, &c.



Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni ;  
 Adcipe præterea, quæ corpora tute necesse est 270  
 Confitere esse in rebus, nec posse videri.

Principio, venti vis verberat incita pontum,  
 Ingenteisque ruit naveis, et nubila differt ;  
 Interdum, rapido percurrens turbine, campòs  
 Arboribus magnis sternit, monteisque supremos 275  
 Sylvifragis vexat flabris : ita perfurit acri  
 Cum fremitu, sævitque minaci murmure, pontus.  
 Sunt igitur venti nimirum corpora cæca,  
 Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cœli,  
 Verrunt, ac subito vexantia turbine raptant. 280

*audi, præter hæc primordia, quænam corpora oportet ut tutemet fatearis inesse in rebus, neque tamen cerni oculis posse. Primum ventus vehemens excitatus fricit mare, et diruit magna navigia ; et disjicit nimbos ; et aliquando proruens vehementi cum procella cooperit agros ingentibus arboribus ; et verberat summos vertices montium flatibus, qui frangunt sylvas. Sic mare cum strepitu vehemente furit, et inhorrescit fremitu minitante. Scilicet ergo venti sunt corpora, quæ oculis non cernuntur ; quæ evertunt oceanum, quæ evertunt terras, quæ tandem disjiciunt nimbos aëris, et quæ repentina procella vastant et abripiunt omnia. Neque ulio modo*

V. ed. Th. Ra.—270 *Accipe* vulg. *Cape* Mus. B. 2. *præterea* Ferr. *propterea* Faber. *que* Ferr. V. ed. Th. Ra. *quæ* Voss. vet. delet, sed in marg. m. r. *cur* scribitur. *tuta* Gottorp. fr.—272 Aliqui leg. *insita. portus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Gif. Par. Bodl. Cr. *porcas* Salmasius, Creech. *coortus* Gottorp. fr. Voss. vet. *portum* Mus. B. 2. 3. *cortus* Voss. marg. 1. 3. in Voss. vet. corr. in *corpus*.—273 *Ingentisque r. navis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *differt* Ferr. Mus. B. 2. *aufert* V. ed. Th. Ra.—275 *magnos* Th. Ra. Ald. *sævit* pro *sternit* Gryph. marg. Heins. 1. Mar. Codd. Pii Mss. *montisque* Ferr. V. ed. Th. Ra.—277 *fremtu* Th. Ra. *murmure coortus* Hav. *cortus* Fab. *Corus* Preiger. vid. Not. Var. Reliqui omnes *murmure, pontus*.—279 *que—que—que* V. ed. Th. Ra. *nubila* deest in Th. Ra.—280 *Vertunt* V. ed. Th. Ra. et alii. *vexanti* P. et Hav. in marg. vid. Not.

## NOTÆ

272 *Principio, venti, &c.*] His 27. vss. seqq. 1. exemplum repetit a ventis, quos quidem vera esse corpora ex eo arguit, quod sensus impellere possunt : ‘Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.’ Hinc occasione data præclaram validi venti descriptionem facit, quem modo furenti mari, modo torrenti horrendo comparat. Sic Virg. Georg. 1. 316. et seqq. vim venti describit.

*Pontum*] *Parens portus*; minus bene ut patet ex vs. 279.

273 *Ruit*] Active. Sic vs. 290. Sic Plant. in Trin. frangere malum, ruere antennas. Sic Virg. Georg. 1. et Æn. 1. 89. i. e. affligit, evertit.

*Differt*] Dissipat, disjicit. Sic Virg. Georg. 111. 197.

276 *Sylvifragis*] Sylvas fragentibus, hoc est, acribus et validis.

*Ita*] Particula comparationis. Comparat quippe venti validi fremitum murmuri maris furentis.

278 *Cæca*] Quæ sub oculos non cadant, vs. 271.

Nec ratione fluunt alia, stragemque propagant,  
 Ac quom mollis aquæ fertur natura repente  
 Flumine abundantanti; quem largis imbribus auget  
 Montibus ex altis magnus decursus aquai,  
 Fragmina conjiciens sylvarum, arbustaque tota : 285  
 Nec validei possunt pontes venientis aquai  
 Vim subitam tolerare; ita, magno turbidus imbri,  
 Mollibus incurrit, validis cum viribus, amnis;  
 Dat sonitu magno stragem; volvitque sub undis  
 Grandia saxa; ruit, qua quidquam fluctibus obstat. 290  
 Sic igitur debent venti quoque flamina ferri:  
 Quæ, velutei validum quom flumen procubuere

*ruunt, multiplicantque cladem, quam ubi natura fluidæ aquæ subito labitur copioso fluvio, quem ingens delapsus aquarum ex summis collibus, corripiciens secum fragmenta nemorum et arbores integras, auget abundantia pluriarum: nec firmi pontes valent ferre repentinum impetum confluentis aquæ; adeo fluvius tumescit copiosa pluvia, obicibusque irruens cum impetu acri, edit cladem cum magno fragore, et raptat sub aquis lapides ingentes, et, quacunq; parte fertur, disjicit id omne, quod sibi obrivum fit. Similiter ergo, inquam, flabru venti debent etiam ruerè, quæ, ubi*

Var.—281 Pro propagant Heins. 2. leg. ministrant.—282 Ut V. ed. Th. Ra. Ald. Et Th. Ra. Quam quom Lamb. Quam cum Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Cout. Ut cum P. Bodl. Et cum V. marg. 1. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. L. B. superscrib. At. Ac. et in Voss. vet. ascrib. in marg. m. r. 'Lege et cum ollis.'—283 quod larg. Ald. Bip. Hav. quom Heins. 1.—285 conjiciens Ferr. Voss. Vet. et L. B. V. ed. coniciens Th. Ra. silvarum Ferr. V. ed. Th. Ra.—286 venientes Bodl.—287 tollerare V. ed. Th. Ra. targidus Voss. marg. Preig. turbio Voss. vet.—288 Mollibus Mus. B. 2. incurrens Bip. Hav. Delph.—290 quicquam Ferr. Th. Ra. Ald. Nard. Bas. P. quidquid Bip. quicumque V. ed. Bodl. ruunt quæ Fab. fluxibus Bodl.—291 flumina Bodl.—292 Que V. ed. Th. Ra. In Mus. B. 1. sic comparet versus: Quæ veluti validam cum flumini p. et sic in Mus. B. 2. Quæ v. validum cum flumine con p. cum flumen Ferr. V. ed. Th. Ra. Nard. Gottorp. fr. Heins. Bas. Bodl. Voss. vet. et

## NOTE

280 Verrunt] Evertunt mare, vexant terras, disjiciunt nimbos. Sic Virg. Æn. 1. 63.

281 Nec ratione fluunt, &c.] His 18. vss. ventorum vim comparat cum torrentis impetu. Qua comparatione belle quidem et vis et propagatio ventorum adumbratur. Ventus enim et fluvius sunt uterque fluidus; et sicut aquæ fluctus alium impulsu creat, et alius novum producit perpetuo, donec aut ad littus postremus frangatur, aut in ipsa aquarum immensa effusione

paullatim languescat: ita flatu ventorum semel creatus in aëre excitato alium movet, et alius alium, donec aut montes, aut nubes, aut imbres refringant ipsum. Deinde sicut fluctus aquarum non pari aut continuo tenore semper feruntur, sed modo crebriores, modo rariores, modo majores, modo minores: ita venti quasi undulatim flant.

282 Mollis] Fluidæ. Sic II. 375. Virg. Æn. 1x. 817. 'Mollibus extulit undis.'

290 Ruit] Evertit, vs. 273.

292 Procubuere] Incubnere. Sic

Quam libet in partem, tridunt res aute, ruuntque  
 Inpetibus crebris; interdum vortice torto  
 Conripiunt, rapideique rotanti turbine portant. 295  
 Qua re etiam atque etiam sunt venti corpora cæca;  
 Quandoquidem, factis et moribus, æmula magnis  
 Annibus inveniuntur, aperto corpore quei sunt.

Tum porro varios rerum sentimus odores;  
 Nec tamen ad nareis venienteis cernimus umquam; 300  
 Nec validos æstus tuimur, nec frigora quimus  
 Usurpare oculis; nec voces cernere suemus:

*incubuerunt, sicut rapidus fluvius, disjiciunt ante se res obvias in quamcunque partem, et feruntur frequenti vi; aliquando abripiunt illas contorto flumine, et vertentia illas valido flatu in orbem transportant et in sublime tollunt. Quamobrem venti sunt maxime corpora, quæ non cernuntur, quoniam reperiuntur imitantia operibus ac viribus rapidos fluvios, qui constant corpore, quod cerni potest. Præterea percipimus etiam naribus diversos odores rerum; nunquam tamen videmus illos, dum adveniunt naribus: neque etiam cernimus calidos calores: nec possumus percipere oculis frigora: nec solemus videre oculis voces. Quas tamen res omnes oportet esse*

L. B. flumen cum Ald. Bip. fulmen cum V. marg. 1. valido cum flumine Preiger. ex conj.—293 tendunt Ferr. V. ed. Bodl. ruitque Ferr. V. marg. 1.—294 vertice toto Gottorp. fr. Bodl. Voss. marg. 2. 3. V. marg. 1.—295 rapideique Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. Nard. Heins. Cont. Voss. vet. et L. B. P. Bodl. Voss. marg. rapideique Bip. Hav. rotantia Bip. rotantes Gryph. Bodl. Cr. Pius ex codd. fidelioribus restituisse se dicit rapideique rotantes.—297 ac moribus Bip. Hav. de mor. Mus. B. 2. ac motibus Gif. marg. Gif. L. B. Delph. et motibus P. Bodl. emula V. ed. Th. Ra. magis Mus. B. 2.—298 quid sint Mus. B. 2. sint V. marg. 1.—299 Cum P. Viud. V. ed. Bodl. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Quin Th. Ra. Quin Ald. Heins. 2. Gif. marg. P. Quin Heins. 1.—300 nares Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. venientis Ferr. V. ed. Th. Ra. credimus Cant.—301

## NOTE

Virg. Æn. i. 86. 'Venti, velut, agmine facto, Qua data porta ruunt, et terras turbine perfiant; Incubnere mari, totumque a sedibus imis,' &c.

294 *Vortice torto*] Vertex vel vortex, a vertente, proprie dicitur ventus contortus, ac rotatus, Græce *τυφών*, turbo, procellosus ventus.

295 *Rapideique rotanti* [*Rapidoique rotantia*] Alii *rapideique rotanti*. Idem.

297 *Moribus* [*Motibus*] Viribus, impetu. Parens *moribus*, per metaphoram desumptam ab hominibus.

298 *Aperto*] Non cæco, sed quod oculis cernitur manifesto.

299 *Tum porro varios, &c.*] His 7. vers. repetit II. exemplum ex odore,

ex calore ac frigore, et ex vocibus. Hoc est, vocat in rei testimonium sensus omnes, quorum objecta, quæ vocant, vera sunt corpora, cum tamen pariter sub oculos non cadant. Mirum quod sapes non memorat: sed necesse sunt corpora, cum æque gustatum moveant sapes, ac voces auditum, odores olfactum, calor et frigus tactum. 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.'

301 *Tuimur*] Tertiarum conjug. Dicitur enim tuor, eris: et tuor, eris. I. e. videmus.

302 *Usurpare oculis*] Cernere. Sic IV. 972. 'usurpare sensibus,' h. e. 'sentire.' Sic dicitur 'usurpare sei-

Quæ tamen omnia corporea constare, necesse est,  
 Natura; quoniam sensus impellere possunt:  
 Tangere enim, aut tangi, nisi corpus, nulla potest res. 305

Denique, fluctifrago subpensæ in litore, vestes

Uvescunt; eadem, dispessæ in sole, serescunt:

At neque, quo pacto persederit humor aquai,

Visum est, nec rursus quo pacto fugerit æstu.

In parvas igitur partes dissipargitur humor, 310

Quas oculi nulla possunt ratione videre.

Quin etiam, multis solis redeuntibus annis,

*natura corporea, cum queant movere sensus; nihil enim potest tangere et tangi, nisi sit corpus. Demum vestimenta appensa in ripa maris, quæ frangit fluctus, humescunt: explicata ad solem siccantur: verum non cernitur, neque quæ ratione liquor aquæ inhæserit illis, neque quæ ratione iterum recesserit præ calore. Ergo liquor aquæ diffunditur in tenues particulas, quas oculi nullo modo cernere queunt. Præterea annulus, dum gestatur in digito pluribus annis solaribus revertentibus, diminuitur:*

//////////

*Nec calidos* Hav. *Ne* Bodl.—302 *canere* Ferr.—303 *corporea* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2.—305 *nec tangi, n. c. ulla* Mus. B. 2.—306 *fluctifrago* Nonius. *suspensæ* O. P. Mus. B. 1. 2. et 3. in marg. V. marg. 1. *suspensæ* Ferr. *suspensæ* vulg. *littore* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Hav.—307 *Uvescunt* V. ed. *Udescunt* Mus. B. 1. 3. *Suvestunt* Th. Ra. *Huescunt eadem* Bodl. *eadem dispensæ* Delph. *dispissæ* Gellius. *candenti* Gryph. Gif. marg. Ald. *eudem candenti* P. *dispansæ* Bip. *dispansæ* Ferr. V. ed. Th. Ra. *in deest* Ald. *se arescunt* Ferr. V. ed. *se rescunt* Th. Ra. *rigescunt* Voss. marg. 1. *vivescunt* V. marg. 1.—308 *Ac neque* Ferr. V. ed. Th. Ra. Heins. 1. *Atque neque* Bodl. *præcesserit* Th. Ra. *præderit* Bodl. *presens erit* V. ed. *presens erit* Ferr. *umor* Voss. vet. et L. B. et ita passim.—309 *Visumst* V. ed. Th. Ra. *Visus* Ald. *Visu'st* Bip. *Visus est* Mus. B. 2. *fugeret* Bodl. *æstus* P. Ald. Nard.—310 *partes* Ferr. V. ed. Th. Ra. et ita passim. *dispergitur* vulg. *dispargitur* V. ed. Th. Ra.—312 *multum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Mar. Heins. P. Mus. B. 2. *multis olim*

#### NOTÆ

mone,' h. e. 'dicere.' Sed vs. 55. dixit simpliciter 'usurpare,' i. e. 'appellare.'

305 *Tangere enim, &c.*] Scilicet ex Epicuri principiis, quicquid tangere potest, aut tangi, id verum ac solum est corpus. Sic et Arist. *Physic. ausc. iv. σώμα οὐρανὸν εἶναι πᾶν ἄπτόν*: 'Pntant corpus esse, quicquid tangi potest.' Hinc Epicurus apud Laërt. x. vocat inane, quod corpori opponitur, naturam tactus expertem. Sic Lucret. infra vs. 455. 'Tactus corporibus cunctis, intactus inani.' Sic II. 434.

III. 167. &c.

306 *Denique, fluctifrago, &c.*] His 6. vs. exemplum III. congerit ex humore roscido, quem vestes in littore maris appensæ de nocte bibunt: et quem rursus de die calor Solis exsiccatur. Is enim humor corporeus est corpus, neque tamen oculis cernitur. Ergo sunt corpora cæca, quæ sub visum nostrum non cadunt.

*Fluctifrago*] Solent enim ad littora frangi maris fluctus.

312 *Quin etiam, multis, &c.*] His 11. vs. exemplum IV. proponit cum ex

Annulus in digito subter tenuatur habendo :  
 Stillicidii casus lapidem cavat : uucus aratri  
 Ferreus obculte decrescit vomer in arvis : 315  
 Strataque jam vulgi pedibus detrita viarum  
 Saxea conspicimus : tum, portas propter, athena  
 Signa manus dextras obtendunt adtenuari  
 Sæpe salutantum tactu, præterque meantum.  
 Hæc igitur minui, quom sint detrita, videmus ; 320

*gutta aquæ decidens stillicidio cavat saxum: vomer aduncus aratri, etiamsi sit ferreus, sensim tamen minuitur in agris scindendis: atque etiam videmus pavimenta viarum lapidea attrita vestigiis populi: denique simulacra ænea collocata ad januas monstrant dexteris manus extenuari contactu salutantium et prætereuntium crebro. Ergo videmus hæc extenuari, quoniam sunt attrita; verum natura invidia*



Faber. Voss. marg. Pro Quin Bodl. Eum.—313 Anulus Ferr. V. ed. Th. Ra. subtertenuatur Hav.—314 Stillicidiique V. ed. Vind. Stillicidiique Ferr. Stillicidiique Th. Ra. Stillicidi Bip. Hav. Stillicidi et casus Heins. 2.—315 occulte vulg. occulte V. ed. in arvo Servius.—316 vulgi Th. Ra. Ald.—317 harena Th. Ra. harena V. ed. ana Ferr.—318 manus extras Gif. marg. Fab. Gryph. marg. et quidam Codd. Pii. ostendant Bodl.—319 Versum hunc non agnoscit Bodl. Cr. pro meantum Cant. leg. meantur.—320 Ille V. ed. minium V. marg. I.

#### NOTÆ

annulo, qui digito gestatus diu extenuatur: tum etiam et ex vomere, qui terram scindendo teritur: et ex pavimento, quod pedibus populi minuitur: et ex lapide, quem cavat aquæ gutta: et ex signis æneis ad portas erectis, quæ tactu salutantium ac prætereuntium dextras attenuari ostendunt. Quæ tamen omnia nullatenus videmus extenuari, neque qua ratione de suis corporibus aliquid in tempore amittant: sed quæ omnia vera sunt corpora. Ergo sunt in rerum Natura corpora cæca. Sic Ovid. præclare iv. de Pont. 10. 'Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu, et teritur pressa vomer aduncus humo,' &c.

313 *Habendo*] Supp. in: hoc est gestando, usus.

314 *Stillicidii*] Festus, Stiricidium quasi stillicidium, cum stillæ concretæ frigore cadunt. Stiria enim principale est: stilla vero diminutivum.

Gall. *gouttiere*. Eandem sententiam tractat iv. 1280.

316 *Stratu . . . viarum*] Hellenismus; hoc est, strata viæ. Sic vs. 87. 'prima virorum.' vs. 354. 'clausa domorum.' iv. 613. 'clausa viarum,' &c.

317 *Portas propter*] Anastrophe; hoc est, propter, seu prope portas, supp. urbium. Scilicet simulacra ænea ponebantur olim ad portas urbium, quæ salutarent, et qui ex urbe peregre proficiscerentur, et qui in urbem peregre adventarent. Horum autem dextras osculabantur. Male ergo alii interpretati sunt hæc de matutinis salutationibus, quæ a clientibus fieri solebant, et de quibus Mart. sæpissime; Manil. v. Virg. Georg. II. 461.

319 *Præterque meantum*] Prætermeantumque, id est, prætereuntium.

Sed, quæ corpora decedant in tempore quoque,  
Invida præcluserit speciem natura videndi.

Postremo, quæquomque dies naturaque rebus  
Paullatim tribuit, moderatim crescere cogens,  
Nulla potest oculorum acies contenta tueri ; 325  
Nec porro quæquomque ævo macieque senescunt :  
Nec, mare quæ inpendent, vesco sale saxa peresa  
Quid quoque amittant in tempore, cernere possis.  
Corporibus cæcis igitur natura gerit res.

Nec tamen undique corporea stipata tenentur 330

nobis ademit facultatem cernendi ea corpuscula, quæ quotibet tempore secedunt et detrahuntur rebus. Denique nulla vis oculorum, quantumvis acriter contendat, valet intueri ea corpuscula, quæ tempus et Natura addit sensim rebus, faciens illas augeri pedetentim: neque etiam potes videre ea omnia, quæ ætate et macritudine pereunt; nec eas rupes, quæ corrosæ sale edaci incumbunt mari, quidtem perdant quotibet tempore. Ergo Natura habet res, quæ constant corporibus, quæ sub oculos non cadunt. Neque tamen res omnes ex omni parte sunt clausæ et compactæ

\*\*\*\*\*

Memmi V. marg. 2. mimmi Ferr. nimium O. Mus. B. 1.—321 corporea Th. Ra. tempore quoque Ferr. decidant V. marg. 1.—322 Invidia V. ed. præcluset Gottorp. fr. præcluserit V. ed. præcludit Gif. marg.—326 quæquomque Mus. B. 2. macieque Ferr.—327 inpendunt Ferr. Vind. Bodl. Mus. B. 2. 3. vesco deest in Gottorp. fr. et Voss. vet. et ejus vice Mus. B. 2. dat nostro, et Mus. B. 3. vasto. Ferr. leg. vosco.—328 Quid quæque Gif. marg. V. marg. 1. Gryph. P. Ald. queque V. ed. Th. Ra. quoque Ferr. cernere deest Bodl. posset Gif. marg. P. V. ed. Th. Ra. Ald.—329 cæcis Gottorp. fr. Vind. Voss. vet. cecis Th. Ra. cæcis igitur bis repetitur in Voss. vet. In Mus. B. 2. deest gerit.—330 corpora

#### NOTÆ

322 *Invida . . . natura*] Quippe quæ invidit, hoc est, concedere noluit facultatem videndi corpuscula isthæc decidentia de rebus quovis tempore.

323 *Postremo, quæquomque, &c.*] His 7. vss. exemplum v. et ultimum affert de augmento et decremento rerum. Neque enim incrementa aut decremента, quæ in rebus fiunt, dum aut moderatim crescunt, aut paulatim senescunt, oculis cernere possumus. Vera tamen sunt corpora.

327 *Mare*] In mari.

*Vesco sale*] Edaci. A. Gell. xvi. 'Vescum, quod ex particula ve et esca copulatum est, utriusque significationis vim capit. Aliter enim Lu-

cretius vescum salem dixit ex edendi iutione; aliter Lucilius vescum appellat eum edendi fastidio.'

330 *Nec tamen undique, &c.*] Hactenus igitur probavit in rebus inesse corpora prima materiæ, ex quibus res fiant tanquam ex primordiis, et in quæ res revertantur: sed quæ cæca sint, nec sub oculos cadant. Jam vero rem aliam aggreditur, atque, non solum in rebus corpora prima inesse, sed et inane, ex quo et ex illis primis corporibus res cunctæ coalescant. His itaque 6. vss. prioribus id ipsum proponit.

*Stipata*] Quasi stupa clausa: coarctata. Sic vs. 346.

Omnia natura; namque est in rebus inane:  
 Quod tibi cognosse in multis erit utile rebus;  
 Nec sinet errantem dubitare, et quærere semper  
 De summa rerum, et nostris diffidere dictis.

[Quapropter locus est intactus inane, vacansque.] 335

Quod, si non esset, nulla ratione moveri

*materia solida; etenim vacuum inest in rebus. Quod quidem scire, juvabit multum ad plurimas res: neque permittet te incertum dubitare, ac perpetuo inquirere de universa rerum natura; et diffidere nostris verbis. Itaque inest in rebus spatium expers tactus, inane, et vacuum. Quod quidem si non inesset in rebus, res nullo*

Th. Ra.—331 *namque* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—332 *cognosce* Mus. B. 2. Ferr. pro *cognosce* Bodl. leg. *commune*.—333 *Nec sine* V. ed. Th. Ra.—334 *In summa* Bodl.—335 *intactus* V. ed. Th. Ra. *intantus* Bodl.—337 *namque* Ferr. V. ed.

## NOTE

334 *De summa rerum*] De universa rerum natura. vs. 75. II. 303, 530.

335 *Locus est intactus, &c.*] Lucretio hæc vocabula sunt synonyma: Inane, vacuum, vacans, intactilis locus, incorporeum. Epicuro autem, teste Laërt. x. inane dicitur, natura intactilis, et regio. Dicitur 'intactilis natura,' inquit Empiricus adv. Phys. II. 'propter privationem incensus in tactum:' vel, ut Arnobii verbis utar contr. Gent. VII. 'quod omni tactu sit incontigua;' h. e. quod tactui non obviet. Scilicet Epicuro et Lucretio id solum dicitur inane, quod ex natura sua est incorporeum: h. e. quod nihil valeat neque agere, neque pati; sed præbere solummodo liberum per ipsum corporibus motum. Hinc Lucretius hæc corporis ab inani differentiam posuit infra vs. 455. 'Tactus corporibus cunctis, intactus inani.' Quod autem eadem intactilis illa natura sit corpore destituta, ideo Epicuro et Lucretio, inquit Empiricus, dicitur inane: quod occupata sit a corpore, appellatur locus: quod vero corpora moveantur in illa, vocatur regio. Sic ab Aristot. III. Phys. 7. definitur inane, seu vacuum, locus, in quo nihil est; h. e. ut ipse explicat,

*Delph. et Var. Clas.*

in quo nullum est corpus: item, cui et plenum esse et inane competit. Plenum, cum corpore occupatur: inane, cum corpore vacat. Eodem fere sensu, quo vulgo vas plenum dicitur, quod aliquo liquore impletur: inane vero seu vacuum, quod vacat; nisi quod in vacuo vase, aër, qui corpus est, locum liquoris subeat; quo fit, ut vas prorsus inane non sit: sed quod inane fieret, si neque aër neque aliud corpus subiret. Hæc autem erant notatu dignissima. Jam Lucretii argumenta expendamus, quibus inane dari contendit in Summa rerum.

336 *Quod, si non esset, &c.*] His II. vs. continetur 1. argumentum; quod sic Empiricus 2. adv. Phys. proponit. 'Si motus est, inane est: atqui motus est: ergo inane est.' Quod autem motus sit, res est manifesta: quod vero motus nequeat esse, quin sit inane, Lucretius probat ex natura primorum corporum, quæ solida est ac plena. Quod enim solidum est totum, ac plenum totum, admittere in se mobile non potest. Quam rem ut melius percipias, cogita Mundum, si in eo inane non sit, molem esse ita stipatam corporibus, ut ne vel mini-

*Lucret.*

H

Res possent; namque, officium quod corporis exstat,  
 Officere atque obstare, id in omni tempore adesset  
 Omnibus: haud igitur quidquam procedere possent,  
 Principium quoniam cedendi nulla daret res. 340

At nunc per maria, ac terras, sublimaue cœli,  
 Multa modis multis varia ratione moveri  
 Cernimus ante oculos: quæ, si non esset inane,  
 Non tam sollicito motu privata carerent,  
 Quam genita omnino nulla ratione fuissent: 345  
 Undique materies quoniam stipata quiesset.

*modo possent habere motum; etenim illud munus, quod est corporis, uimirum obesse et impedire motum, occurreret in omni tempore cunctis rebus. Ergo nihil posset moveri, cum nulla res concederet initium recedendi. Jam vero et in mari, et in terris, et in alto cœlo, videmus ob oculos nostros res multas moveri diverso modo, ac variis de rationibus; quæ tamen res, nisi vacuum inesset, non tam pricarentur motione irrequieta, qua carerent, quam nullo modo unquam generate essent, cum materia, si ex omni parte fuisset clausa, conquiesisset a generatione.*

//////////

Th. Ra. neque Mus. B. 2. corporum Gif. Par. Gryph. estat Gotorp. fr. Gassand. est, ut Voss. vet. et L. B. Voss. marg. 1. 2. Hav.—338 Efficere Mus. B. 1. in marg.—339 quicquam Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. posset vulg.—341 ad terras Ferr.—344 privata vel pronata jacerent Turneb. 1. 15.—346

#### NOTÆ

mun corpusculum de novo valeat recipere. Scilicet, si nihil habet inane ac vacuum, nihil restat complendum. Igitur aut novum corpus admittere non potest: aut, si admittit, duo, imo plura et infinita corpora in eodem loco simul esse non repugnabit; quod tamen per vires Naturæ fieri non potest. Namque ut corpus alterius locum occupet; illud alterum prius recedat necesse est: quo vero recederet, 'Principium quoniam cedendi nulla daret res?' An aliud prius expellet? Eadem redit difficultas, atque in infinitum ducitur. Sic Arist. Phys. iv. 6. pari argumento utitur, ut probet inane inesse.

337 *Namque officium, &c.*] Id est, hæc est ratio corporis ut reluctetur, et motum aliorum impediatur; neque enim penetrari potest, quia solidum et plenum est.

*Corporis*] Alii *corporum*, ita ut litera *m* non elidatur.

340 *Principium*] Primum initium. Sic vs. 384. 'Unde initium primum capiat res quæque movendi.'

341 *Sublimaue cœli*] Hellenismus: sublime cælum. Sic vs. 316. 'strata viarum.' vs. 669. 'vera viai.' II. 1098. 'Serena cœli.' VI. 808. 'abditæ auri,' &c. Dicitur autem sublimus, a, um: et sublimis. Sicut inermis, et inermis: imbecillus, et imbecillus, &c.

344 *Non tam sollicito, &c.*] His 3. vs. confirmat non solum fieri non posse motum localem in mundo, nisi detur inane: sed ne quidem motum ad generationem, ut aiunt; neque enim res de novo creari posset, nisi locus daretur quem nata et creata occuparet. Quomodo autem daretur locus corpore vacuus, nisi esset inane?



Præterea, quamvis solidæ res esse putentur,  
 Hinc tamen esse licet raro cum corpore cernas.  
 In saxis, ac speluncis, permanat aquarum  
 Liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis : 350  
 Dissupat in corpus sese cibus omne animantum :  
 Crescunt arbusta, et fetus in tempore fundunt :  
 Quod cibus in totas, usque ab radicibus imis,  
 Per truncos ac per ramos diffunditur omneis :  
 Inter sæpta meant voces, et clusa domorum 355  
 Transvolitant : rigidum permanat frigus ad ossa.  
 Quod, nisi inania sint, qua possent corpora quæque  
 Transire, haud ulla fieri ratione videres.

*Deinde, etsi res videantur plenæ ac totæ corporeæ, nihilominus necesse est ut videas illas constare corpore mixto inani : v. g. fluidus liquor aquarum penitus intrat in rupes, et in cavernas saxneas, et hæc omnia fundunt plurimas guttas aquæ: alimentum totum diffundit sese in corpus animalium; arbores augentur, et emittunt fructus in tempore, scilicet ex eo, quod alimentum distribuitur per truncos et per singulos ramos ab infimis radicibus intus usque illas totas: voces intrant loca clausa, et transvolant domos oclusas: frigus acre penetrat usque ad ossa. Quod tamen nullo modo videres evenire, nisi loca vacua essent in rebus, per quæ singula corpora possent pervadere et permeare.*

*quiessent* Mus. B. 2. *fuisse* Gassend.—348 *Ninc* Ferr. *esse liceret* Voss. vet. et L. B. *celiceret* Gottorp. fr. *esse liquet* Gryph. Nard. *forte elicer* Voss. marg. *cernes* Bodl. *cum corpore*; *cernas* Hav. in Not. ex Bas.—349 *En saxis* Heins. 2.—350 *fluent* V. ed. Th. Ra. *fluunt* Creech. Bodl. *flent* Voss. vet. et L. B. *finiunt* Bodl. Cr.—351 *Dissupat* Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *Discipat* Mus. B. 2. *se se* Ferr. V. ed. Th. Ra.—353 *ab totos* Gryph. Nard. *tota usque vel ab.* Gif. *in totos* Mar. *a radicibus* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald.—354 *truncos* Mus. B. 2. *et per* Bodl.—355 *meat* Mus. B. 2.—356 *Transvolant* Mus. B. 2.—357 *sint deest* Ferr. V. ed. Th. Ra. *qua*

## NOTÆ

347 *Præterea, quamvis solidæ, &c.*] His 12. vss. proponitur II. argumentum, quo contendit dari inane in rerum natura. Deducitur autem ab exemplis rerum, in quibus inane reperitur necesse est; I. a saxis, quæ guttas aquarum fundunt ac distillant in cavernis: II. a viventibus, in quibus introgreditur alimentum: III. a parietibus, quos voces penetrant ac transvolant: IV. ab ossibus, ad quæ frigus permanat. Quæ omnia fieri sine inani non possunt.

348 *Hinc*] Ex rebus, quæ jam in exemplum afferuntur.

*Raro corpore*] Non solido, et omnino pleno, sed in quo sit intermixtum inane.

351 *Dissupat*] Antiquè pro *dissipat*, hoc est, distribuit. Sic vs. 652.

353 *In totas, usque*] Supp. arbores. Licet enim supra non *arbores*, sed *arbusta* posnerit: tamen sic sæpe variat genera, ut jam sæpe monui. Sic IV. 116. subdit 'harum rerum,' cum antea dixerit 'animalia.'

355 *Sæpta*] Septum locus est omnis clausus ac vallatus.

*Clusa domorum*] Clausas domos: hellenismus, vss. 316. 311. &c.

Denique, quur alias aliis præstare videmus

Pondere res rebus, nihilo majore figura ? 360

Nam, si tantumdem est in lanæ glomere, quantum

Corporis in plumbo est, tantumdem pendere par est :

Corporis obficium est quoniam premere omnia deorsum :

Contra autem natura manet sine pondere inanis.

Ergo, quod magnum est æque, leviusque videtur, 365

Nimirum plus esse sibi declarat inanis ;

Ut contra gravius plus in se corporis esse

Dedicat, et multo vacuum minus intus habere.

*Postremo quare cernimus res alias habere majus pondus, quam alias, etiamsi non constent majori forma? Etenim si tantum corporis v. g. continetur in flocco lanæ, quantum est in plumbo, æquum est ut tantumdem ponderis habeat; cum manus naturale corporis hoc sit, ut deprimat infra: ex adverso vero natura vacui est absque gravitate. Igitur quicquid æqualiter est extensum, et tamen apparet minus grave, illud scilicet indicat plus vacui inesse sibi. Contra vero quicquid est ponderosius, illud manifestat plus corporis contineri in se, et longe minus inanis continere*

~~~~~

deest V. ed. Th. Ra. *quæ possent* Delph.—358 *Aut nulla* Mus. B. 2. *qua irent rationes* Voss. marg. *videres vel valerent* Voss. marg. 2. 3.—359 *violemus pro videmus* V. ed. Th. Ra.—361 *tantumdem* V. ed. Th. Ra. *tantumdest* Ald. *tantumdem* 'st Bip. *lanæ* Ferr. *in lanæ est glomere* Mus. B. 2.—362 *Corporum* Mus. B. 2. V. ed. Ferr. Th. Ra. *pondere* Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Ferr. Ald. Mus. B. 2. *pars* Mus. B. 2.—363 *Corporum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. *est* deest Delph. *premere* V. ed. Th. Ra. 364. *inani* Mus. B. 2. h. vs. postponitur vs. 365. Nard.—367 *Aut contra* Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *At vulg. corporum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Mus. B. 1. *in esse* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Gryph. marg. Gif. Nard. Bodl. Mus. B. 1. *gravis* Mus. B. 2.—368 *Indicat* Gryph. V. marg. 1. *Deliquat* Delph. Lamb. Edd. Hav. in Not. *vacui* Hav. Delph. *vacuum* Voss. vet. *nimis intus*

NOTÆ

359 *Denique, quur alias, &c.*] His 12. vs. continetur III. argumentum quo concluditur in rebus esse inane. Deducitur autem ex rerum pondere. Neque enim explicari potest, cur e duobus corporibus ejusdem figuræ ac magnitudinis alterum plus ponderis habeat, alterum minus, nisi quod in illo plus insit corporis, minus vero vacui: in hoc vero minus corporis, plus autem vacui. Quod quidem in lana et plumbo contingit. Igitur est inane in rebus.

360 *Nihilo*] Non; etiamsi non. Plant.

361 *Glomere*] Prima est longa, etiamsi in verbo *glomerare* corripitur,

III. 542. et Virg. Geor. II. 311.

362 *Corporis*] Aliis *Corporum*. Idem. Sic vs. 337.

363 *Premere . . . deorsum*] Propter gravitatem ac pondus. Sic recte Empiricus adv. Phys. ait, 'intelligi corpus ex congerie figuræ, magnitudinis, resistentiæ, et gravitatis.'

368 *Dedicat* [*Deliquat*] Antiquum verbum; id est, declarat, aperit. Sic vs. 423. 'Corpus enim per se communis deliquat esse Sensus, &c.' Sic III. 209. Quanquam Pareus legendum esse ait *dedicat*, id est, affirmat. Alii *indicat*.

Est igitur nimirum id, quod ratione sagaci
Quærimus, admixtum rebus; quod inane vocamus. 370

Illud, in hiis rebus ne te deducere vero
Possit, quod quædam fingunt, præcurrere cogor.
Cedere squamigeris latices nitentibus aiunt,
Et liquidas aperire vias, quia post loca pisces
Linqnant, quo possint cedentes confluere undæ: 375

Sic alias quoque res inter se posse moveri,
Et mutare locum, quamvis sint omnia plena.
Scilicet id falsa totum ratione receptum est.
Nam, quo squamigeri poterunt procedere tandem,
Ni spatium dederint latices? Concedere porro 380

in seipso. *Scilicet ergo illud, quod appellamus inane, et quod mente solerti inquirimus, interceptum est rebus ipsis: at vero necesse est mihi, ut prævertam illud quod nonnulli comminiscuntur, ne valeat dinorere te a veritate.* Nimirum dicunt aquas cedere piscibus squamigeris, et facere illis iter fluidum; cum pisces relinquunt loca pone se, in quæ aquæ cedentes queant concurrere. Similiter volunt etiam alias res posse motum habere inter se, et migrare e loco in locum, etiamsi cuncta sint solida et referta. Nimirum hoc omne admissum est ex falso argumento. Etenim quem in locum pisces poterunt tandem secedere, si aquæ non præbuerint



Creech.—369 Deest id Nard.—370 Pro inane Bodl. leg. mare.—371 nec Bodl. vere Bodl. V. ed. Ferr. Th. Ra. a vero V. marg. 1.—372 figunt Gottorp. fr. fugiunt Ferr. percurrere Cant. Heins. 2. procurrere Voss. vet.—373 natentibus V. ed. intentibus V. marg. 1. conatibus V. marg. 2. natantibus Th. Ra.—375 Linqnant Gottorp. fr. cedentes Ferr. qua possint V. marg. 1.—376 r. iter s. Gottorp. fr.—377 sunt Ferr. Heins. 1. Mus. B. 3.—379 Squamigeri Ferr.—381 Que

NOTE

370 *Admixtum*] Sic loquitur vss. 383. 656. Et v. 365.

371 *Illud, in hiis rebus, &c.*] His 14. vss. occupatio est, cui respondet Lucretius. Sic enim Aristot. Phys. iv. 7. Cic. Acad. iv. et Seneca Nat. Q. ii. 7. objiciunt, non opus esse vacui ad hoc, ut corpora moveantur. Namque corpus adveniienti corpori officiose cedit. Sic v. g. aqua cedit piscibus procedentibus, atque illorum locum priorem subit. Respondet autem Lucretius pisces in aqua sibi viam aperire, locumque post se linquere non posse; quia non possunt procedere pisces, nisi aquæ cedant locum: cedere autem locum aquæ non possunt, nisi alius pateat locus vacuus,

quo se recipiant. Revera tamen in aqua moventur pisces, quia in rebus intermixtum est inane, quod principium movendi rebus præbeat. Secus enim nulla res moveri posset.

Deducere vero] Dimovere a vera ratione, a veritate rei.

372 *Præcurrere*] Præoccupare, prævertere.

373 *Squamigeris*] Piscibus. Sic vs. 379.

Latices] Aquæ. Fest. 'Latex a lapsu profluens aqua dicitur.' Sic vs. 380.

Nitentibus] Procedere conantibus.

377 *Plena*] Solida, non intermixta inani.

379 *Nam, quo squamigeri, &c.*] Sic

Quo poterunt undæ, quom pisces ire nequibunt ?
 Aut igitur motu privandum est corpora quæque,
 Aut esse admixtum dicendum est rebus inane ;
 Unde initum primum capiat res quæque movendi.

Postremo, duo de concurso corpora lata 385
 Si cita dissiliant, nempe aër omne, necesse est,

locum? Quem vero in locum aquæ poterunt secedere, quoniam pisces procedere non poterunt? Ergo vel oportet ut cuncta corpora careant motione; vel dicendum est inesse rebus vacuum intermixtum, ex quo scilicet cunctæ res habeant principium motionis. Denique, si duo corpora lata et plana subito dimoveantur de sua con-

poterant Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Qui poterunt Gif. marg. Ald. quo pisces Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Heins. 1. P. Bodl.—382 corpore Bodl.—383 admixtum Ferr. admistum Ald. Bip. in rebus Delph.—384 initium Ferr. V. ed. Th. Ra. Bip. et edd. omn. in not. tamen P. leg. initum, et V. marg. 1. initu.—385 Principio Mus. B. 2. concurso sic P. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Gif. Heins. Voss. marg. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. et probat Bentleins: reliqui concursu. Postremo de concurso duo Bodl. Pro corpora lata Heins. 1. leg. tempora lata V. marg. 1. corpora late.—386 Sic ita Bodl. Mus. B. 2. Voss. vet. et L. B. V. ed. Th. Ra. Si cito Delph. Gassendus. omnia Mus. B. 2.—

NOTÆ

argumentatus est sup. vs. 336. not. ubi dari processum in infinitum recte arguit.

382 *Privandum est*] Hellenismus. Id est, privare oportet. vs. 112.

384 *Unde initum, &c.*] Initum, vel initium, vs. 13. Hoc autem versu tandem docet ex inani rebus intermixto recte duci principium motus. Quod quidem hoc exemplo potest non inepte explicari. In acervo tritici certa quædam spatiola, ut ita dicam, intercipiuntur, quæ locum movendi præbent granis tritici. Sic in aqua v. g. quædam sunt inania, quæ compressa locum procedendi præbeant piscibus. Simile contingere necesse est ceteris rebus corporeis.

385 *Postremo, duo de concurso, &c.*] His 7. vss. exemplo confirmat esse vacuum. Sint igitur duo corpora plana et lata, quæ concurrant ac sibi obviant; motuque citissimo dissiliant atque a se invicem revellantur, sane medium illud spatium inter ea inter-

septum, ubi primum dissiluerunt, necesse est ut vacuum sit ac inane; neque enim repleti potnit nisi ab aère; non potuit autem repleti uno et eodem temporis spatio cum partes exteriores prius repleti debuerint; deinde proximæ, tum sequentes, et tandem mediæ. Igitur saltem medium illud spatium vacuum fuit aliquo momento, donec, extremis undique repletis, ipsum tandem repletum fuerit ab ipso aère. Contra hanc rationem varia vulgo afferuntur experimenta, quibus naturam ab inani abhorreere probetur; puta illa de clepsydris, siphialis, cyathis, doliis, lucernis, siphonibus, fistulis, bombardis, cucurbitulis, follibus, &c. Verum hæc omnia quamvis probant naturam abhorreere ab inani magno: non tamen evincunt illam abhorreere ab inanibus spatiolis, quæ visum fugiunt, et sine quibus res esse nequeunt.

De concurso] De commissura, de conjunctione.

Inter corpora quod fiat, possidat inane.

Is porro quamvis, circum celerantibus auris,

Confluat, haud poterit tamen uno tempore totum

Conpleri spatium: nam primum quemque necesse est 390

Occupet ille locum, deinde omnia possideantur.

Quod, si forte aliquis, quom corpora dissiluire,

Tum putat id fieri, quia se condenseat aër,

Errat: nam vacuum tum fit, quod non fuit ante;

Et repletur item, vacuum quod constitit ante; 395

Nec tali ratione potest denserier aër:

Junctione, sane oportet ut aër occupet totum vacuum, quod fit inter illa duo corpora. Ille autem aër etiamsi concurrat flatibus circum celeriter impellentibus, non poterit tamen replere omnem illum locum in uno et eodem tempore. Nanque oportet ut ille aër compleat primum quodque spatium; postea oportet ut cetera spatia occupentur. At vero, si quis fortasse credit tunc temporis id fieri, quia aër denset seipsum, simul ac illa corpora a se invicem separata fuerunt, is fallitur; etenim in eo tempore fit vacuus locus qui non erat antea: et similiter inane, quod fuit antea, completur. Neque aër potest eo modo condensari: neque, ut puto, ipse

//////////

387 fiat sic P. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. Ald. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Cout. flat Gottorp. fr. V. ed. Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Gif. marg. fuit V. marg. fuvat Bip. stabit quidam codd. Pii. possideat Mus. B. 1. 2. inane V. ed. Th. Ra.—388 celebrantibus Mus. B. 3. celciantibus Bodl. densantibus P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg.—389 aut poterit Mus. B. 2. ut sæpissime alias.—390 Complete Gif. Par. Delph. Bip. Compleri vulg. nam primum Voss. marg. quisque Ferr. V. ed. Th. Ra. Gottorp. fr. Voss. marg. 1. 2. 3. Bodl. Voss. vet. et L. B.—391 possideantur sic P. Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. possidantur Hav.—392 dissolvere Mus. B. 2. V. marg. 1.—393 qua se Bodl. condensat Mus. B. 2. ceter pro aër V. marg. 1.—394 quo non f. Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 3. Cant. fit pro fuit

NOTÆ

387 Fiat] Fit, efficitur. Alii fuvat, quasi fuerat.

Possidat] Antiquè dictum est 'posido, is,' pro 'posideo.'

388 Celerantibus auris] Flatibus ipsi quantumvis celeriter urgentibus, et intrudentibus aërem.

390 Primum quemque] Exteriorem spatii partem; extrema loca.

391 Omnia] Sup. 'loca:' id est, totum illud medium spatium.

392 Quod, si forte aliquis, &c.] His 8. vss. objectionem præoccupat. Si quis enim, inquit, putat tunc aërem condensari, cum illa duo corpora dissiliunt, ac separantur, is sane falli-

tur. i. Cum illa duo corpora separantur, fit vacuum, quod non erat ante; et contra, quod erat inane, fit plenum. Igitur non potest aër condensari per illam separationem. ii. Etiamsi posset aër condensari, ac partes suas in unum contrahere; tamen id non potest sine vacuo, in quod scilicet partes suas comprimat. Si enim non esset vacuum in aëre, aër totum esset corpus, plenum ac solidum. Ergo aliud corpus in se admittere non posset.

393 Condenseat] Dicitur 'condensco, es:' et 'condenso, as.'

Nec, si jam posset, sine inani posset, opinor,
 Ipse in se trahere, et parteis conducere in unum.
 Quapropter, quamvis caussando multa moreris,
 Esse in rebus inane tamen fateare necesse est. 400

Multaque præterea tibi possunt commemorando
 Argumenta fidem dictis conradere nostris :
 Verum animo satis hæc vestigia parva sagaci
 Sunt, per quæ possis cognoscere cætera tute.
 Namque, canes ut montivagæ persæpe ferai 405
 Naribus inveniunt, injectis frunde, quietes,
 Quom semel institerunt vestigia certa viai ;
 Sic alid ex alio per te tute ipse videre

posset se in seipsum contrahere, et partes suas simul colligere absque vacuo, si modo posset id facere. Itaque etiamsi rem in longum ducas afferendo multas rationes in contrarium; tamen oportet ut confitearis esse in rebus vacuum. Et præter hæc omnia possum conciliare fidem nostris verbis proferendo tibi plures adhuc rationes: sed hæc minima indicia sufficiunt menti perspicaci, per quæ tu ipse queas nosse cætera. Namque sicut canes sæpe reperiunt odoratu cubilia feræ vagantis per montes abdita sub frondibus, ubi semel ingressi sunt certa vestigia viæ: ita tu ipse poteris

Mus. B. 2.—395 *constit* Ferr.—396 *rotione* Ferr. *densarier* Ferr. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Mus. B. 1. 2. Gryph. Delph. *condensier* Gottorp. fr. Mus. B. 3. *condensarier* V. ed. *condensier* Voss. vet. et L. B.—397 *nam posset* V. ed. Th. Ra. Vind. *nam possent* Mus. B. 2.—398 *Se ipse* Bip. Hav. Delph. *Sese* Mus. B. 2. *in aurum* V. ed.—400 *Esse rebus* P.—401 *possunt* sic Mus. B. 1. Heins. alii *possum. possum commemorando* et superscript. di Voss. L. B. *commemorandi* Mus. B. 2. 3. *commemoranda* Heins. 2.—402 *Argumenta quidem* P. Mus. B. 2. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. *contradere* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Gryph. Nard. Cont. V. marg. 1. *contrudere* Vind.—403 *prima sagaci* Bodl. Cr.—404 *cognoscera* superscript. *cognoscere* Voss. vet. quidam legunt *tupte* pro *tuopte* P. *tute* Nard. deest *cætera* Cant. *cetera* Bip.—405 *Namque* Ald. *cares* V. ed. Th. Ra. *noctivagæ* Bodl. Mus. B. 2. *montivagi* Vind. *ferari* pro *ferai* Bodl. *ferare* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. corr.—406 *intectas* vulg. *in tectis* V. ed. *intectis* Bodl. *fronde* Ferr. V.

NOTÆ

398 *Ipse in se trahere, &c.*] Sic III. 535. I. e. contrahere, comprimere, colligere, densari.

399 *Caussando multa, &c.*] Multas causas afferendo: prætexendo causas. Sic Virg. Ecl. ix. 56.

401 *Multaque præterea, &c.*] His 10. vss. concludit poëta satis hactenus de inani disputatum esse; quanquam possit adhuc bene multa argumenta commemorare, quibus inane rebus asserat: sed iis supersædet; quippe

quia ex jam dictis cætera facile possunt percipi; remque explicat præclara comparatione ducta a canibus venaticis, qui, cum semel feræ vestigiis institerunt, eam medias etiam inter sylvas ac frondes latitantem inveniunt.

402 *Conradere*] Corradere. Sic VI. 303. 443. h. e. 'conciliare,' 'comparare.' Alii *contradere*, quasi 'efficere,' 'præstare.'

Talibus in rebus poteris, cæcasque latebras
 Insinuare omneis, et verum protrahere inde. 410
 Quod, si pigraris, paullumve recesseris abs re,
 Hoc tibi de plano possum promittere, Memmi;
 Usque adeo largos haustus de fontibus amnis
 Lingua meo suavis diti de pectore fundet,
 Ut verear, ne tarda prius per membra senectus 415
 Serpat, et in nobis vitæ claustra resolvat,
 Quam tibi de qua vis una re versibus omnis
 Argumentorum sit copia missa per aureis.

ex te ipso in talibus rebus cognoscere rem unam ex alia et penetrare cunctas latebras, et ex his deducere veritatem. At vero si piger non fueris, nec aliquatenus removeris te ab rei veritate, possum polliceri tibi, o Memmi, hanc rem manifesto et liquido; quippe dulcis lingua mea profundet tibi de pectore meo facundo tam copiosos latitantes haustos e fontibus magnis, ut metuum ne pigra senecta obrepal per artus nostros, et rumpat in nobis arcta vincula vitæ, antequam omnis copiosa summa rationum de qualibet re pervenerit tibi ad aures meis carminibus. Verum jam nunc resumam

//////////

ed. Th. Ra.—407 *Cum* Ferr. Ald. Bip. *Quæ* Th. Ra. V. ed. *institerint* Gryph. Delph. Nard. V. marg. 1. Bodl. *prima viai* Bodl. Cr. Barth.—408 *Sic aliud per ex alio per te tute* Bodl. *alid* Gottorp. fr. Voss. vet. *aliud* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 2. 3. quorum postremus omittit *te*.—409 *poteras* Bodl.—411 *Quod nisi* Gif. Par. Delph. Cout. P. Th. Ra. Ald. *pugnavis* Ferr. *parum pro paullum* Mus. B. 1. *ut pro re* Vind. *recesseris* Gottorp. fr. P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. O. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. *ceteri abscesseris*, nisi quod Mus. B. *recesserit*, *reabscesseris* Voss. vet. *ab re* vulg. *te* O. Mus. B. 2. 3.—412 *Hic* V. ed. Th. Ra. Bodl. *deptano* V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 3. Cant. *demptano* Mus. B. 1. *dempto* Mus. B. 2. quorum cod. ult. interpolat *quoque post hoc. permittere* Gottorp. fr.—413 *haustus* Ferr. *haustis* Bodl. *haustos* Lamb. *e fontibus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gottorp. fr. P. Vind. Mus. B. 1. 2. 3. Hav. *fontibus magnis* Gottorp. fr. Voss. vet. Delph.—414 *meos aiavis* Voss. vet. *dicti de pectore* Mus. B. 2.—416 *resolvit* Bodl.—

NOTÆ

408 *Alid* [*Aliud*] Dissyllabum, vs. 261.

409 *Cæcas*] Obscuras, retrusas, abditas.

411 *Quod, si pigraris, &c.*] His 9. vs. Lucretius, etsi ratus viam satis amplam novis rationibus apernisse, Memmio pollicetur, si tamen singulas præ segnitie prosequi recuset, de plano, hoc est liquido, multa sine opera, aut cura, se de rebus cunctis disputaturum; idque adeo facile præstiturum propter rerum copiam,

quas ex viris doctissimis hausit, ut vereatur ne prius ipse conficiatur senio ac moriatur, quam, quæ de plano promittit, ea cuncta audierit aut intellexerit Memmius.

Pigraris] *Pigraveris*; i. e. tardior fueris, aut sequior. Accius, 'melius pigrasse quam properasse est nefas.'

412 *De plano*] Liquido, clare, aperte, non multo labore.

413 *Fontibus* [*Fontibu'*] Litera *s* elisa, ut syllaba corripatur, *profontibus*. Sic vs. 451. *ignibu'* pro *ignibus*.

Sed nunc, ut repetam cœptum pertexere dictis.

Omnis, ut est, igitur, per se, natura duabus 420

Constitit in rebus: nam corpora sunt, et inane;

Hæc in quo sita sunt, et qua divorsa moventur.

Corpus enim per se communis dedicat esse

Sensus: quoi nisi prima fides fundata valebit,

Haud erit, obcultis de rebus quo referentes 425

Confirmare animos quidquam ratione queamus.

Tum porro locus, ac spatium, quod inane vocamus,

Si nullum foret, haudquaquam sita corpora possent

perficere verbis ea, quæ orsus sum. Itaque tota natura, sicut secundum se totam consideratur, continetur duabus rebus; quæ nempe sunt corpora et vacuum; in quo vacuo hæc corpora continentur, et per quod variis modis meant. Namque sensus communis declarat ex se ipso corpus existere; in quo sensu communi si prima fides innixa non stabit, nihil erit aliud, cujus fidei credentes possimus aliqua ratione mentis probare aliquid de rebus obscuris. Deinde etiamsi nullus esset locus nec spatium, quod appellamus vacuum, nullibi sane corpora possent esse posita, nec



418 *Argumentorum sic copia* Bodl.—419 *jam repetam* Ald. Bip. Hav. Delph. *prætexere* Vind. Mus. B. 1. *cœptum* Ferr.—420 *est ut* Voss. vet.—421 *Constitit in*: hanc lectionem præbent Gottorp. fr. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. et Mus. B. 2. etiam agnoscit in. Alii *consistit. sint pro sunt* Bodl.—422 *Hoc V. ed. quo diversa V. marg. 1.—423 communes* Ferr. V. ed. Th. Ra. P. Bodl. O. Mus. B. 2. *deliquat esse* Lamb. Bip. Delph. *deducat V. ed. indicat V. marg. 1.—424 cui nisi* Ferr. V. ed. Th. Ra. Gryph. Nard. Gottorp. fr. P. Voss. vet. et L. B. *quo nisi* Hav. Bip. Delph. et al.—425 *se ferentes* Voss. vet.—426 *animos sic* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. *reliqui animi. quoquam* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *quaquam* Mus. B. 1. V. marg. 1.—427 *Tum* superscrib. *Tunc* in Voss. vet.—428 *haud quaquam* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 3. *usquam* vulg. *quiquam* Th. Ra. *quicquam* Mus. B. 2. *cita* P. in not. *scita* Mus. B. 2. *sita* deest Ald. *posset* Bodl.—429

NOTÆ

419 *Pertexere*] *Perficere*, metaphora sumpta a textoribus, qui primum telam ordiuntur, orsam deinde texunt.

420 *Omnis, ut est, igitur, &c.*] His 11. vs. interruptum orationis cursu repetit; statuitque duo hæc esse solum in rerum Natura, corpus, et inane. 1. Corpus quidem asserit sensus communis; cui prima fides non est deroganda. Loquitur ex Epicuri doctrina, qui docuit sensus non falli, cum neque patiantur, aut iudicium ferant: sed res tantum, ut accipiunt, nude red-

dant ac referant: vs. 694. 700. et iv. 479. ubi de his fusiis. 11. Inane vero esse probat ex dictis a vs. 335. ad vs. 400.

422 *Hæc in quo*] Id est, in quo vacuo hæc corpora sint, moveantur, ac gerantur.

Dicorsa] Quasi diversimode. Sic vs. 429.

424 *Quoi nisi, &c.*] Sic vs. 700. 'Quo referemus enim? Quid nobis certius ipsis Sensibus esse potest? qui vera ac falsa notemus?'

Esse, neque omnino quoquam divorsa meare :
 Id, quod jam supra tibi paullo obtendimus ante. 430
 Præterea, nihil est, quod possis dicere ab omni
 Corpore sejunctum, secretumque esse ab inani ;
 Quod quasi tertia sit numero natura reperta.
 Nam, quodquomque erit, esse aliquid debebit id ipsum ;
 Augmine vel grandi, vel parvo denique, dum sit; 435
 Quoi si tactus erit quam vis levís, exiguusque,
 Corporis augebit numerum, summamque sequetur :
 Sin intactile erit, nulla de parte quod ullam
 Rem prohibere queat per se transire meantem ;
 Scilicet hocce' id erit vacuum, quod inane vocamus. 440
 Præterea, per se quodquomque erit, aut faciet quid,
 Aut aliis fungi debebit agentibus ipsum,

usquam prorsus possent moveri variis modis ; quod tamen jam paulo antea demonstravimus tibi. Adde quod nihil sit aliud, quod queas dicere esse separatum et alienum ab omni corpore et vacuo, quod scilicet inveniatur veluti tertia numero natura. Etenim quidquid illud erit, si modo sit, illud ipsum debebit esse aliquid constans vel ingenti vel exiguo denum augmento : quod si habeat tactum quantumvis exilem et parvum, sane multiplicabit numerum corporum, ac sortietur naturam illorum : contra vero si non habeat tactum, eo quod ex nulla sui parte possit impedire rem ullam, quin per ipsum transmeet, ac vadat, nimirum id ipsum erit, quod appellamus inane vacuum. Ceterum, id omne, quod existet per seipsum, vel aget aliquid, vel debebit pati alia, quæ agant in ipsum ; esse tale erit, ut res

quoquam Gottorp. fr. Vind. V. ed. Ferr. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *quaquam* vulg. Pro *neque* Mus. B. habet *nec*.—430 Pro *quod* Mus. B. 2. habet *aliquid*. *supera* vulg. *superat* Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *ostendimus* vulg. *ostendim* V. ed.—431 *poscis* Gottorp. fr. *possit dicier* Gif. *dicier* vel *dici possit* Sns. M. Ant. Muret.—432 *se junctum* V. ed. Th. Ra.—433 *Quo quasi* Ferr. V. ed. Heins. 1. Bodl. Cr. Bodl. Mus. B. 2. 3. *Quod quasi, &c.* delet Fab. *Quæ quasi* Cr. conj. *sit tertia* Mus. B. 2. *rerum natura* Vind. V. ed. Bodl. P. Mus. B. 1. 2. 3.—434 *quodcomque* Mus. B. 2. *esse aliud* P. Gryph. *esse quid* Heins. 1. *ad ipsum* V. ed.—435 *Agmine* Ferr. V. ed. Gryph.—436 *levus* Ferr.—437 *Corporis* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. *Corporeum* Heins. 2. Mar. P. in not. reliqui *Corporum*.—438 *Cum intactile* Bodl.—439 *transere* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sed in utroque corr.—440 *hocce' id* voces transpositas exhibet Mus. B. 2.—441

NOTÆ

430 *Supra* [*Supera*] Antique, pro *supra*.

431 *Præterea, nihil est, &c.*] His 10. vss. probat 1. præter corpus et inane, non esse tertiam naturam, quæ per se existat diversa ab his. Namque vel illa esset tactilis vel intactilis: si

tactilis, sane corpus esset: sin intactilis, esset inane. Namque, ut ait vs. 455. 'Tactus corporibus cunctis, intactus inani.' Igitur nulla est tertia natura ab his duabus rebus.

437 *Corporis* [*Corporum*] Littera *m* non cliditur. Sic alibi passim.

Aut erit, ut possunt in eo res esse, gerique :
 At facere, et fungi, sine corpore nulla potest res ;
 Nec præbere locum porro, nisi inane vacansque. 445
 Ergo præter inane, et corpora, tertia per se
 Nulla potest rerum in numero natura relinqui ;
 Nec, quæ sub sensus cadat ullo tempore nostros,
 Nec ratione animi quam quisquam possit apisci.
 Nam, quæquomque cluent, aut hiis conjuncta duabus 450

queant esse in ipso, et moveri. Atqui nulla res absque corpore potest agere aut pati ; aut etiam dare spatium, præter vacuum et inane. Igitur, præter vacuum et corpora, nulla tertia natura potest poni in numero rerum ; nec ulla esse potest, quæ unquam veniat sub sensus nostros ; nec quam quisquam queat assequi vi mentis. Quippe quæcumque res aliæ sunt præter hæc duo, vel reperies illa esse conjuncta his dua-

laud pro aut Ferr.—442 fingi Bodl. fundi O. Mus. B. 1. debet V. ed. Bodl.—443 possunt Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Ferr. reliqui possint.—444 Aut f. Bodl. Mus. B. 2. Aut facere et fieri V. marg. 1.—445 præbere Ferr. V. ed. Th. Ra. nec inane V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ald. Bip.—446 Hic vs. deest V. ed. Ergo pater Th. Ra.—447 reliqui Gottorp. fr.—448 cudet P.—449 panimi adipisci Bodl.—450 quæconque, ut fere semper in hac voce et cognatis, Mus. B. 2. cluent Voss. vet. duobus Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B.

NOTÆ

441 *Præterea, per se quodquomque, &c.*] His 9. vs. probat 11. tertiam non posse esse naturam per se, præter corpus et inane. Quidquid enim per se erit, illud vel aget, vel patietur, ut aiunt ; vel tale erit, ut in eo motus rerum fiat. Quid enim aliud excogitari potest ? Atqui nulla res potest agere aut pati sine corpore ; igitur corpus erit. Si vero motus in eo fiat, inane erit ; in quo solo et uno res possint moveri. Hic, dum memini, unum te monitum volo, lector, quod semper atque iterum Poëta motum localem inculcet ; scilicet quia nullam aliam fieri mutationem, præter motum localem, putabat ex Epicuri doctrina, qui voluit corpora prima materiæ ac rerum alterari non posse, sed tantum mutari ordine, positura, cœtu, &c. Sed de his omnibus atomorum affectionibus sigillatim et fusius disputabitur 11.

Per se] Per has voces notat Poëta

corpus et inane non esse accidentia, sed substantiam ; non entis entia, ut cum vulgo philosophorum loquar ; sed entia per se. Sic vs. 420. 446. dixit, 'Naturæ per se,' qualia sunt corpus et inane ; sed de his vs. 450.

442 *Fungi agentibus ipsum*] Vulgo, *pati*. Sic III. 735. 815. v. 359. &c. Epicurns igitur, testibus Laërt. et Plutarch. hoc esse discrimen corpus inter et inane docuit, quod corpus agere et pati valeat ; inane vero neque pati, neque agere ; sed præbere tantum liberum per se ipsum corporibus motum, ut jam monui vs. 330. et seqq. not.

443 *Gerique*] Agitari, Parens ; hoc est, moveri, administrari, agi. Lamb. *genique*, hoc est, generari. Verum non de generatione, sed de motu rerum per inane loquitur Poëta.

449 *Ratione animi*] Vi mentis, cogitatione, intelligentia. vs. 426.

Apisci] Assequi, comprehendere.

Rebus ea invenies, aut horum eventa videbis.

Conjunctum est id, quod numquam sine pernicali

Discidio potis est sejungi, seque gregari :

Pondus utei saxi est, calor ignis, liquor aquai,

Tactus corporibus cunctis, intactus inani.

455

Servitium contra, paupertas, divitiæque,

bus rebus: vel perspicies esse eventa harum. Conjunctum autem dicitur id, quod nunquam potest separari, et removeri a re, absque mortali dissolutione illius rei; veluti gravitas in lapidibus, calor in igne, humor in aqua, tactus in omnibus corporibus, intactus in vacuo. Contra vero servitus, libertas, opes, egestas, bellum,

sed in priore corr.—452 *nusquam* Voss. vet. et L. B. Cant. Voss. marg.—453 *Distigio* Cant. *gregari* Voss. vet. et L. B. sed in utroque a deleta est.—454 *Pandas* Ferr. *saxi* P. et nonnullæ al. edd. antiquiores; ut Mus. B. 1. quoque. nisi quod *s* derasa sit, reliqua omni. exempl. *saxis ignibus* vulg. *color* Mus. B. 2. *licor* Gottorp. fr. *liquorum* V. ed. Th. Ra. *aquarum* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *aque* Voss. L. B.—456 *paupertas* Gottorp. fr. P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. reliqui ut in vulg. edd. vocab. *paupertas* et *libertas* exhibent ordine transposito. *divicieque* Ferr. *divi*

NOTÆ

Sic lib. vi. vs. 1234. Sic Cicer. 1. de Orat. Plaut. et alii.

450 *Nam quæcunque, &c.*] Cum igitur multa observantur in rerum Natura, quæ neque corpus, neque inane esse videantur; his 10. vss. Poëta non negat quidem multa esse præter corpus et inane: sed ea non 'esse per se;' verum utriusque, corporis et inanis, esse conjuncta et eventa, hoc est, ut aiunt vulgo, proprium, et accidens. Ex Porphyrio in Isagog. Proprium dicitur id, quod rei adesse aut abesse non potest sine rei interitu: accidens contra, quod citra rei interitum adesse potest aut abesse. Sic Lucretius hic. Hæc autem conjuncta et eventa Lucretio non sunt naturæ per se; quippe, ut docet Aristot. Met. vii. 1. 'nullum ipsorum est a natura ita comparatum, ut per se sit, neque ut a substantia separari possit.' Scilicet sola substantia per se existit; corpus et inane Lucretio sunt *per se*. Namque inane Lucretio non est nihilum, aut non ens, ut aiunt: sed natura incorporea, et intactilis.

Cluent] I. e. sunt, nominantur: vs.

120.

His . . . duabus rebus] Corpori et inani.

452 *Conjunctum est, &c.*] His 4. vss. explicat quid sit 'conjunctum;' cujus rei exempla quinque proponit; 1. pondus in saxis; 2. calorem in igne; 3. liquorem in aqua; 4. tactum in corpore; 5. intactum in inani. Scilicet, sine pondere esse non potest saxum: sine calore ignis: sine liquore aqua: sine tactu corpus: sine intactu inane.

454 *Ignis [Ignibu']* Ignibus, litera *s* elisa: vs. 413. vel legendum *igni*.

455 *Tactus corporibus, &c.*] Sic vss. 242. 319. 436.

456 *Servitium contra, &c.*] His 4. vss. explicat quid sit 'eventum,' quod vulgo 'accidens' vocatur; cujus exempla sex hæc proponit; 1. servitutem; 2. libertatem; 3. divitias; 4. paupertatem; 5. bellum; 6. pacem. Scilicet potest esse homo sine his omnibus: potest et hæc omnia habere, nec desinere esse, hoc est, non interire.

Libertas, bellum, concordia, cætera, quorum

Adventu manet incolomis natura, abituque ;

Hæc solitei sumus, ut par est, eventa vócare.

Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis 460

Consequitur sensus, transactum quid sit in ævo ;

Tum, quæ res instet, quid porro deinde sequatur :

pax, et alia omnia, quorum accessu ac recessu res restat salva, hæc, inquam, consuevit appellare eventa, ut æquum est. Similiter tempus non existit per se ; sed ratio mentis cognoscit ex ipsis rebus quid sit antea factum in sæculis ; deinde, quæ res jam præsens fiat : postea quid etiam venturum sit. Neque confitendum esse

//////////

æque libertas Gottorp. fr.—457 *Libertas* repetitur in Voss. L. B.—458 *natura* deest Bodl. *habitu* Vind. Mus. B. 2. 3. Ferr.—459 *Hec* V. ed. Th. Ra.—460 *personæ pro per se* Gottorp. fr. *de rebus* Voss. L. B. sed corr.—461 *Consequitur*

NOTÆ

460 *Tempus item, &c.*] His 5. vss. alteram præoccupat objectionem. Cum enim tempus videatur esse aliquid in rerum Natura præter corpus et inane, respondet quoque non esse per se : neque conjunctum, aut eventum : sed præcipuum eventorum eventum, ut ait Epicurus apud Laër. x. Itaque docet tempus non re, ut aiunt, sed mente tantum existere ; h. e. tempus esse rationis ens, ut ita dicam. Unde ab Aristot. Met. vii. 1. definitur tempus, ‘ numerus, qui absque ratione numerante nullus est,’ h. e. non nisi mente existit. Idcirco autem dicitur eventorum eventum, seu accidens accidentium, quod consequatur ad dies, noctes, horas, passionem, vacuitatem ab ipsis, motiones, et quietem, ut loquitur Epicurus. Hæc enim omnia, ut ait Empiricus adv. Phys. ii. ‘ dies, nox, hora, passionem, passionum vacuitas, motus, et quietes, sunt accidentia, quibus advenit tempus ; siquidem dies et nox sunt accidentia aëris ambientis : et dies quidem accidit ex illuminatione solis ; nox vero ex privatione solaris illuminationis. Hora autem, cum seu diei, seu noctis pars sit, aëris rursus accidens est perinde ac dies et nox. At tempus coëxtenditur omni et diei et nocti et horæ ; hancque ob causam aliqua et dies et nox, vel brevis diei-

tur, dum ferimur cogitatione ad superveniens ea ratione tempus.. Passionem quoque et passionum vacuitas, seu indolentia, hoc est dolores vel voluptates nobis contingunt ; ideoque non substantiæ quæpiam ; sed eorum, quibus afficiuntur, nimirum cum delectationis aut molestiæ sensu, accidentia sunt. Porro et isthæ accidentia sine tempore non eveniunt... Præterea motus et quietes, ut jam declaravimus, corporum accidentia sunt ; neque illa sine tempore. Quocirca motus celeritatem tarditatemque tempore metimur : itemque quietem multam aut exiguam.’ Itaque cum tres vulgo sint temporis partes, præteritum, præsens, et futurum, has omnes ab rebus ipsis consequitur sensus, hoc est ratio mentis : nimirum ex rebus præteritis præteritum : ex præsentibus præsens ; ex futuris futurum tempus cognoscimus. Neque sine rerum motu aut quiete illud agnoscimus, cum sit aliquid fluens ; præteritum enim jam fluxit ; præsens fluit ; futurum nondum adfluxit. Ergo non est per se tempus. Hinc, ut ait Cicero de Inv. i. difficile est tempus defluere : et D. Augustinus Conf. ii. 14. ‘ Si nemo ex me quærat quid sit tempus, scio : si quærenti explicare velim, nescio.’

Nec per se quemquam tempus sentire fatendum est
Semotum ab rerum motu, placidaque quiete.

Denique, Tyndaridem raptam, belloque subactas 465
Troigenas genteis quom dicunt ESSE, videndum est,
Ne forte hæc per se cogant nos ESSE fateri ;
Quando ea secla hominum, quorum hæc eventa fuerunt,
Inrevocabilis abstulerit jam præterita ætas.
Namque aliud terris, aliud legionibus ipsis, 470
Eventum dici poterit, quodquomque erit actum.

aliquem, qui concipiunt tempus per se existere, se junctum a motu, et a tranquilla quiete rerum. Demum cum aliqui uiunt Tyndaridem fuisse abductam, et populos Trojanos fuisse domitos bello, cavendum est ne fortasse imponant nobis necessitatem confitendi has res existere per se, quoniam præteritum tempus, quod nunquam revertitur, abriperit jam illa genera hominum, quorum hæc res fuerunt accidentia. Etenim id omne, quod erit gestum, poterit appellari accidens, quod vel rebus, vel

//////////

quum Th. Ra. V. ed. *Consequitur tempus* Mus. B. 3. sed vulg. lect. in marg. *ævo* i. e. *ærum* Mus. B. 2. *ævo* Ferr.—462 *Cum* Mus. B. 2. *Tunc* Mus. B. 3. *inest* Cant. *pars deinde* Delph. *denique* Mus. B. 2.—463 *tempus quemquam* Vind. *tempus quicquam* Mus. B. 2.—464 *a rerum* Bodl.—465 *Tyndaridam* Mus. B. 2. *subactos* Bodl.—466 *Troigenas* V. ed. Th. Ra. *ut dicunt* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Vind. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Nard. Bas. *ducunt* Bodl.—467 *Ne contra* Gif. Bas. *Ne cuncta* Bas. marg. *cogitant pro cogant* Vos. vet. marg. Gryph. Nard. *forte fateri* Gif. marg. Gryph. Nard. Bas. *contra fateri* Heins. J. Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. *cuncta fateri* P. Ald. *Nec contra hoc cogant per se nos forte fateri* Bodl.—468 *Quando et Gif. Par. Delph. corum* Gottorp. fr. *quando hæc* Mus. B. 2. *fuerit* Voss. vet. *fuerit* vulg.—469 *Inrevocabilis* Ferr. V. ed.—470 *alid rebus* Gottorp. fr. *aliud rebus* Bip. Hav. vulg. *regionib.* vulg.—

NOTÆ

465 *Denique, Tyndaridem, &c.*] His 7. vss. alteram solvit instantiam de præterito tempore; atque res ante actas, v. g. Helenam raptam, aut Trojanos devictos, neque jam esse aut existere per se, sicut corpus aut inane existunt: sed esse tantum eventa rerum seu personarum, aut regionum: siquidem jam ætas præterita abstulerit illa hominum genera, quorum res illæ gestæ sunt eventa: unde sequitur tempus præteritum non esse aliquid per se, absolutum, ac independens a rebus aut regionibus; neque eventum proprie: sed eventorum eventum, ut ait Epicurus apud Laërt. x.

Tyndaridem] Helenam, Tyndari filiam; Tyndarus enim Ledam duxerat, quæ duo ova uno partu edidit; quorum ex altero, quod ex Jove concepisse fertur, exclusi sunt Pollux et Helena; ex altero, quod ex Tyndaro conceperat, Castor et Clytæmnestra. Helenam autem forma speciosam duxit in uxorem Menelaus Spartanorum rex: sibi rapuit Paris, filius Priami Trojanorum regis.

466 *Troigenas*] Trojanos, quasi in Troja genitos. Sic Graigenæ vs. 478.

468 *Secla hominum*] Genera, seu gentes hominum: vs. 21.

Eventa] Accidentia, vs. 450. Not.

Denique, materies si rerum nulla fuisset,
 Nec locus, ac spatium, res in quo quæque geruntur;
 Numquam, Tyndaridis formæ conflatus amore,
 Ignis, Alexandri Phrygio sub pectore gliscens, 475
 Clara adcendisset sævi certamina belli;
 Nec clam durateus Troianis Pergama partu
 Inflammasset equus nocturno Graiugenarum:
 Perspicere ut possis, res gestas funditus omneis
 Non ita, utei corpus, per se constare, neque esse: 480

locis ipsis evenit. Tandem si nulla materia prima rerum fuisset, neque locus ac spatium, in quo cunctæ res administrantur, nunquam profecto ignis excitatus ex amore pulchritudinis Tyndaridis, insinuans se sub cor Trojanum Alexandri, inflammasset pugnas notissimas belli crudelis: neque ligneus equus combussisset, Trojanis insciis, Pergama per nocturnum exitum Græcorum ex suo alvo. Hinc fit ut queus videre omnes omnino res factas non sic aut esse aut existere per se, ut corpus est

472 *materie* Th. Ra.—473 *genuntur* Lamb.—474 *forma* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B.—475 *phrygio* Ferr.—476 *accendisset* vulg. *accedisset* Gottorp. fr. *certamina* Voss. L. B. superscr. a.—477 *Nec tam* Mus. B. 2. *clam* deest Bodl. *durareus* Ferr. *dura reus* Mus. B. 2. *dura tenus* Mus. B. 3. *dira tegens* V. marg. 1. *dura tuens* V. marg. 2. *Trojui* Hav. *Trojanus* V. ed. Th. Ra.—478 *Inflammasset* Ferr. V. ed. Th. Ra. *equos* Gottorp. fr. Voss. vet. sed in posteriore sub o punctum est.—479 *Perspicere* Mus. B. 2. *possit* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3.—480 *Nec corpus per se constare neque esse* Gottorp. fr. *ita ut* Bodl. *ita*

NOTE

472 *Denique, materies, &c.*] His 12. vs. arguit III. ex rebus ante gestis tertiam per se naturam præter corpus et inane non esse: sed potius corpus et inane fuisse debere, ex quo et in quo res illæ antea factæ fuerint ac gestæ; et sine quibus, neque Paris ob Helenæ raptum, nec ligneus equus Trojanus ipsis Trojanis exitiâlem cladem peperissent. Concludit itaque tempus non uti corpus ac inane existere, sed corporis ac inanis eventum esse.

Materies rerum] Prima corpora, atomi, primordia rerum, &c.

473 *Locus, ac spatium*] Inane, vacuum, vs. 335. Not.

Geruntur] Administrantur, moventur. Lambinus *genuntur*, quasi gignuntur.

474 *Tyndaridis*] Helenæ, vs. 463. Not.

475 *Alexandri*] Paridis. Paris enim Priami ex Hecuba natus alio nomine dictus est Alexander.

Phrygio] Trojano. Phrygia enim regio minoris Asiæ fuit, in qua olim Troja.

477 *Durateus*] Ligneus, Græci quippe *δοῦρα* vocant, quæ Latini 'ligna.' Erat autem ligneus equus ille Trojanus, de quo Virg. *Æn.* II.

Troianis] Alii *Trojai*, pro *Trojæ*: idem sensus.

Pergama] Dicitur Pergamus, i, sing. et Pergama, orum, plur. I. e. Troja urbs; vel Trojanæ arces.

Partu nocturno] De nocte enim Græci exierunt ex alvo illius equi lignei, et Trojam incenderunt, vino et sono sopitis Trojanis. Virg. *Æn.* II.

478 *Graiugenarum*] Græcorum, vs. 466.

Nec ratione cluere eadem, qua constat inane:
Sed magis ut merito possis eventa vocare
Corporis, atque loci, res in quo quæque gerantur.

Corpora sunt porro partim primordia rerum,
Partim concilio quæ constant principiorum. 485
Sed, quæ sunt rerum primordia, nulla potest vis
Stringuere; nam solido vincunt ea corpore demum;
Et si difficile esse videtur credere quidquam

aut existit per se; *neque etiam eodem modo se habere, quo modo vacuum extat: verum ut potius queas appellare res gestas accidentia corporum, et loci, in quo cunctæ res administrantur. Ceterum corpora sunt ex parte principia rerum, et ex parte res ipsæ, quæ fiunt ex cætu primordiorum. Verum nulla violentia potest percutere ulla corpora, quæ sunt principia rerum; quoniam solido corpore superant*

~~~~~  
*utei* absunt a Voss. vet. *nec esse* Bip. Hav. et vulg.—481 *Neque r.* Voss. vet. et L. B. *luere* Gottorp. fr. Voss. vet. Mus. B. 2. 3. Ferr. *fluere* Voss. L. B. *duere* V. ed. *dure* Th. Ra. *quia pro qua Cant. constet* Bodl. Cant. Heins. 1. Ferr.—483 *Corporum* V. ed. Mus. B. 2. Hav. Delph. Ferr. Th. Ra. *geruntur* V. ed. Ferr. Th. Ra. *regantur* Gryph.—485 *consilio* Cant. V. marg. 1. *qua* Voss. L. B. Mus. B. 3. *que* V. ed. Th. Ra.—486 *sint* Bodl.—487 *Stringuere* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *reliqui stringere. non solido* Mus. B. 2. *evincunt* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. *domum* V. ed. Th. Ra. *damnum* Gryph.

## NOTÆ

481 *Cluere*] Haberi, esse, vs. 120.

*Eadem*] Dissyllabum, metri causa.

483 *Corporis* [*Corporum*] Non elisa litera m, vs. 436. Alii *Corporis*.

*Loc]* Inanis, vacui, vs. 330. not. et 335.

484 *Corpora sunt porro*] Statuto igitur duplici numero principiorum, corporum, et inanis, jam aggreditur Poëta utriusque naturam explicare; hisque 20. vss. asserit corpora prima, quæ atomi vulgo dicuntur, ita solida, plena, ac æterna esse, ut nulla vis ea distringere, deradere, aut lædere valeat. Quamvis id creditu difficile videtur, cum et filmen penetret septa domorum: et clamor transeat loca clausa: et ignis intus adurat ferrum, frangat saxa, liquefiat æs et aurum, frigusque permanet in argentum, &c. Nihilominus jam probaturus est in rebus corpora prima 'Esse ea, quæ solido atque æterno corpore constant.' Ceterum, ne quis in ratione

corporum fallatur, distingnit poëta duplex corporum genus, quæ vulgo vocant simplicia et composita. Hæc fiunt ex illis, tanquam ex primis principiis, dicunturque concreciones rerum; qualia sunt aurum, argentum, ferrum, lapis, arbor, homo, &c. Illa vero sunt prima rerum primordia, quas et atomos appellamus, et de quibus jam disputaturus rogat Memmium, ut ipsum attente audiat. Sic Epicurus apud Laërt. x. dixit 'omne corpus esse aut concretum, aut tale ex quo concretum fiat.'

485 *Concilio*] Concrecione, cætu, vs. 184.

486 *Nulla vis*] Neque exterior, neque interior. Quippe solida sunt corpora prima, quæ neque plaga percutiantur, qua fracta perimantur: neque inclusum habeant Iuane, quo partes illorum dissociantur. vs. 223.

487 *Stringuere* [*Stringere*] Vulnere, percutere, diverberare.

In rebus solido reperiri corpore posse :  
 Transit enim fulmen cœli per sæpta domorum, 490  
 Clamor ut, ac voces : ferrum candescit in igni ;  
 Dissiliuntque fere ferventi saxa vapore :  
 Conlabefactatus rigor auri solvitur æstu :  
 Tum glacies æris, flamma devicta, liquescit :  
 Permanat calor argentum, penetraleque frigus ; 495  
 Quando utrumque manu, retinentes pocula rite,

*omnino. Quoniam videtur esse difficile credere aliquid posse inveniri in rebus, quod constet solido corpore ; namque fulmen cœli penetrat ipsas clausas domos ; sicut sonitus, et voces ; ferrum ignescit in igne ; et lapides fervidi dissolcuntur acri calore : durities auri fracta calore dissolvitur : glacies etiam cupri domita igne liquescit ; calor et frigus penetrabile penetrant argentum, quoniam nos recte tenentes manu vasa, sentimus utrumque, calorem et frigus, injecto desuper liquore aquarum.*

//////////

marg. Bas.—488 *Etsi* Bip. Par. Delph. Gryph. Lamb. P. *ridentur* Voss. vet. *forsitan quicquam* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Heins. 1. Bas. *fors ita* Ald. P. *quicquam difficile videatur forsitan e.* Bodl.—490 *flumen* Gottorp. fr. Voss. vet. sed altera lect. man. rec. superscr.—491 *Clamor it ad voces* Gottorp. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. *ut it vocis* Gryph. Nard. Heins. 1. Bas. *ad voces* V. marg. 1. Vind. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. V. ed. *ad vocis* Heins. 2. *it ac voces* Bas. marg. P. in not. *igne* Hav. Delph. et vulg.—492 *fero* Ferr. Bip. Hav. *ferro* V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. *ferventi* Gottorp. fr. V. ed. Ferr. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. reliqui *ferventia. ferventum* Heins. 1.—493 *Tum labefactatus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. O. Mar. *Quin labefactatus* Gif. Gryph. Nard. Bas. *Cum labefactatus* V. marg. 1. Vind. Mus. B. 1. 2. Cant. *Labefactatus* Gottorp. fr. *riquo* Mus. B. 2.—494 *Cum* Voss. L. B. Mus. B. 1. V. marg. 1. *Aut* Bodl. *aeri flamma* P. O. Gryph. Nard. Mar. Bas. V. marg. 1. *acris f.* Vind. Bodl. Ferr. Ald.—495 *Calore* Bodl.—496 *utrinque* V. ed. *utramque* Bodl. *utraque* O. *utrunque* Ferr. *retinentis* Gottorp. fr. Mus. B. 2.

#### NOTE

489 *In rebus*] Vel in rebus ipsis concretis; vel in rerum natura. Utraque interpretatio potest bene probari.

490 *Fulmen*] Lapis est igneus e nubibus erumpens, vulgo telum, *le foudre*. Fulgur coruscatio est, *l'éclair*. Tonitru, sonitus, *le bruit du tonnerre*. De fulminis vi disputabitur VI. 224. et seqq.

*Sæpta domorum*] Hellenismus; septas domos, vs. 364. Sic lib. VI. 227. 859.

491 *Clamor ut, ac voces, &c.*] Sic lib. VI. 228. 'Clamor ut, ac voces, transit

per saxa, per æra, &c.'

492 *Ferventi* [*Ferventia*] Alii *ferventi*. Verum duo epitheta simul erunt.

493 *Conlabefactatus*] Collabefactatus, victus. Lambin. *Quia labefactatus*. Idem sensus.

*Rigor*] Durities, soliditas, glacies.

494 *Glacies*] Durities, soliditas, rigor.

495 *Penetrable*] Sic vs. 536. 'penetralem ignem.' II. 382. Virgilius dixit 'penetrabile frigus adurat,' Geor. I. 95.



Sensimus, infuso lympharum rore superne :  
 Usque adeo in rebus solidi nihil esse videtur.  
 Sed, quia vera tamen ratio, naturaque rerum,  
 Cogit, ades, paucis dum versibus expediamus, 500  
 Esse ea, quæ solido atque æterno corpore constant ;  
 Semina quæ rerum, primordiaque, esse docemus :  
 Unde omnis rerum nunc constet summa creata.  
 Principio, quoniam duplex natura duarum  
 Dissimilis rerum longe constare reperta est, 505  
 Corporis, atque loci, res in quo quæque geruntur ;

*Tantum videtur nihil solidi reperiri in rebus. Verumtamen, quoniam ipsa vera ratio, et natura rerum imponit nobis necessitatem fatendi contrarium, adsis nobis dum explicemus paucis carminibus ea existere quæ sint pleno et immortalis corpore ; quæ dicimus esse primam materiem et principia rerum, ex quibus jam tota Natura rerum concreta componatur. Primum, cum gemina natura duarum rerum inventa sit esse maxime dispar, nimirum corporum et inanis, in quo res cunctæ reguntur,*

—497 *linpharum* Ferr.—498 *solidum nil* Mus. B. 2.—499 *rara tamen* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Gryph. marg. Bas. marg.—500 *Cognita de* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Vind. P. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph. marg. Heins. 1. *Cognita de sed* Mus. B. 2. *Cognita de et* Bas. marg. *Cognita ades* Heins. 2. ex vett. codd. Pius rest. *expeditos* Bodl.—501 *Esse et* Ferr. V. ed. Th. Ra. P. Bodl. *Esse aq* : Voss. L. B. *aliquo sol. P. constet* Gottorp. fr. Mus. B. 3. Cant.—504 *dux n. duorum* Bodl.—505 *Dissimiles* Gif. Par. *præstare* Mus. B. 1. V. marg. 1.—506 *Corporum* Vind. Ferr. V. ed. Th. Ra. Gif. Par. Hav. *ginuntur*

## NOTE

497 *Sensimus, &c.*] Sic lib. vi. 948. *Lympharum rore*] Aqua, quæ modo calida, modo frigida infundatur ; scilicet, loquitur ex more Romanorum, qui hyeme vinum aqua calida, æstate vero aqua frigida in poculis temperabant.

499 *Naturaque rerum*] Suppl. ut jam est composita.

500 *Ades*] Supp. animo, i. e. attende. Cic. pro Milon. 'Adeste animis, iudices.'

501 *Solido*] Quia inanis expers.

*Æterno*] Quia solidum.

503 *Summa*] Natura rerum universa.

504 *Principio, quoniam, &c.*] Cum posuerit corpora prima solida esse ac æterna, his 8. vs. proponit 1. argumentum, quo solida esse probet, quia

simplicia, et non immixta. Illud autem deducit ex natura principiorum, quasi diceret : simplex et pura debet esse natura principiorum, quia prima sunt ; neque enim principia esse possent, nisi pura et simplicia. Atqui corpora prima sunt rerum principia, ex probatis abunde supra. Igitur corpora prima sunt pura et simplicia ; ergo et solida. Potuit aliter argumentari. Natura corporum et inanis est dissimilis. Inane enim illud est, quod caret corpore : corpus vero, quod caret inani. Igitur corpora prima careant inani necesse est, sintque simplicia, ac solida.

505 *Constare*] Esse. Cic. de Amicit. 'Quæ in rerum natura constant,' i. e. essent. Sic vs. 513. 516.

Esse utramque sibi per se, puramque, necesse est.  
 Nam, quaquomque vacat spatium, quod inane vocamus,  
 Corpus ea non est: qua porro quomque tenet se  
 Corpus, ea vacuum nequaquam constat inane. 510  
 Sunt igitur solida, ac sine inani, corpora prima.

Præterea, quoniam genitis in rebus inane est,  
 Materiem circum solidam constare necesse est:  
 Nec res ulla potest vera ratione probari  
 Corpore inane suo celare, atque intus habere, 515  
 Si non, quod cohibet, solidum constare relinquas.  
 Id porro nihil esse potest, nisi materiai  
 Concilium, quod inane queat tectum cohibere.  
 Materies igitur, solido quæ corpore constat,  
 Esse æterna potest, quom cætera dissoluantur. 520

*oportet ut utraque illa natura existat per se, et sit simplex. Etenim corpus non constat ex ea omni natura, qualicumque expers est vacuum, quod appellamus inane: vacans etiam inane minime fit ex ea natura, qualicumque corpus per se constat. Ergo sunt corpora prima solida, et absque vacuo. Deinde, cum vacuum insit in rebus creatis, oportet ut circa illud materia solidu reperiat: neque res ulla potest ullo argumento ostendi, quæ tegat celatim et contineat intrinsecus vacuum in suo corpore, nisi concedas illud, quod continet inane, esse solidum ac plenum. Illud autem nihil aliud esse potest præter cætum corporum primorum, qui vult continere vacuum rerum. Ergo materies, quæ fit ex solido corpore, potest esse immotilis; res autem*

~~~~~

Lamb.—508 quocumque vocat V. ed. Bodl. quocunque Th. Ra.—509 Corpus eo Th. Ra.—510 ut quaquam V. ed. ut quaque Th. Ra. constat Gottorp. fr.—512 genitus Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Cant. genitust Mus. B. 1. inanes Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. inane'st Mus. B. 1. inane sine est P.—513 Materiam Gif. Par. solide Gottorp. fr. est deest Bodl.—514 potes Bodl.—515 Pro celare, atque Mus. B. 2. leg. cedere nec.—516 solidam Bodl. re relinquas Voss. vet. sed sub re punctula sunt.—517 nec pro nisi Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 1.—518 quæat V. ed. Th. Ra. rerum cohibere Ferr. V. ed. Th. Ra. Bip. Hav.—519 constant Cant.—520 Essent V. ed. cætera pro æterna Mus. B. 2. dissou-

NOTÆ

506 *Corporis, atque loci*] Atomorum et inanis, vs. 420.

508 *Quaquomque*] Supp. uatura.

509 *Corpus*] Corpora materiæ, corpora prima. De his enim tantum disputatur, non de concretis rebus.

512 *Præterea, quoniam, &c.*] His 7. vs. argumentum II. continetur, quo probat corpora prima esse solida. Sic autem arguit: si res genitæ includunt inane, necesse est inesse solidam

materiam, quæ circumambiat illud ac cohibeat; alias enim nulla ratione potest probari inesse rebus inane, nisi solidum quid in iis admittatur, quo cohibeatur. Illud autem solidum, nihil aliud esse potest, præter ipsas atomos, hoc est, corpora prima.

517 *Materiai concilium*] Cætus atomorum.

518 *Tectum*] Sic Lambino, hoc est, celatum.

519 *Materies igitur, &c.*] His 2. vs.

Tum porro, si nihil esset, quod inane vacaret,
 Omne foret solidum : nisi, contra, corpora certa
 Essent, quæ loca complerent, quæquomque tenerent ;
 Omne, quod est, spatium, vacuum constaret inane.
 Alternis igitur nimirum corpus inani 525
 Distinctum ; quoniam nec plenum gnauiter exstat,
 Nec porro vacuum : sunt ergo corpora certa,
 Quæ spatium pleno possint distinguere inane.
 Hæc neque dissolvi plagis, extrinsecus icta,
 Possunt ; nec porro, penitus penetrata, retexi ; 530

aliæ intereunt. Jam vero si nihil foret, quod esset vacuum, universum esset plenum : sin autem essent quædam corpora, quæ replerent spatia illa omnia, quæ occuparent, illud totum quod est locus, esset inane vacans. Scilicet ergo alternatim corpus intermixtum est vacuo, cum nec totum sit omnino plenum, neque etiam omnino vacans. Igitur sunt quædam corpora, quæ queant intermiscere locum vacuum solido. Hæc autem corpora neque possunt exterioribus ictibus percuti ac disjici, neque etiam intrinsecus

antur Mus. B. 2. *dissolvantur* vulg.—521 *Si nihil vel nil esset* Gottorp. fr. P. et V. ed. nisi quod hæc est habeat ; sed reliqui omn. *siquidem nihil est : et pro vocaret* Voss. vet. et L. B. *vacaret.*—522 *nec contra* Ferr. Mus. B. 2. *nec concta* Bodl. V. ed. Th. Ra. *corporu cæca* P. Mus. B. 1. 2. 3. Ald. Bip. Hav.—523 *Esse* V. ed. Th. Ra. *quocumque* Heins. 1. P. in not. Gif.—524 *quod* V. ed. *spacium* Ferr.—525 *Alterius* Mus. B. 2. Th. Ra. V. marg. 1.—526 *Distinctu'st* Bip. *naniter* V. ed.—527 *corpora cæca* Ald. Bip. *tota* P. in not.—528 *plena* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *pæna* Vind. Bodl. Gottorp. fr. Heins. 1. *Quæ s. pæna p. d. inanis* Voss. marg. *penitus* Voss. L. B. sed a priore manu fuit *pæna. pænitus* Cont. *possunt* Bas. V. marg. 1. *inani* Voss. vet. et L. B. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. V. ed. Th. Ra.—529 *ictus* Bodl.

NOTÆ

concludit corpora prima esse quoque æterna, quæ altera propositionis pars fuit vs. 501. et 504. not. scilicet ex eo, quod sint solida. Quod tamen priusquam probet, nonnulla præmittit vss. seqq.

521 *Tum porro, &c.*] His 8. vss. priusquam ex soliditate corporum primorum æternitatem eorundem arguat et asserat, rursus distinguit corpus ab inani ; atque omne universum nec esse corpus solum, nec inane solum, sed ex utroque constare ac distingui.

522 *Omne*] Universum, universa natura.

Certu] Quædam ; sic vs. 527. Lamb. utrobique legit *cæca*, hoc est, sub visum non cadentia.

526 *Gnauiter*] Omnino, prorsus.

529 *Hæc neque dissolvi, &c.*] His 12. vss. argumentum 1. continetur, quo probet prima corpora materia, h. e. primordia rerum, esse æterna ac immortalia ; quippe quæ nec extrinsecus icta dissilire, nec intrinsecus penetrata dissolvi, nec alia ratione labefactari queant ob inanis defectum. Ideo enim res intereunt, quia intermixtum habent inane, quod cuius dissolutioni viam præbet. Hinc quanto plus inanis res quæque intus habet, tanto magis corruptioni est obnoxia. Sic res molliores facilius perimuntur ac dissolvuntur, quam duriores ac magis solidæ. vss. 220. 223.

Nec ratione queunt alia tentata labare :

Id, quod jam supra tibi paullo obtendimus ante.

Nam neque conlædi sine inani posse videtur

Quidquam, nec frangi, nec fundi in bina secando :

Nec capere humorem, neque item manabile frigus, 535

Nec penetralem ignem ; quibus omnia confaciuntur.

Et, quo quæque magis cohibet res intus inane,

Tam magis hiis rebus penitus tentata labascit.

Ergo, si solida, ac sine inani, corpora prima

Sunt, ita ut ei docui, sint hæc æterna necesse est. 540

Præterea, nisi materies æterna fuisset,

Antehac ad nihilum penitus res quæque redissent ;

permeari ac resolvi, nec alio modo possunt vexari ac labefactari: illud enim est, quod jam paulo antea monstravimus tibi. Namque nulla res videtur posse frangi absque vacuo, nec secari ac scindi in duas partes: nec admittere liquorem, neque etiam penetrabile frigus, nec penetrabilem ignem, quibus cunctæ res perimuntur omnino. Et quanto plus vacui res aliqua continet intra seipsam, tanto magis percussa his rebus corrui ac perit. Igitur, si corpora prima sunt solida, et absque vacuo, ut probari, oportet ut ipsa quoque sint immortalia. Deinde si materies prima rerum non esset immortalis, jamdudum cunctæ res prorsus redissent ad

~~~~~

*ictu* V. ed. Th. Ra.—531 *queant* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. Heins. I. *temptata* Ferr. *tentata* Bodl. *temerata* et *terebrata* in quibusdam codd. Pii. *labore* V. ed. Bodl. Th. Ra. Caut.—532 *supra* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. vulgo *supera*.—534 *fundi* Gortorp. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. vulgo *findi*. P. *scindi*.—535 *nec item* V. ed. Th. Ra. Ald.—536 *petralem* Voss. vet. *conficiantur* V. ed. Th. Ra. *confitiantur* Bodl. *conficiatur* Ferr. *conficiuntur* vulg.—537 *Et quo plerique* Mss. et Edd. ant. *Et quam* vulg. *Et quoque* V. marg. I. *quæcumque* V. ed.—538 *Tam magis ictibus hæc* Fab. *temerata* in quibusdam codd. Pii. *temp-*

#### NOTÆ

532 *Supra* [*Supera*] Antiquæ pro supra.

*Ante*] Nimirum vs. 220. 223.

535 *Manabile*] Penetralem, vs. 495.

536 *Quibus*] Scilicet aqua res creatæ corrumpuntur: frigore rigent: igne consumuntur: sed plagis ictæ extrinsecus colliduntur, ac franguntur: penetratæ intus dissolvuntur ac dissiliunt.

537 *Quo...magis...tam*] Hoc est, quanto magis, tanto magis. Sic II. 197. IV. 1052. VI. 459. et alibi. Sic Virg. *Æn.* VII. 787.

541 *Præterea, nisi materies, &c.*] His

II. vs. argumentum II. continetur, quo probat corpora prima esse æterna. Nimirum nisi corpora prima essent æterna, jamdudum res cunctæ creatæ penitus interiissent; ac rursus ex nihilo natæ forent illæ, quas jam videmus. Atqui jam supra a vs. 160. ad vs. 330. demonstratum est ex nihilo nihil fieri posse, et in nihilum nihil reverti posse. Igitur corpora prima, quæ sunt semina rerum, æterna esse necesse est.

*Materies*] Corpora materiæ, corpora prima, atomi.

De nihiloque renata forent, quæquomque videmus.

At, quoniam supra docui, nihil posse creari

De nihilo, neque, quod genitum est, ad nihil revocari; 545

Esse immortalis primordia corpore debent,

Dissolvi quo quæque supremo tempore possint,

Materies ut subpeditet rebus reparandis.

Sunt igitur solida primordia simplicitate,

Nec ratione queunt alia, servata per ævum,

550

Ex infinito jam tempore res reparare.

Denique, si nullam finem natura parasset

*nihilum, atque res omnes, quas cernimus, fuissent create de nihilo. Verum, cum antea ostenderim nihil posse fieri de nihilo, neque id, quod creatum est, reduci ad nihilum, necesse est ut prima corpora constant æterno corpore, in quæ scilicet res cunctæ queant reduci ultimo tempore, ut materies suppetat rebus reficiendis. Ergo principia constant solido et simplici corpore; neque alio modo conservata per infinitum tempus possunt nunc reficere res cunctas ab ævo. Tandem si Natura reddi-*

*tata* Ferr.—540 ita ut O. Mus. B. 2. docuissent Voss. L. B.—541 Preterea nec Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. matertis Ferr. fuissent Mus. B. 1. Ferr.—542 Ante hac V. ed. Th. Ra. dedisset Bodl. dedissent Mus. B. 2.—543 nihilo quæsita V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gryph. Nard. Bodl. Cr. quesita Ferr. nihiloque reducta Gassend. nihilo quoque nata Gif. Par. Delph. Cout. Cant. et Prisc. exempl. Pii. nihilo quæ tanta Mar. De nihilo quæ tanta forent Gottorp. fr. Voss. vet. De nihilo quarant uforent Voss. L. B. sed sup. æ scrib. e. fuerint Vind.—544 supra P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. vulgo supra.—545 neque deest in Mus. B. 3. ut est etiam in Mus. B. 1.—546 corpora V. ed. Th. Ra.—547 Dissolvi neque supremo q. t. debent V. marg. 1. Dissolvi quæ neque s. t. res jam Bodl.—548 suppetitit V. ed. Th. Ra. suppetitit vulg.—550 Nec ratione Ferr. alia renovata Voss. L. B. ævum Gottorp. fr.—552 Hiatus ad vs. 565. Gryph. Mar. Bas. nullum V. ed. P. Bodl. Th. Ra. Ald.

## NOTÆ

543 De nihiloque renata [nihilum quoque nata, &c.] Lambino, de nihiloque renata: aliis de nihilo quæsita: aliis, de nihiloque parata.

544 Supra docui] Nimirum a vs. 160. ad vs. 330.

547 Quo] In quæ, supple primordia.

548 Subpeditet] Suppetat, satis sit, parata sit.

549 Sunt igitur, &c.] Sic ergo concludit prima corpora esse æterna, quia solida; esse solida, quia simplicia. Nisi enim simplicia essent, non forent solida, quia admixtum haberent inane: nisi solida essent, non

forent æterna, quia dissolvi possent: nisi æterna essent, profecto res cunctæ jam et ex nihilo fierent, et in nihilum redirent. Quod fieri non posse demonstratum est. Hic versus iteratur vs. 575. 610.

552 Denique, si nullum, &c.] His 14. vs. argumentum III. proponitur, quo evincit poeta prima corpora esse æterna. Nimirum nisi daretur rebus frangendis certa finis, nec perveniretur ad certa corpora insecabilia et æterna, profecto jam præ longo ævo dissolvente prima corpora ita redacta esse deberent ad nihilum, ut ex iis nihil, non jam modo, sed et a longo

Frangundis rebus, jam corpora materiali  
 Usque redacta forent, ævo frangente priore,  
 Ut nihil ex illis a certo tempore posset, 555  
 Conceptum, summum ætatis pervadere finem ;  
 Nam quid vis citius dissolvi posse videmus,  
 Quam rursus refici : quapropter longa diei  
 Infinita ætas ante acti temporis omnis,  
 Quod fregisset adhuc, disturbans dissoluensque, 560  
 Nunquam id reliquò reparari tempore posset :  
 At nunc nimirum frangendi reddita finis  
 Certa manet, quoniam refici rem quamque videmus,  
 Et finita simul generatim tempora rebus

*disset nullum terminum rebus dissolvendis, jam prima corpora eo essent redacta præ antea-  
 tacto tempore dissolvente cunctas res, ut nulla res ex iis concreta ab certo  
 tempore valeret pervenire ad ultimum rigorem ætatis. Etenim cernimus quamlibet  
 rem facilius posse periri, quam iterum reparari. Quamobrem nunquam illud posset  
 refici, sequenti tempore, quod longum ævum diei infinitæ totius temporis præteriti  
 jam nunc etiam disjiciens ac conficiens collisisset. Jam vero scilicet quidam terminus  
 dissolvendi res datus est a Natura, cum cernamus quamlibet rem reparari, et una  
 dari rebus, per sua quæque genera, stata tempora, quibus queant assequi vigorem*

\*\*\*\*\*

—553 *materiaque* Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. *materiesque* Gryph. marg. P. Mus. B. 1. Ald. *materieque* Heins. 1. Mus. B. 3. Cant. *materia-  
 riam* Bodl. *materiæ* Voss. vet. et L. B.—554 *reducta* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Heins. 1. *forent* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. superscrib. et vulg.—556 *finem* sic P. V. ed. Voss. vet. O. Mus. B. 1. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. marg. Cout. Lamb. edd. *finis* Heins. 1. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. *fine* Gottorp. fr. *pervalde finis* Bodl. *forem* vulg. quam lect. retinent Codd. fideliores P.—557 *quidvis* vulg.—558 *qua propter* V. ed. Th. Ra. *dies* et P. V. marg.—559 *Infinita* sic Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Fab. V. marg. Ferr. Th. Ra. *Infinitæ* reliqui. *antracti* Bodl. *omne* Ald. P. Gryph. Nard.—560 *disturbans* Bodl.—561 *Reliquo id nunquam* V. ed. Th. Ra. *Nunquam deliquo* Voss. L. B. sed a pr. manu videtur fuisse *relicuo*. *Nunquam reliquo* Mus. B. 2. Cant. Gif. Par. Delph. *Id nunquam reliquo* V. marg. 1. 2. 3. Vind. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. *Id reliquo nunquam* P. Ald. *relicuo* Gottorp. fr. Voss. vet. Voss. marg. *Reliquum id nunquam* Bodl.—562 *tempora finis* V. marg. 1.—563 *refice* Voss. vet. et L. B. a pr. m. sed correctum est. *demus* pro *videmus* Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. superscrib.—564 *At f.* V. ed. Th. Ra. Bodl.—566 *Hôc* Gif. Par.

#### NOTE

tempore, posset creari, adolescere, ad corpuscula certa, quæ insecebilia  
 et ad justum ætatis florem pervenire; sint, et immortalia.  
 præsertim cum citius res frangantur, 556 *Finem* [*Florem*] Sic vs. 565.  
 quam reficiantur. Atqui res cunctas et III. 777. v. 845. Alii *finem*. Idem  
 procreari, adolescere, et ad ætatis sensus.  
 finem pervadere nunc videmus. Igitur debet esse in rebus frangendis  
 564 *Generatim*] Per sua quæque  
 certus terminus, et perveniri tandem genera et species, vs. 21.

Stare, quibus possint ævi contingere florem. 565

Huc adcedit, utei solidissima materiai

Corpora quom constant, possint tamen omnia reddi

Mollia, quæ fiunt; ær, aqua, terra, vapores,

Quo pacto fiant, et qua vi quomque gerantur:

Admixtum quoniam semel est in rebus inane. 570

At contra, si mollia sint primordia rerum,

Unde queant validei silices ferrumque creari,

Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis

Principio fundamenti natura carebit.

Sunt igitur solida pollentia simplicitate; 575

Quorum condense magis omnia conciliatu

*ætatis. Adde quod, quia prima corpora sunt maxime solida, cunctæ res tamen molles queant rite fieri ex illis, ita ut fiant ær, aqua, terra, vapores, quoque modo res cunctæ fiant, et quavis virtute administrantur; quippe quod vacuum una sit intermixtum rebus. Contra vero, si principia rerum sint mollia, causa non poterit dari, quanam ex re dura saxa, et ferrum possint fieri. Etenim natura nullum omnino habebit primum fundamentum ac principium. Ergo corpora materiae constant solida simplicitate; quorum cætu quo magis densato, res cunctæ queunt*

Nunc Mus. B. 2. que Bodl. ut Ald. et P. sed in not. uti.—567 tum constant V. marg. 1. constant Gryph. Nard. Bas.—568 Molliaque fiunt Voss. vet. et L. B. Mollia Ferr. fiant vulg. aqua et ær O. Mus. B. 3. Cant.—569 quæque geruntur Gottorp. fr. Vind. P. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Gryph. Ferr. Ald. quæque geruntur Nard. Heins. 2. Bas. queque generantur V. ed. Th. Ra. P. in not. legit fiant? geruntur? interrogative.—570 Admixtum Bip. semel Gryph. marg. Gottorp. fr. P. Voss. vet. et L. B. in not. tamen P. reponit simul ut habent alii. est deest Bodl.—571 Ac cuncta V. ed. Th. Ra.—573 omni Creech.—575 patentia Mus. B. 2.—576 condense Gryph. marg. Bas. marg. cum denso Mus. B. 2. condensio Ferr.

## NOTE

565 *Contingere*] Consequi, adipisci.

566 *Huc adcedit, &c.*] His 12. vss. argumentum iv. continetur, quo confirmat corpora prima esse æterna, quia simplicia, et solida esse debent, non autem mollia. Scilicet ejus naturæ esse debent prima principia, ut ex illis res molles æque ac duræ fiant. Atqui ex principiis solidis ac duris commode fieri possunt res molles æque ac duræ; ex mollibus vero res solidæ fieri nequeunt, defectu soliditatis, quod est duritiei fundamentum. Namque ex solidis principiis res minus aut magis solidæ fiunt pro minori aut majori inanis interjectu. Ergo primordia solida esse necesse est; si vero solida, ergo et æterna

atque inseparabilia.

*Materiæ Corpora*] Atomi, primordia, &c.

569 *Qua vi quomque*] Quacumque vi. Tmesis est.

*Gerantur*] Ita passim, id est, administrantur, regantur, agantur, moveantur, &c. Lambin. *genantur*, pro *gignantur*.

574 *Principio fundamenti*] Namque fundamentum primum cujusque rei debet esse firmum ac solidum. At si mollia forent prima corpora, sane non firmum esset ac solidum rerum naturæ fundamentum, quod est ipsa materia prima, seu corpora materiae; immo fragile foret ac caducum.

Artari possunt, validasque obtendere vires.

Porro, si nulla est frangundis reddita finis  
 Corporibus, tamen ex æterno tempore quæque  
 Nunc etiam superare necesse est corpora rebus, 580  
 Quæ non dum clueant ullo tentata periclo.  
 At, quoniam fragili natura prædita constant,  
 Discrepat, æternum tempus potuisse manere  
 Innumerabilibus plagis vexata per ævom.

Denique, jam, quoniam generatim reddita finis 585

*co magis condensari, et exhibere firmiores vires. Ceterum, si nullus terminus datus est rebus dissolvendis, attamen oportet nunc etiam superesse rebus corpuscula quadam, quæ constant natura immortalis, et quæ hactenus sint immunia periculo interitus. Verum cum sint donata natura mortali repugnat ea potuisse permanere per infinitum ævum, cum percussa fuerint infinitis ictibus per æternum tempus. Postremo, cum nunc certus terminus adolescendi, et conservandi vitam datus sit rebus*

*condendo* Bodl.—577 *validisque* V. ed. Th. Ra. *vires* h. voc. erasum est ex Mus. B. 2. *vires* Ferr. V. ed. Th. Ra.—578 'Hic vs. et sex seqq. multo commodius leguntur in h. l. apud Gottorp. fr. P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. vulgo ponuntur post vs. 635. nostræ ed.' Wakefield.—579 *tunc ex æterno* P. *quæque* Gottorp. fr. Vind. P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. reliqui *quædam*. Pro *tempore* Delph. leg. *corpore*.—580 *Hunc* Cant. *est et corpora* Mus. B. 2.—581 *Quæ nondum* vulg. *nodum* Bas. marg. *non dura* V. marg. 1. Cant. *clueant* Voss. vet. et L. B. sed in Voss. L. B. superser. *coeant. queant* Vind. O. Mus. B. 1. 2. *possint* Mus. B. 3. *percant* Heins. 2. *nullo i. e. ab ullo* Mus. B. 2. *tractata* V. marg. 1.—585 *jam* deest Bas. *tam* V. marg. 1. *generatam* Bodl. *generatim* Voss. vet. et L. B. sed *genera-*

#### NOTE

578 *Porro, si nulla est, &c.*] His 7. vss. argumentum v. habetur, quo solida et æterna esse corpora prima confirmat. Argumentatur autem ex sententia Peripateticorum, qui res cunctas in infinitum dividi posse censebant. At etiamsi res in infinitum ita secari possent, ut nulla pars esset, quæ semper in plures dividi non posset, nec tandem ad eas solidas partes usquam perveniretur, quæ frangi non possent; nihilominus necesse esset aliqua etiam nunc esse in rebus corpuscula, quæ nondum periculo tentata essent, hoc est, quæ nondum devicta ac fracta fuissent; alioquin jam nihil refici posset ex rebus dissolutis, quas æternum tempus ac infinitum ævum penitus peremisset: aut saltem res ex nihilo nascentur,

quod fieri nequit. Atqui repugnat posse rem simul dividi, et æternam esse. Igitur admittendum est quid minimum in rebus, quod sit æternum et insecabile.

*Frangundis*] Dissolvendis. Scilicet hæc duo, nullam esse finem rebus frangendis, et, res in minimas partes resolvi, sunt unum et idem. Namque si res non resolvuntur in minimum quid, ergo nihil erit minimum: sin autem nihil erit minimum, ergo erit aliquid minimo minus; atque ita res dividi poterunt in infinitas partes. Quo quid absurdius?

581 *Clueant*] Sint. vs. 120.

582 *At, quoniam, &c.*] Repugnat enim rem simul esse fragilem et æternam, ut jam monui.

585 *Denique, jam, quoniam, &c.*] His



Crescendis rebus constat, vitamque tenendi ;  
 Et quid quæque queant, per fœdera naturai,  
 Quid porro nequeant, saucitum quandoquidem exstat ;  
 Nec commutatur quidquam ; quin omnia constant  
 Usque adeo, variæ volucres ut, in ordine cunctæ, 590  
 Obtendant maculas generalis corpore inesse ;  
 Inmutabile materiæ quoque corpus habere  
 Debent nimirum : nam, si primordia rerum  
 Commutari aliqua possent ratione revicta,  
 Incertum quoque jam constet, quid possit oriri, 595  
 Quid nequeat ; finita potestas denique quoique

*enctis secundum suas species ; et enim statutum sit legibus Naturæ quid quæque res possint, quidve non possint ; cumque nihil mutetur, quoniam res cunctæ ita constanter manent eadem semper, ut omnes ares, licet diversæ, quæque tamen ex ordine monstrent inesse suis corporibus notas species : scilicet debent etiam habere corpora prima materiæ non mutabilia. Etenim, si principia rerum possent aliquo modo mutari et vicissim superari, necesse est ut nunc etiam non certum sit, quid queat nasci, quidve non possit ; et quoniam modo tandem limitata potentia, et*

*tis superscr. in Voss. vet.—586 crescendis sic Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. Heins. 1. V. marg. 1. reliqui crescendi. tenendi sic P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. probante Bentlejo : alii tuendi.—587 Sed Bodl. queat Mus. B. 2.—588 Quod V. marg. 1. nequeas Mus. B. 2. sanctum Voss. L. B. sed corr. quandoquid Mus. B. 2.—589 comitatur Voss. vet. et L. B. sed corr. in Voss. vet. communicatur V. ed. Bodl. quando omnia Gif. Par. Gryph. Delph. Fab. Bodl. Cr. Cout. Bas. V. ed. Bodl.—590 Ad adeo Bodl. et in ordine Bodl.—591 Ostendunt P. V. ed. O. Th. Ra. Ferr. Mus. B. 1. 2. Ostendant vulg. genitales Vind. V. marg. 1. corpori Mus. B. 2. 3. Hav. et vulg.—592 Immobiles V. ed. Th. Ra. Bodl. Immutabiles Ferr. Vind. Voss. vet. et L. B. O. Cant. quoque materiæ Bodl.—594 Commutari V. ed. Th. Ra. revincta Gryph. Nard. Bas.—595 constat Ferr.—*

## NOTE

15. vss. argumentum vi. proponitur, quo iterum confirmat prima corpora materiæ solida esse, seu non obnoxia dissolutioni, sed immutabilia et immortalia. Id autem arguit ex Naturæ multiplici constantia et immutabilitate, v. g. in provehendis animantibus ad certas usque ac stas virium, incrementi, vitæque metas : in imprimendis iisdem semper discriminibus, notis, ac maculis cuique volnerum generi per suas species. Quod quidem natura non præstitura esset, nisi principiis uteretur certis, constantibus, immutabilibus, ac proinde

æternis. Sic nigri nascuntur corvi ex nigris corvinis seminibus : sic cyeni albi ex cyeneis albis principiis, quia præscriptam a natura legem constantissime servant.

*Generatim*] Vs. 21.

*Reddita finis*] Ut demonstratum est supra vs. 552. not.

587 *Per fœdera naturai*] Ex lege naturæ, vel quasi ex beneficio aut pacto naturæ.

592 *Materiæ corpus*] Corpora prima, atomos.

595 *Quid possit oriri, &c.*] Hi 2. vss. positi sunt supra vs. 76.

Qua nam sit ratione, atque alte terminus hærens :  
 Nec totiens possent generatim secla referre  
 Naturam, motus, victum, moresque parentum.

Tum porro, quoniam est extremum quoique cacumen  
 Corporis illius, quod nostri cernere sensus 601  
 Jam nequeunt ; id nimirum sine partibus exstat,

*finis alte positus sit cuique rei ; neque etiam quæque genera animantium possent tam sæpe imitari naturam, motiones, rationem vitæ, ac studia suorum parentum secundum suas species. Jam vero, quia ultimus apex cujusque corporis est aliquid, quod sensus nostri tandem non valent perspicere, istud nimirum est absque partibus,*

596 *cuique* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—597 *Quanam* Bip. Hav. Delph. utque Gif. Par. V. marg. 1. *hæreat* Gif. Bip. Par. V. marg. 1. *hærens* Ferr. V. ed. Th. Ra.—598 *Nec totiens* P. Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. de qua scriptura satis sit semel monuisse. *Wakef. toties* vulg. *possint* Mus. B. 2. V. marg. 1. *possit* V. ed. Th. Ra. Ald. P.—599 *Natura* Bodl. *mores v. motusque* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. pro *victum* Creech. leg. *vultum*.—600 *quoniam est* P. Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. Gryph. Nard. Bodl. Cr. Voss. marg. *est* vulg. abest edd. *quoiusque vel cujusque* vulg. *quoque* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *quodque* P. Vind. Bodl. Mus. B. 3. Ferr. Ald. Th. Ra. et pro *extremum* Bodl. leg. *eximum*.—601 *Corporum* Ferr. V.

## NOTE

597 *Hærens*] Sic vs. 78. Alii *hæreat*, dissyllabum.

598 *Generatim*] Vs. 21.

*Secla*] *Genera* animantium, vs. 21. 468. Consule indicem vocabulorum.

600 *Tum porro, &c.*] His 16. vss. argumentum VII. continetur, quo soliditatem et æternitatem principiorum asserit ex illorum individua et insecabili natura. Docet enim in rebus dari minimum quid, in quod res peritura resolvantur ; et quod rebus reficiendis tanquam semen solidum ac æternum reservetur. Quod ut facilius assequaris, scies Peripateticos et Epicureos cum in aliis multis, quæ ad hanc questionem non pertinent, tum in his maxime inter se dissidere. Peripatetici ergo volunt omne corpus concretum ac genitum secari posse in infinitas partes, neque ulla usque adeo parvas fieri posse, quin minores fieri possint. Epicurei autem censent quodlibet corpus non in eas dividi semper posse partes exiguas, quæ semper minores fieri

queant : sed in minimas tandem secari partes, quæ ulterius partiri nequeant, et quibus minores nullæ fieri possint ; adeo ut divisioni tandem modus detur ac finis. Itaque Epicurei volunt omne corpus ad eum usque apicem minui posse, ut ille jam nec sub oculos cadat, nec secari possit, sed cæcum sit ; ac partibus careat, sitque minimum quid, quod in rebus tanquam prima et ultima pars sit ; id est, sit primum principium, ut ait Lucretius, quod natura reservat rebus creandis ac reficiendis ; et ultimum quid, in quod res resolvuntur. Illud autem minimum quid sunt corpora prima. Ergo corpora prima sunt æterna, solida, et simplicissima.

*Cacumen*] *Apex* ultimus, in quem res quæque finitur ; quasi dicat ' Minimum in atomo esse, qualem apicem anguli in acuta atomo concipimus.' *Gassend.*

601 *Sensus*] *Visus*, aut *tactus*.

Et minima constat natura : nec fuit unquam  
 Per se secretum, neque posthac esse valebit ;  
 Alterius quoniam est ipsum pars primaque, et ima : 605  
 Inde aliæ, atque aliæ, similes ex ordine partes  
 Agmine condense naturam corporis explent.  
 Quæ, quoniam per se nequeunt constare, necesse est  
 Hærere ; unde queant nulla ratione revelli.  
 Sunt igitur solida primordia simplicitate, 610  
 Quæ minimis stipata cohærent partibus arte ;  
 Non ex illorum conventu conciliata,

*et componitur ex minima natura ; neque unquam separatim extitit per se, neque in posterum poterit existere ; cum ipsum sit pars alterius rei ; et quidem pars ultima et prior ; et cum deinde aliæ, atque aliæ partes pares ex ordine, adimpleant naturam corporis ejusque concreti per densatum cœtum. Quæ corpuscula, cum non possint existere per se separata, oportet ita coarctari illa, ut nullo modo possint dissolvi. Ergo principia constant pura et solida natura, quippe quæ coarctata minimis partibus firmiter conjungantur, non quidem quod sint coagmentata ex*



ed. Th. Ra. *illius* P. Gottorp. fr. Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *est aliquod vulg. illud quod* Bodl. vulg. etiam edd. habent nostri quod.—602 *mirum* Mus. B. 2.—604 *Per secretum* V. ed. Th. Ra. *Per se concretum* Ald. Gryph. marg. Bas. marg. P. *posthæc* Bodl. V. ed. Th. Ra. *posthæc* Mus. B. 1. 2. 3. *post hæc* Ferr.—605 *Alterius* Ald. *quoniam est ipsum p. p. et ima* Bas. marg. *quoniam ipsum : primæ quoque et imæ* Gryph. *quoniam est &c.* Bas. *quoniam ipsum sunt primaque et ima* Gryph. marg. Gottorp. fr. Heins. 1. *ipsum : primæ quoque et imæ* Nard. Bodl. Cr. *quoniam ipsum primaque et una* Voss. vet. q. *sunt i. primaque et ima* Bodl. *pars deest etiam in* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Mus. B. 3. et pro est V. ed. habet sunt.—607 *Augmine* Ald. Gryph. P. *corporum* V. ed. Ferr. Mus. B. 2.—608 *nequeant* V. ed. Th. Ra.—609 *Æreas* Ferr. *Ærens* V. ed. Th. Ra. *Hærens* Bodl. Mus. B. 2. *Habere* Vind. *Ea esse* V. marg. 1. *unde* V. ed. Vind. P. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *inde* Mus. B. 1. *ut vulg. queat* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *nequeant* Delph. Hav. Bip. ‘*nulla* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Cant. reliqui *ulla* quod cum *queant* stare non poterit.’ Wakef.—610 *Deest* h. vs. in O. Mus. B. 1.—612 *Non etiam* Mus. B. 1. *ullorum* P. Mus. B. 2. Ald. Delph. Hav. Bip. *illorum* Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. *illarum* Preig. ex conj.—

## NOTÆ

604 *Secretum*] Separatum et distinctum a rebus concretis. Atomus enim seorsim et sola per se existere nequit extra res concretas.

605 *Alterius*] Nempe rerum concretarum, quæ ex atomis fiunt.

*Prima et ima*] Prima quidem, quia principium est primum rerum creatarum : ima vero seu ultima, quia in illud, tanquam in ultimum quid, res resolvuntur.

606 *Similes partes*] Id est, atomi, prima corpora.

611 *Quæ minimis stipata, &c.*] Hoc autem sensu dicit atomos minimis partibus stipatas esse, non quidem ut ex ullarum rerum cœtu ac concilio concretæ sint, sicut ceteræ res naturæ constant ex cœtu atomorum ; sed ita tantum, ut neque frangi neque dissolvi ullatenus possint.

Sed magis æterna pollentia simplicitate :  
Unde neque avelli quidquam, nec diminui jam,  
Concedit natura, reservans semina rebus.

615

Præterea, nisi erit minimum, parvissima quæque  
Corpora constabunt ex partibus infinitis :  
Quippe, ubi dimidiæ partis pars semper habebit  
Dimidiam partem ; nec res præfiniet ulla.

Ergo rerum inter summam, minumamque, quid escit ? 620

*aliquarum partium concilio, sed quod potius habeant immortalem simplicitatem. Hinc fit ut Natura, quæ serrat in futurum principia ad res gignendas, nusquam sinat quicquam ex illis detrahi, aut minui. Præter hæc, si non erit minimum quid in rebus, minima quæque corpora componentur ex partibus innumerabilibus. Etenim, si pars dimidiæ partis habebit semper partem dimidiam, sane nulla res faciet finem. Igitur quidnam discriminis esset inter maximam et parvissimam*

//////////

614 *neque diminui* Vind. Mus. B. 1. 3. *jam* P. Mus. B. 1. V. ed. *tum* Ferr. *diminui* quid Gif. marg. Gryph. Nard. *diminuitam* Gottorp. fr. *nec diminui* tam Bodl. Voss. vet. et L. B. sed corr.—616 *minimum* pro *minumam* Mus. B. 2. Vind.—617 *ex rebus* Vind.—618 *par* Preig.—619 *præfiniet* P. Vind. V. ed. Gottorp. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Voss. vet. Bas. Ferr. *perfiniet* vulg. *Dimidia* Mus. B. 2.—620 *minimam* quid Th. Ra. *minumumque* P. in not. *minumam* quicquid Mus. B. 2. *quod* Vind. Cant. *quid esset* ? Delph. Nard. Mar. *quid esset* Gryph. Bas. P. V. ed. Bodl. *quod escit* Sus. *quod esset* P. in not. V. marg. 1.

## NOTE

614 *Unde*] Hinc fit ut: vel, quod maluerim, ex quibus, supp. atomis, aut corporibus illis primis.

615 *Reservans*] Ne scilicet res ad nihilum redeant, ac ex nihilo fiant.

616 *Præterea, nisi erit, &c.*] His 13. vss. argumentum VIII. continetur, quo primordia rerum solida et æterna esse confirmat ex eo, quod necesse sit in rebus esse minimum quid, ad quod cum perventum sit, ulteriori divisioni locus non detur. Scilicet si quodlibet corpusculum primum posset dividi in infinitas partes, id absurdi I. sequeretur, quod parvissima corpora posset dividi quoque in infinitas partes. II. Quod quælibet pars minima minimi corpusculi posset in duas partes semper dividi: et illarum quæque pars dimidia iterum in duas partes secari; et sic fieret progressus in infinitum, ut aiunt. Hinc autem utrumque se-

quetur nullum esse discrimen inter minimum et maximum corpus; cum utrumque partibus infinitis constaret. Quo quid absurdius? Hinc Arcesilas Stoicis insultans risum in scholis fecit de crure amputato, putrefacto, et in mare projecto, quod illi admitterent ita posse exsolvi, et toti mari commisceri, ut non modo Antigoni classis per crus navigaret; sed Xerxis mille et ducentæ naves, cum triremibus Græcorum trecentis, navalem pugnam in crure obirent. Hinc Plutarchus illud ridet, quod Chrysippus admiserit unam vini guttulam toti mari permisceri posse. Hinc ridendum quod ala vel minimæ muscæ toti cælo coextendi queat.

*Minimum*] Scilicet quod amplius non dividatur, seu quo aliud minus esse nequeat.

620 *Rerum summam*] Maximam rem.

Nihil erit, ut distet: nam, quam vis funditus omnis  
Summa sit infinita, tamen, parvissima quæ sunt,  
Ex infinitis constabunt partibus æque.

Quod, quoniam ratio reclamat vera, negatque  
Credere posse animum, victus fateare necesse est, 625  
Esse ea, quæ nullis jam prædita partibus existant,  
Et minima constant natura: quæ quoniam sunt,  
Illa quoque esse tibi solida, atque æterna, fatendum.

Denique, ni minimas in parteis cuncta resolvi  
Cogere consuesset rerum natura creatrix, 630

*rem? Profecto non erit ratio, cur differant; namque, licet omne universum sit omnino infinitum; res tamen, quæ sunt minimæ, pariter componentur ex partibus innumerabilibus. Cui rei cum vera ratio repugnet, ac perneget mentem posse credere id ita esse, oportet ut ipse convictus confitearis esse in rebus ea corpuscula, quæ nusquam constant aliquibus partibus, sed quæ habeant parvissimam naturam. Quæ cum ita sint, tibi confitendum est etiam illa corpuscula esse solida atque immortalia. Tandem, nisi natura rerum parens solita esset facere, ut res cunctæ re-*

quod escit Voss. vet. sed man. rec. ascribitur in marg. 'lege esset.'—621 Nihil sic Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Nil P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Par. Gryph. Nard. Bas. Bodl. Cr. Non vulg. distet sic P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Ald. Th. Ra. distent vulg. ut discit Bodl. Cr. ut discet Bodl. aut distet Gottorp. fr. funditur V. ed. Th. Ra.—624 Quod sic P. Gottorp. fr. Vind. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. Quoi vulg. non pro ratio V. ed. Th. Ra. Bodl. vero Mus. B. 2. natura pro vera Bodl. Ferr.—625 Credere posse: animi Lamb. vid. Not. Var. animi Vind. Gryph. Nard. Bas. Heins. 2.—626 item prædita Mus. B. 2.—627 constat Gottorp. fr. constant Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 3. Heins. 1.—628 Illo Mus. B. 2. 3. esset ibi Mus. B. 3. solidant pro solida atque Voss. vet. sed solidat superscr. fatendum est Cant. V. marg. 1.—629 Denique si P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.

## NOTÆ

622 *Summa*] Id est, totum, universum, universa natura. Loquitur ex Epicuri sententia, qui universum voluit esse infinitum: sed de his II. 1046. et seqq.

625 *Animum*] Lambin. bene; hoc est, quæmpiam posse in animum inducere. Alii *animi*. Sane sic interpungendum esset: 'credere posse; animi victus,' &c. Quasi animi victus sit, ratione animi convictus: sicut dicitur, æger animi, falsus animi, pendens animi, &c. supp. ratione.

629 *Denique, ni minimas, &c.*] His 7. vss. argumentum IX. quo prima cor-

pura solida esse ac æterna confirmat; nimirum ex eo, quod iterum necesse est esse in rebus minimum quid; alias enim nusquam natura posset ex primis corpusculis quiddam jam reparare ac reficere. Ratio hæc est, quia, si res creatæ possent in infinitas partes perpetuo secari, quælibet pars illarum in infinitas partes etiam dividi posset. At quæ multis et infinitis partibus constant, ea naturam primorum materiæ corporum, hoc est, principiorum, sortiri nequeunt, id est, habere connexus varios, plagas, motus, concursus, pondera, &c. Pri-

Jam nihil ex illis eadem reparare valeret :  
 Propterea, quia, quæ nullis sunt partibus aucta,  
 Non possunt ea quæ debet genitalis habere  
 Materies, varios connexus, pondera, plagas,  
 Concursus, motus, per quos res quæque geruntur. 635  
 Quapropter, qui materiem rerum esse putarunt

*digerentur in partes parissimas ac individuas, nunquam eadem Natura posset reficere rem aliquam ex illis partibus: eo quod res illa, quæ constant pluribus partibus, non possint habere ea, quæ materia genitabilis debet habere, nimirum diversos nexus, gravitatem, ictus, congressus, motiones: per quas res cuncta administrantur. Quamobrem, qui censuerunt ignem esse prima corpora rerum, et ex*



Par. Gryph. Sus. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald.—632 *nullis* sic P. Vind. Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Voss. L. B. Bas. Gryph. Nard. *nullis* Voss. vet. sed *nullis* superscr. *multis* vulg. *quæ ullis* Par. Gif. L. B. Cont. Sus.—634 *Materies* *varios: connexus* V. marg. 1. *Materies* *vagos* V. marg. 2. *connexus* Gottorp. fr. *pondere* Bodl. V. ed. Th. Ra.—635 *quos* sic Mus. B. 2. *quas* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 1. Gryph. marg. Heins. 1. Bas. *quæ* Voss. L. B. Mus. B. 3. Cant. *genuntur* Voss. L. B.—

#### NOTE

mordia enim rerum ad res gignendas vario nexu per se jungi: diverso pondere per se ferri; variis ictibus per se perculti: diverso concursu per se convenire: vario motu per se agi debent, ut disputabitur 11. 61. et seqq.

632 *Nullis*] Lamb. *Infitis*; bene. Alii, *ullis*; hoc est, *aliquibus*: verum etsi hiatus foret, *quæ ullis*; non tamen male Alii *nullis*, pessime.

633 *Genitalis* ... *Materies*] Corpora materiae, primordia, vs. 53.

634 *Connexus*] Conventus, congregationes; quæ variæ sunt pro vario atomorum cætu.

*Pondera*] Gravitatem, qua deorsum feruntur atomi ad rerum concrectiones. 11. a 61. ad 333.

*Plagas*] Ictus exteriores, quibus atomi aliæ in alias incurrentes reperiuntur ad alias rerum concrectiones: lib. 11. *ibid.*

635 *Concursus*] Conventum, congressum, quo atomi conveniunt ad res gignendas: lib. 11. vs. 61. et seqq.

*Motus*] Qui duplex est: alter naturalis, alter reflexus. Hic, quo ato-

mus una in aliam incurrens reperiuntur. Ille, quo atomus suo pondere fertur in diversa: lib. 11. vs. 83. Vel per motum intelligit mobilitatem, de qua lib. 11. vs. 61. et seqq.

636 *Quapropter, quæ, &c.*] His 70. vs. explicat simul et refutat Heracliti sententiam de primis rerum principiis. Scilicet positis ac bene stabilitis primis suis principiis Lucretius, Ex nihilo nihil fieri: in nihilum nihil reverti; et Atomus esse, simplices, solidas, immutabiles, ac insecabiles; jam ceterorum philosophorum opiniones de rerum primordiis explodit. Veteres enim fere omnes vulgaria quatuor elementa, ignem, aërem, aquam, et terram, quasi rerum concretarum principia admiserunt, cum hoc tamen discrimine, ut alii omnia quatuor; alii tria; alii duo; alii unum ex his primordium esse voverint. Heraclitus autem, qui circa LIX. Olymp. an. cCL. U. C. Coss. Val. Poplicola, et T. Lucretio, hoc est ante Christum natum an. 10. IV. natus Ephesi dicitur, floruitque

Ignem, atque ex igni summam consistere solo,  
 Magno opere a vera lapsi ratione videntur.  
 Heraclitus inquit quorum dux praelia primus,  
 Clarus ob obscuram linguam magis inter inaneis, 640  
 Quamde graveis inter, Graios, quei vera requirunt.  
 Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque,  
 Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt;  
 Veraque constituunt, quæ belle tangere possunt

*uno igne constare universum, ii sane videntur longe recessisse a veritate. Quorum quidem ductor Heraclitus primus suscipit certamina; is autem insignis est potius inter ignaros propter obscura verba, quam inter doctos Græcos, qui investigant veritatem. Quippe etenim ignari mirantur et amant potius eas res, quas vident latentes sub vocabulis sursum versus retroque mutatis; et volunt ea esse vera, quæ queunt*



636 materiem summam V. marg. 1. Mus. B. 1.—637 consistere celo Bodl.—638 Magnopere vulg.—639 Heraclitus (*Scoteinos*) quiti, quorum &c. V. ed. sed a correctore vox *Scoteinos* deleta est, et pro *quiti* repositum *inquit* invenitur. *quiete* Bodl. cult O. in Mus. B. 1.—640 *Clarius* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. *Clarius obscurans linguam* Gryph. marg. Bas. marg. P. sed in not. corr. ex vet. exempl. ob deest Gottorp. fr. P. V. ed. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *inter humanos* Bodl. *inter manos* V. ed. Th. Ra.—641 *Quande graveis Graios inter* Bas. *Quam gravior Grajos inter* Gryph. P. in not. *Quam Grajis qui inter Grajos* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *de Grais* Ferr. *Quam gravis est inter* superscr. man. sec. in Voss. L. B. *Quam de gravis inter Grajos* Heins. 2. *Quam deecat Grajos inter qui vera loquuntur* V. marg. 1.—642 *Omnia cum* Mus. B. 1.—643 *Immersis* Gassend. *Versis* Bodl.—644 *Votaque* Bodl. *bellu* Bodl.

#### NOTÆ

Darii temporibus, voluit unum et solum ignem esse primum rerum principium, ex quo cetera fierent, et in quem cuncta revertentur. Hunc autem, teste Laërtio, generationis modum statuebat: 'Omnia ex igne constare et in ignem resolvi. Cum autem omnia rarefactione et condensatione fiant, fluere magna ex parte fluminis instar: ignem, cum densatur, humescere, et ita aërem fieri: aërem, cum cogitur, et congregatur, aquam fieri: aquam concretam, in terram verti: atque hanc esse viam ad infimum locum. Contra, terram ipsam fundi, ex qua fieri aquam: ex aqua autem reliqua, &c. Hæc autem via ad supremum locum.' Variis autem argumentis refutat hanc opinionem Lucretius.

*Delph. et Var. Clas.*

637 *Summam*] Universam rerum naturam: omne universum: vss. 26. 236.

639 *Heraclitus*] Qui Ephesi natus dicitur, ut monui; qui temporibus Darii Persarum regis floruit; quique multa Græco carmine scripsit, quæ Aristoteles pro testimoniis sæpe testatur. Verum de industria stylum adeo obscuravit, ut vix ejus scripta intelligerentur. Unde cognominatus est a Græcis Σκοτεινός, 'tenebrosus.' Vitruv. II. Cic. de Fin. II. et III.

641 *Quamde*] Antiquè pro 'quam.' Fest. et Liv. I. et II. Nardus autem legit: *Quam de Grajis inter Grajos*: sed inepte.

643 *Inversis verbis*] Id est, vel a propria ad alienam significationem

*Lucret.*

K

Aureis, et lepto quæ sunt fucata sonore. 645  
 Nam, quæ tam variæ res possent esse, requio,  
 Ex uno si sunt igni, puroque, creatæ.  
 Nihil prodesset enim calidum denserier ignem,  
 Nec rarefieri, si partes ignis eandem  
 Naturam, quam totus habet super ignis, haberent. 650  
 Acrior ardor enim conductis partibus esset:  
 Languidior porro disjectis, disque supatis.

*tangere suaviter aures, et quæ sunt quasi obducta dulci sono. Etenim peto, quare res quæ sunt esse adeo diversæ, si sunt progenitæ ex uno et simplici igne. Namque inutile esset ignem fervidum condensari, aut rarescere, si partes ignis haberent eandem naturam, quam totus ipse ignis habet. Etenim calor esset ardentior, si partes ignis essent densatæ: remissior autem esset, si disjunctæ, et dispersæ*

V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra.—645 *furata* V. ed. Th. Ra.—646 *curtam* Ferr.—647 *Ex uno si* Mus. B. 1. 2. 3. Lamb. et Turneb. Adv. XIX. 15. ubi et *Ex uno* in Mss. legas. *Ex uno* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sed superscr. *Et vero* in Voss. L. B. *Ex uno* in Voss. vet. *Ex vero* Delph. Barb. *vereque creatæ* Gottorp. fr.—648 *Deest enim* Gif. Par. *denserier* Vind. Gryph. Heins. 2. *deserier* Ferr.—649 *eandem* Gottorp. fr.—650 *suus ignis* Gryph. Delph. Nard. Heins. 2. Mar. Bas. *separ ignis* P. in not. *habere* Gottorp. fr. Voss. vet. *herent* Mus. B. 1. 2.—651 *conjunctis* P. Ald. Gryph. marg. *esse* P. ex conj.—652 *disjectis, disque supatis*: sic Mss. Pii, Voss. L. B. et Cant. *disjectisque, supatis* Voss. vet. *disjectis seque paratis* P. O. *disjectisque superatis* Gottorp. fr. V. ed. *disjectis et separatis* Bodl. *disjectutisque supatis* Vind. Mus. B. 3. *disjectatis superatisque* Mus. B. 1. *disjectimque separatis* Mus. B. 2. *disque sipatis* P. in

## NOTÆ

translatis vocibus, vel præpostero ordine positus.

645 *Fucata*] Metaphora est, ducta ab oculis ad aures; fucus enim visus, sonus auditu sentitur.

646 *Nam, quæ tam variæ, &c.*] His itaque 10. vss. continetur 1. argumentum Lucretii adversus Heraclitum. Arguit autem Lucretius ex uno et solo igne tantam rerum, quæ sunt, diversitatem nasci non posse; neque aliud ex igne oriri, nisi ignem. Namque ex ipso Heraclito nihil ex igne etiam gigni potest, nisi aut condensatione, aut rarefactione. Atqui ex condensatione ignis nihil, nisi acrior ardor, fieri potest: ex rarefactione pariter ignis nihil, nisi remissior calor, oritur. Igitur nihil ex igne, præter ignem, magis aut minus acrem,

oriri potest. Condensatus quippe ignis, ac rarefactus, vel desinit esse ignis, vel ignis naturam retinet: si desinit esse ignis, igitur ignis non est rerum principium: si naturam ignis retinet, ergo id tantum efficiet, ut magis aut minus ardens fiat.

648 *Denserier*] Denseri. Alii, *denserier*. Dicitur quippe denso, es: et denso, as. vs. 396. 657.

650 *Super* [*Suus*] Id est, *ipse*. Alii *super*, pro *superus*, hoc est, cælestis: vel *super* adverbialiter.

651 *Conductis*] Contractis, condensatis.

652 *Disjectis*] Rarefactis.

*Disque supatis*] Tmesis, pro *dissupatisque*: *dissupatis* autem antique pro *dissipatis*, id est, *laxatis*, et non *densatis*.



Amplius hoc fieri nihil est quod posse rearis  
 Talibus in caussis; ne dum variantia rerum  
 Tanta queat densis, rarisque, ex ignibus esse. 655  
 Id quoque, si faciant admixtum rebus inane,  
 Denseri poterunt ignes, rarique relinqui:  
 Sed, quia multa sibi cernunt contraria inesse,  
 Et fugitant in rebus inane relinquere purum;  
 Ardua dum metuunt, amittunt vera, viai: 660  
 Nec rursus cernunt exemptum rebus inane,

essent a se invicem. *Præter hoc, nihil est quod putas posse fieri in ejusmodi rebus; tantum abest ut tam magna diversitas rerum possit fieri ex ignibus condensatis, et rarefactis. Si vero isti homines admittant vacuum mixtum esse rebus, sane ignes poterunt condensari, et rareferi: verum, quia vident nullas res repugnare sibi in hac re, timide loquuntur, et non audent admittere verum inane in rebus. Scilicet, dum timent ingredi iter difficile, relinquunt veram viam. Neque*

//////////

not. Gryph. Nard. Bas. *seque paratis* V. marg. 1.—653 *quo posse* P. Ald.—654 *nec dum* P. Ald. *nedum* Ferr. Bip.—655 *Tantaque ex accensis* Bodl. *Tantaque accensis* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 2. 3. *Tantaque et accensis* Ferr. *Tanta quidem accensis* Cant. *Tanta quidem d.* V. marg. 1. *esset* V. ed. Th. Ra. Cant.—656 *Id quoque, si* sic Gryph. Nard. Bas. Gottorp. fr. V. ed. Th. Ra. Ferr. Ald. Bodl. Voss. vet. et L. B. *Atque hi; si vulg. faciunt* V. marg. 1. Bodl. *admisto r. inani* Nard. Heius. 2. *inani* Bas.—657 *Densari* Mus. B. 2. solita varietate.—658 *cernant* Ald. *contra* V. ed. 'in esse: sic P. V. ed. reliqui *nu* vel *musæ*; unde fecere critici *rd mussant* vulgarium edd.' Wakef.—659 *fugiunt* Vind. Bodl. Gryph. Nard. Bas. *fugiant* P. V. ed. Ferr. Ald. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. *purum et* Hav. Bip.—660 *ver aulai* Voss. L. B. sed corr. *ver aula* Voss. vet. *verba nec ulla* Mus. B. 2. *una* V. ed. Ferr. Th. Ra. *viai* deest Mus. B. 3.—661 *exemp-*

#### NOTÆ

654 *Variantia*] Varietas. Sic III. 319. a participio 'varians.' Sic II. 25. 'retiuentia,' id est, conservatio. III. 861. 'repetentia,' id est, recordatio, &c.

656 *Id quoque, [Atque hi] si faciant, &c.*] His 10. vss. continetur II. argumentum adversus Heracliti sententiam. Scilicet, etiamsi res cunctæ possent ex igne densato ac rarefacto oriri, quod Heraclito placuit, tamen ignis Heraclito nec densari nec rareferi potest, quia Heraclitus non admittit inane rebus admixtum, sine quo res nec rareferi, nec densari possunt. Namque ad rerum generationem requiritur motus: ad motum requiritur inane. Densitas autem et

raritas sunt motus: ergo ubicumque sunt, erit et inane. Igitur utrobique turpiter hallucinatus est Heraclitus, et dum ex igne solo cuncta fieri voluit, et dum inane rebus non admisit. Sunt qui legunt, *Id quoque si faciant.* Idem sensus.

*Si faciant*] Id est, si ponant et stant inane esse mixtum rebus.

*Admixtum rebus inane*] Supp. esse. Lamb. *admixto rebus inani.* Idem sensus.

658 *Inesse [Mussant]* Hærent, timide loquuntur. Sic VI. 1177. Alii *Inesse*: alii *esse*. Lambin. *multi*.

660 *Ardua, vera viai*] Id est, arduum, et verum iter, vs. 355.

Omnia denseri, fierique ex omnibus unum  
 Corpus, nihil ab se quod possit mittere raptim,  
 Æstifer ignis utei lumen jacit, atque vaporem;  
 Ut videas non e stipatis partibus esse.  
 Quod, si forte ulla credunt ratione potesse  
 Igneis in cœtus stingui, mutareque corpus;

665

*pariter vident cunctas res condensari, sublato vacuo e rebus; et ex omnibus rebus fieri unam naturam, quæ non valeat creare, et fundere aliquid ex se ipsa, sicut ignis calidus emittit lumen, et calorem; ita ut cernas ignem non constare partibus condensatis. Quod si fortasse putant aliqua de causa ignes posse extingui in concili-*

~~~~~  
 tum P. V. ed. Ferr. Ald. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *exempto* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *rerum P. inane* Gottorp. fr. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. Voss. vet. et L. B. Cant. *inani* vulg.—662 *densari* Gryph. Bas. Mus. B. 2. 3. Vind.—663 *nihil*: sic Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. *nil* vulg. *ad se* Mus. B. 2. *raptim* P. Mus. B. 3. Ald. Hav. Bip. *raptis* Gottorp. fr. Bodl. Voss. marg. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. Cant. *raptum* Vind. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Sus. Heins. 1. Bas. marg. *natum* Gryph. Delph. Nard. Heins. 2. Bas.—666 *ulla*: sic P. et vere, ut putem, quamvis aliud quiddam sublatare innuere videantur Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. dantes *mia*, et Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *una*, literarum ductibus prorsus consimilibus. *Wakef. rationi* Gif.—667 *Ignis* Ferr. V. ed. Th. Ra. *cætus* Gottorp. fr. P. Voss. vet. et L. B. Cant. Gryph. *cætu* V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. *intextos* pro *in cætus* Vind. *in tectu* Mus. B. 2. et *interitu* in marg. *stringi* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Bas. V. marg. 1.

NOTE

663 *Quod possit mittere raptim* [*natum*] *Quod possit aliquid generare. Scilicet, ut monui, ad hoc, ut fiant rerum motus, requiritur inane: sed raritas et densitas sunt motus: ergo ubicumque et quancumque sequuntur, debet adesse inane: sed Heraclitus et ejus sectatores negant inane. Igitur nullus illis philosophis motus erit futurave mutatio; atque ita nulla rerum generatio, cum non admittant inane. Immo omnia fient unum corpus solidum, atque compactum, quod nullam rem procreare possit: sed ignis lumen ex se emittit, et calorem. Igitur ignis non est solidum corpus, et sine inani.*

Raptim [*Natum*] Alii *raptim*, id est, celeriter, continuo: alii *raptum*.

665 *Stipatis*] Solidis, et vacuo expertibus, plenis totis, et compactis.

666 *Quod, si forte, &c.*] His 10. vs. continetur III. argumentum adversus Heraclitum. Instat ergo Lucretius et ait ignem, quod esset primum rerum principium, non posse neque extingui, neque mutare suam naturam, cum ad rerum concretionem concurreret, quia rediret in nihilum. Corpus enim simplex, et primum, qualis est ignis Heraclito, non potest mutari, nisi abeundo in nihilum. Atque adeo res non ex igne jam, sed ex nihilo fierent. Igitur necesse est ut rebus frangendis supersit aliquid, quod frangi ac mutari nequeat, ne res nihilo reficiantur.

Potesse] Antiquè, pro 'posse.' Lucil. v. et Plant. eo verbo integro utebantur, potsum, poteram, potessem, potesse, &c.

667 *In cætus*] In conciliatu, in con-

Scilicet ex nulla facere id si parte reparant,
 Obcidet ad nihilum nimirum funditus ardor
 Omnis, et ex nihilo fiunt quæquomque creantur. 670
 Nam, quodquomque suis mutatum finibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante :
 Proinde aliquid superare necesse est incolome ollis,
 Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes,
 De nihiloque renata virescat copia rerum. 675
 Nunc igitur, quoniam certissima corpora quædam

atu, et convertere naturam suam, hoc est, si relint facere istud quavis ratione; scilicet omnis calor ignis perimetur omnino usque ad nihilum, et cunctæ res procreantur ex nihilo. Etenim id omne, quod mutatur et egreditur e limitibus suæ naturæ, subito fit interitus ejus ipsius, quod fuit antea: atque adeo oportet aliquid immutabile superesse illis rebus, quæ intereunt, ne res cunctæ revertantur tibi omnino ad nihilum, et ne multitudo rerum iterum nascatur et viget de nihilo. Jam

mutare Vind. Cant. *massare* Gottorp. fr. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. V. marg. 1. *massare* Ferr. Cant. O. *massare* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. *missare* V. marg. 2. *sanguinis areque pro stingui mutareque* Voss. vet.—668 *nulla*: sic Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *ulla* Bip. Hav. Delph. *ima* Gif. marg. Gryph. P. *una* Bas. marg. Ald. *se* Mus. B. 1. *parce* Cant. *reporcent* Gif. P. in not. *receptant* Voss. vet. P. in not. *receptent* Gryph. Delph. Nard. Mar. Bas. Heins. 2. *pararent* Gryph. marg. Ald. *parcere porcent* quidam codd. P. *parcere parent* V. marg. 1. *parte reporent* V. marg. 2.—669 *Occidit* V. ed. Th. Ra. Bodl. in *miror* Cant. *funditur* Gottorp. fr. Voss. L. B. sed corr. *arbor* Voss. vet. sed corr.—670 *et* deest Bodl. Mus. B. 2. *ex* deest Gottorp. fr. *fiunt* Nard.—671 *mutuum* Gottorp. fr. V. ed. Voss. L. B. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 3. *sedibus exit* V. marg. 1.—672 *more* Ferr. *morte* Mus. B. 1.—673 *aliquod* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. marg. *ollis* i. e. *ignibus* vs. 667. sic P. Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Ferr. Ald. Gif. Par. Gryph. Delph. Bas. Lamb. Nard. reliqui autem *olli*. Wakef.—674 *nilum* Ald. Bip. Delph. Hav.—675 *que* deest V. ed. *nihilo nata revirescat* Bodl. *virescat* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B.—

NOTÆ

cilio, in rerum concretionem.

Stingui] Interire, desinere esse ignes, in aliud corpus mutari.

Mutareque corpus] Naturam igneam amittere, et aliam sortiri. Alii legunt *massare*, quasi solidare: male.

668 *Facere id*] Hoc est, ignes stingui in cætu, et mutare corpus.

Reporcent [*Receptent*] Concedant, velint, admittant. Alii *reparcent*, quasi non parcent, non improbabant. Alii, *pararent*.

671 *Nam, quodquomque, &c.*] Hi 2. vss. repetuntur vs. 792.

673 *Incolome*] Immutabile, quod frangi ac mutari nequeat.

Ollis] Antiqua scriptio, pro 'illis.' Virg. Æn. 1. 'Olli subridens,' &c.

674 *Nihilum* [*Nilum*] Nihilum, sicut 'nil,' et 'nihil:' ita 'nilum,' et 'nihilum' usurpat Lucretius. vs. 206. Nisi pro Spondaeo posuerit Anapæstum, nempe nihilum, pro nilum; quod ipsi familiare est.

676 *Nunc igitur, quoniam, &c.*] His 15. vss. continetur IV. argumentum adversus Heraclitum. Scilicet concludit Poëta superesse rebus corpus-

Sunt, quæ conservant naturam semper eandem,
 Quorum abitu, aut aditu, mutatoque ordine, mutant
 Naturam res, et convortunt corpora sese;
 Scire licet, non esse hæc ignea corpora rerum. 680
 Nihil referret enim, quædam decedere, abire,
 Atque alio adtribui, mutarique ordine, quædam,
 Si tamen ardoris naturam cuncta tenerent:
 Ignis enim foret omnimodis, quodquomque crearet.
 Verum, ut opinor, ita est: sunt quædam corpora, quorum
 Concursus, motus, ordo, positura, figuræ, 686
 Ecficiunt igneis, mutatoque ordine mutant

ergo, cum certissima quædam corpuscula sint, quæ servant perpetuo eandem naturam, quorum discessu, vel conventu, et ordine variato, res variant naturam, et corpora creata mutant seipsa in alia corpora; convenit nosse illa corpuscula prima rerum non esse ignea. Etenim nihil prodesset alia discedere et exire; aliare adjungi; alia vero transponi ex ordine; si nihilominus singula conservarent naturam integram ipsius ignis. Namque id omne, quod ignis procrearet, foret totus ignis. Sed sic se res habet, ut puto: sunt certa corpuscula, quorum conventus, motio, ordinatio, positio, et forma generant ignes; et quæ, ordine trans-

//////////

678 *habitu atque* Bodl.—679 *corpora rerum* Nard. Heins. 1.—681 *refert* Mus. B. 2. *referet* Ferr. *descedere* Gif. *discedere* Mar. Gryph. Heins. 2. Vind. *descendere* Gottorp. fr. Heins. 1. P. V. ed. Bodl. Voss. L. B. *decedere* a pr. man. sed corr. Voss. vet. *adire* Gryph. Nard. Heins. 2. Bas.—682 *alio* P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. Voss. vet. et L. B. *alia* vulg. *ordine quodam* Heins. 2.—683 *Si tantum* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. O. Mus. B. 1. 2. *tandem* al. *arboris* Gottorp. fr. Voss. vet. sed corr. *teneret* Bodl.—684 *omnimodus* P. Gryph. Delph. *omni' modis* Lamb. *unimodus* Gryph. marg. P. in not. *erearet* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas. *crearent* vulg.—685 *Vocab. ita est* absunt Mus. B. 2.—686 *motu* Cant.—687 *ignis* Ferr. V. ed. Th. Ra.—688 *similata*: sic P. V. ed.

NOTÆ

cula alia, quam ignem; quorum abitu et accessu, variaque positura, ipse ignis, et cetera omnia fiant et intereant; et quæ neque igni tamen, neque aliis rebus assimilata sint; hoc est, quæ neque ignea sint, neque alia natura, quæ valeat sensus nostros tangere per aliquid, quod ex se mittat. Si vero ex igne cuncta fierent, nihil sane prodesset illorum corpusculorum aditus, aut positio varia; cum per hæc novæ rerum aliarum concreciones fieri possent; sed quicquid crearetur, id totus ignis foret, quoniam ex igne nihil

nisi ignis procreari potest.

681 *Decedere*] Recedere, secedere. Alii *discedere*. Alii *Deseedere*.

682 *Adtribui*] Addi, accedere.

684 *Omnimodis* [*Omnimodus*] Omnino totus. Dicitur enim Omnimodus, a, um, sicut Unimodus, a, um: Omnigenus, a, um: Omnivagus, a, um, passim apud Lucret. Alii *omnimodis*, pro omnibus modis.

686 *Concursus*] Conciliatus, congressus, &c.

687 *Mutant Naturam*] Hoc est, non eandem rem generant, quam antea.

Naturam: neque sunt igni similata, neque ullæ
 Præterea rei, quæ corpora mittere possit
 Sensibus, et nostros adjectu tangere tactus. 690

Dicere porro ignem res omneis esse, neque ullam
 Rem veram in numero rerum constare, nisi ignem,
 Quod facit hicc' idem, perdelirum esse videtur.
 Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat,

posito, variant talem naturam; et quæ nec assimilia sunt igni, nec alteri etiam rei, quæ queat emittere ulla corpuscula ad nostros sensus, et jactu suo percutere sensum nostri tactus. Dicere autem cunctas res esse ignem, neque ullam rem veram esse in summa rerum, præter ignem, quod hic idem Heraclitus dicit, res est sane inepta. Etenim ipse pugnat adversus sensus dum tamen argumentatur

Bodl. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Delph. Nard. Heins. 2. Bas. *similata* vulg. *nec* V. marg. 1. *ulli* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Mus. B. 2. Cant.—689 *rei*: sic P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *reii* vulg. *posset* V. marg. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. V. ed. P.—690 *ajectu* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *ajactum* O. *attactu* V. marg. 1. *tangere* Ferr.—691 *Dicere sique neque* Mus. B. 1. *porro sequi rem* V. ed. Th. Ra. *sequi res* Ald. *si quæ* Bodl. *sique* Vind. *si quam* Mus. B. 2. *si quem* Mus. B. 3. *nec* V. marg. 1. *esse* deest Vind. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. *ignem* Voss. vet. sed superser. vera lect.—692 *Naturam* pro *Rem veram* Fab. *Re vera* Bentl. *nec* pro *nisi* et *rem* pro *rerum* V. ed. Th. Ra. *neque* Mus. B. 2. *ignis* P. in not.—693 *hoc idem* Gryph. Bas. marg. P. Mus. B. 2. *perdelirus* V. ed.

NOTÆ

688 *Similata*] Assimilata, cognata, similis naturæ. Alii *similata*, *prosimilata*, sicut vs. 612. *dissupatis*, *pro dissipatis*. Hic autem sensus est, quod prima corpora neque ignea constant natura, neque alia, quæ possit sensus nostros tangere per aliquid, quod ex se mittat; sunt enim illa corpora prima simplicissima, et individua.

Ullæ] Antiquæ, pro *nulli*, dat. Sic apud Varr. vi. de L. L. 'totæ,' pro *toti*. Ter. in Heaut. 'alteræ,' pro *alteri*. Cic. de Divin. II. 'aliæ' in genit. pro *aliis*. Lneret. III. 932.

691 *Dicere porro ignem, &c.*] His 11. vss. continetur v. argumentum adversus Heraclitum, ipsumque suo, ut aiunt, telo conficit. Heraclitus enim credit ignem non nisi sensibus, v. g. tactu, cognosci; quod quidem ve-

rum est. Quid enim me docet, ignem esse calidum, nisi sensus? Is autem non vult cetera elementa æque sensibus cognosci, puta aërem, aquam, terram; cum tamen ea non minus sensibus cognoscantur, quam ignis. Igitur vanum est ac ineptum Heracliti argumentum; immo delirat ipse, qui admittat sensus eos, per quos ignem cognovit: alios vero labefactet, per quos cetera alia elementa non minus innotescunt. Rite autem arguit, quod jam docuerat vs. 424. sensus non esse fallaces, sed in iis primam rerum fidem niti atque fundari.

693 *Hicc'*] Heraclitus.

694 *Contra sensus*] Qui scilicet cetera sentiant, præter ignem.

Ab sensibus] Per quos nempe Heraclitus ipse cognovit ignem.

Et labefactat eos, unde omnia credita pendent ; 695
 Unde hic cognitus est ipsi, quem nominat ignem.
 Credit enim sensus ignem cognoscere vere ;
 Cætera non credit, quæ nihilo clara minus sunt :
 Quod mihi quom vanum, tum delirum, esse videtur.
 Quo referemus enim ? quid nobis certius ipsis 700
 Sensibus esse potest ? qui vera, ac falsa, notemus ?
 Præterea, qua re quisquam magis omnia tollat,
 Et velit ardoris naturam linquere solam,
 Quam neget esse igneis, summam tamen esse relinquat ?

ab ipsis sensibus, et destruit illos sensus, a quibus omnia, quæ creduntur, pendunt ; et a quibus hic ignis, quem appellat ignem, notus est ipsi. Namque is putat ipsos sensus vere noscere ignem: non putat autem eos noscere alia elementa, quæ tamen non minus cognoscuntur. Quod quidem videtur mihi non solum falsum, sed etiam ineptum. Etenim cui credemus de rerum cognitione? Quid nos possumus habere certius, quam ipsos sensus, ut cognoscamus ea, quæ vera et falsa sunt? Deinde, quid est cur aliquis removeat potius alia elementa e numero principiorum, et malit relinquere unicam naturam ignis, quam contra perneget esse naturam ignis, et linquat tamen numerum aliorum elementorum? Etenim par



Ferr. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 1.—694 *a sensibus* Bodl.—695 *nunc omnio* Mus. B. 2. *pendent* Cant.—696 *qui nominat* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard.—698 *quæ nihilo*: sic Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Cant. *nihilo quæ vulg.*—699 *Quod nisi* Bodl. *tum vanum* Bodl. V. marg. 1. Mus. B. 1.—700 *Quid referemus* Gryph. Nard. Heins. 2. Bas. P. *quod nobis* Gryph. Nard. Heins. 2. P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald.—701 *qui vera*: sic P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gif. Par. *quo vulg.*—702 *tollant* V. ed. Th. Ra.—703 *Et velut* V. ed. Th. Ra. Bodl. *solem* Gryph. Bas. marg.—704 *summam* deest Gottorp. fr. Voss. vet. *ignem tamen* Voss. L. B. *sumam* Ferr. *tantum pro tamen* V. marg. 1.—705

NOTÆ

696 *Ipsi*] Heraclito.

698 *Cætera*] Vel elementa, puta aërem, aquam, et terram; quæ ab aliis philosophis reponuntur in numero principiorum: vel ceteræ res omnes, quæ sensibus æque cognoscuntur, ac ipse ignis.

700 *Qui* [*Quo*] Ad quid? Sic vs. 424. ubi hanc sententiam jam protulerat. Sic etiam vs. 122. &c.

702 *Præterea, qua re quisquam, &c.*] His 4. vss. ultimum argumentum adversus Heraclitum proponit; aitque non esse cur Heraclitus ignem esse

velit primum rerum principium, quam cetera elementa vulgaria, aërem, aquam, et terram. Addit autem æquam esse dementia[m] ponere hæc alia in numero primordiorum, et tollere ignem. Quod quidem alii faciunt, contra quos jam assurgit.

Omnia] Cetera elementa, nempe aërem, aquam, et terram.

704 *Igneis* [*Ignis*] Suppl. naturam. Alii *ignes*. Idem.

Summam] Numerum aliorum elementorum.

Æqua videtur enim dementia dicere utrumque. 705
 Quapropter, quei materiem rerum esse putarunt
 Ignem, atque ex igni summam consistere posse ;
 Et quei principium gignundis aëra rebus
 Constituere ; aut humorem quei quomque putarunt
 Fingere res ipsum per se ; terramve creare 710
 Omnia, et in rerum naturas vortier omneis ;
 Magno opere a vero longei deerrasse videntur.
 Adde etiam, quei conduplicant primordia rerum,

stultitia videtur esse, dicere hoc utrumque. Quamobrem, qui censuerunt ignem esse principium rerum, et rerum naturam universam posse fieri ex igne ; et qui etiam posuerunt aëra materiem rerum creaularum ; aut qui crediderunt aquam ipsam ex seipsa progignere res cunctas ; aut terram gignere cuncta, et mutari in cunctas naturas rerum : il sane videntur multum et procul aberrasse a vera ratione. Adjunge his quoque eos, qui geminant principia rerum, addentes nimirum aëra igni,

Neque V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 1. 2. Nequa Mus. B. 3. sequebatur dein ut et in Gottorp. fr. et in Bodl. h. vs. Neque ignem neque aëra neque humorem principia esse. In V. marg. sic leg. Ignemque, aëra terram, humorem principia esse. In Voss. L. B. leg. (verum in marg. ascrib. esse Capitulum, i. e. summarium) Neque ignem, neque aëra, neque umorem principia esse. Leg. et in Voss. vet. ubi non deletur. Tres seqq. desunt Bodl.—708 principium Ferr.—709 Constituerem V. ed. Constituerunt Ferr. putantur Gottorp. fr.—710 res ipsas P. Bas. marg. Gryph. marg. Th. Ra. Ald. Gassend. ipsam V. ed. terramque Ferr. Bodl. terrave Mus. B. 2. 3.—711 verti Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. emend.—712 Magnopere vulg. longei Voss. vet. et L. B. Cant. derasse Cant. Lamb. Creech. deerrasse Gottorp. fr. Voss. L. B. longique derasse Voss. vet. longequa emissa Bodl. longe dormisse V. marg. 1.

NOTÆ

706 Quapropter, quei, &c.] His 7. vss. non unum tantum Heraclitum vanitatis arguit et dementiæ, qui rerum primam materiem statuit esse ignem: sed et ceteros pariter delirare ait, qui vel aëra, vel aquam, vel terram volunt esse rerum primordia. In his autem arguit Anaximenem Milesium, qui, testibus Plutarch. de Plac. Phil. et Cicer. 1. N. D. dixit aëra esse, ex quo solo et primo cetera gignerentur. Arguit et Thalem Milesium, qui aquam voluit esse primam rerum materiam, testibus Cic. et Plut. ibid. Arguit et Pherecydem, qui terram statuit rerum principium. Quanquam Aristoteles Met. 1. scrip-

sit nullum ex physicis posuisse terram rerum principium. Sic et Manil. 1. 132. et seqq. horum non meminit, dum ceteros memorat.

707 Summam] Universam rerum naturam.

711 Vortier] Verti, mutari.

713 Adde etiam, &c.] His 116. vss. ceterorum philosophorum, sed minus præsertim Empedoclis sententiam refutat, qui non unum e quatuor vulgaribus elementis, sed aut duo, aut tria, aut quatuor simul statuerunt esse prima rerum principia. De his jam sigillatim. His itaque 4. vss. prioribus notat tantum horum omnium diversas opiniones.

Aëra jungentes igni, terramque liquori;
 Et quei quatuor ex rebus posse omnia rentur, 715
 Ex igni, terra, atque anima, procreescere, et imbri;
 Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est:
 (Insula quem triquetris terrarum gessit in oris;
 Quam fluitans circum magnis amfractibus, æquor

aut terram aquæ; et qui putant cunctas res procreari posse ex his quatuor rebus, nempe ex igne, terra, aëre, et aqua; quorum inter primos Empedocles Agrigentinus habetur, quem scilicet insula illa portavit in suis triangularibus finibus terrarum, circa quam Ionium mare circumfluens magnis et sinuosis flexibus irrigat

longeque erasse vulg.—716 Terra vento procreescere Bodl. Terra atque omniu V. ed. Terraque atque anima Mus. B. 2. animo Th. Ra.—717 Agragantinus: sic Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. (sed in Voss. vet. corr. Agrigentinus) O. Mus. B. 3. Cant. Agrigentinus Mus. B. 2. Gif. Par. Delph. Agrigitinus Th. Ra. Acragentinus vulg. Acragantinus i acragan dos V. ed. eum patris Th. Ra. eum pris V. ed. Eupedocles V. ed. Th. Ra.—718 triquetris Vind. nioris pro in oris V. ed.—719 ac fractibus longi Gottorp. fr. ac fractibæquor Voss. vet. sed corr.

NOTÆ

714 Aëra jungentes igni] Sic Cœnopides Chius.

Terramque liquori] Sic Xenophanes. Porro et Armenides ignem terræ iunxit: et Hippo Reginus atque Archelaus ignem iunxerunt aquæ: et Onomacritus ignem, aquam, et terram simul posuit primordia rerum.

715 Et quei quatuor, &c.] Empedocles in primis, cujus opinionem nominatim refutaturus est.

716 Anima] Aëre, qui flatus, spiritus, et anima est. Sic Virg. Eclog. vi. 32. 'Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent, Et liquidi simul ignis,' &c.

Imbri] Aqua. Sic vs. 784.

717 Quorum Agragantinus, &c.] His 18. vs. prius laudes et nationem Empedoclis prædicat, quam illius de primis rerum principis sententiam explodit. Hunc autem e Sicilia oriundum memorat, quæ insula est notissima, cum propter montis Ætnæ flammam sursum eruptas, cum propter vastos gurgites Charybdis et Scyllæ, atque etiam propter rerum et hominum copiam, qua bene olim munita

fuit. Verum, nihil usquam præclarum habuisse prædicat hanc insulam, quam Empedoclem. Scilicet natus est hic Agrigenti in Sicilia: Metonis notissimi fuit filius: floruit circa 84. Olymp. hoc est an. circiter 404. ante Christum natum: Euripidi et Parmenidi cœtaneus: quem nescias poetæ inter, an philosophos annumeres; quippe qui eleganti carmine scripserit de rerum natura. Is porro docuit ex quatuor elementorum amicitia cuncta procreari. 'Agrigentinus, a, nm,' possessivum est: Agrigentum vero, nomen est urbis in Sicilia; quæ Græcis dicitur 'Acragas;' unde alii legunt *Acragantinus*.

Cum primis] In primis: vel inter primos, vs. 131.

718 Triquetris] Triangularibus. Sicilia quippe triangularem habet figuram, cujus in angulis tria sunt notissima promontoria, Pelorus, Pachinus, et Lylibæus. Hinc Trinacria, et Triquetra dicitur. Plin. iii. 4. Justin. iv. 1. Virg. Æn. iii. et alii.

719 Amfractibus] Quasi ambitibus et circuitibus fractis et interruptis.

Ionium glaucis adspargit virūs ab undis, 720
 Angustoque fretu rapidum, mare dividit undis
 Æoliæ terrarum oras a finibus ejus.
 Heic est vasta Charybdis, et heic Ætnæa minantur
 Murmura, flammaram rursus se conligere iras,
 Faucibus eruptos iterum ut vis evomat igneis, 725
 Ad cœlumque ferat flammai fulgura rursus.
 Quæ, quom magna modis multis miranda videtur

oram aquis cæruleis, et rapax pelagus dirimit aquis suis, per exiguum fretum, littora Italiæ ab illius limitibus. In hoc fretu est magna Charybdis; et in hac insula strepitus Ætnæi ignium minantur se contrahere iterum furores suos, ut violentia emittat rursus eructatas flammam quasi e gutturibus, et attollat iterum usque ad cœlum fulgores ignis. Qui magnus terrarum tractus, etiamsi videatur

in amfractibus.—720 *Ionio et Lybicis* Heins. 2. P. in not. *glaucis* V. ed. *adspargit* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *adspargit* vulg. *adspargit littus* Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bodl. Cr. Cout. Bas. P. V. ed. Bodl. In Voss. vet. *adspargit* corr. in *adspargens*.—721 *fretus* V. marg. 1. *imas pro undis* V. marg. 1.—722 *Italiæ* Gottorp. fr. Mus. B. 3. Voss. vet. et L. B. sed in L. B. *Æoliæ* superser. *Italiæ* reliqui. *terrarum* onm. Mss. et antiquior. edd. *terrai* vulg. *avis* pro *ejus* Ferr.—723 *Caribdis* Ferr.—724 *flamarum* V. ed. Th. Ra. *rursunque se* Bodl. *se deest* Gottorp. fr. Voss. vet. Delph. *sursus* Preig.—725 *eructos* V. ed. Cant. P. in not. pro *eructatos* quod et ipsum in Gottorp. fr. comparet. *ut deest* V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Par. *vis ut omniat* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *omueat* Bodl. Cr. *vis ut vomat* Lamb. Voss. marg. *eruptos vis omnis ut e.* Preig.—726 *ferant* Gif. Par. P. Preig. Th. Ra. Ald. *flaman* V. ed. *flammarum* Bodl. *flamme* i. e. *flammæ* Voss. L. B. sed *flammarum* superser. *cursum* V. ed. Preig. *sursus* Fab. Voss. marg.—727 *videntur* Gryph. P. V. ed. Voss. L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. *multum* Mus. B. 2.—

NOTE

720 *Ionium mare*] Ea pars est Mediterraneæ maris, quæ Siciliam inter et Cretam supra fauces Adriaticæ maris extenditur. Unde a Græcis divisum est Ionium mare in Siculum et Cretense. Plin. iv. 11.

721 *Fretu*] Antiquè fretus, us, masc. nunc fretum, i. neut. Illud autem angustum fretum notat Poëta, quod Siciliam ab Italia dirimit, cum antea Sicilia Italiæ juncta fuerit: sed vi fluctuum tandem abscissa est. Virg. Æn. iii. Plin. citat.

723 *Charybdis*] Aquarum vorago, e regione Scyllæ alterius voraginis in

fretu Siculo. Virg. Æn. iii. Ovid. Justin. Plin. &c. De his autem vorticibus multa commenti seu fabulati sunt poëtæ.

Ætnæa . . . Murmura] Ætna mons est Siciliæ, de quo Lucretius plura memorat vi. 639. et seqq. Consule locum et annotationes nostras.

725 *Faucibus*] Crateribus, vi. 703. 'In summo sunt vertice enim crateres, ut ipse nominant, nos quod fauces perhibemus et ora.'

726 *Fulgura*] Fulgores, splendores. Fulgur et fulgor idem sunt Lucretio passim. ii. 726.

Gentibus humanis regio, visundaque fertur,
 Rebus opima bonis, multa munita virum vi;
 Nihil tamen hoc habuisse viro præclarius in se, 730
 Nec sanctum magis, et mirum, carumque, videtur.
 Carmina quin etiam divini pectoris ejus
 Vociferantur, et exponunt præclara reperta;
 Ut vix humana videatur stirpe creatus:)
 Hic tamen, et, supra quos diximus, inferiores 735
 Partibus egregie multis, multoque minores;
 Quamquam, multa bene ac divinitus invententes,
 Ex adyto tamquam cordis, responsa dedere
 Sanctius, et multo certa ratione magis, quam
 Pythia, quæ tripode ex Phœbi lauroque profatur; 740

hominibus admirabilis propter multas causas, et existimetur dignus, qui visatur, et dices sit bonis rebus, et fortis sit propter magnam copiam incolarum: tamen non videtur habuisse apud se aliquid præstantius, neque magis angustum, nec magis admirabile, nec magis pretiosum, quam hunc virum. Imo etiam versus, quos ore celesti cecinit, et egregia illius inventa, loquuntur et ostendunt illum talem fuisse, ut vix existimetur genitus fuisse de genere hominum. Is tamen vir magnus, et alii, quos antea memoravimus, qui sunt etiam longe multis rebus inferiores, et longe minores illi viro, quamvis repererint multas res bene ac divinitus, et reddiderint quasi oracula ex penetrabilibus sui pectoris longe divinius, et cum ratione longe magis vera, quam ea oracula, quæ Pythia reddit ex tri-

728 Hic et tres seqq. vss. absunt Cant. sed in marg. man. eadem scripsit; et in h. cod. vss. 732. 733. 731. præcedunt vss. 730. 731. ut in Gottorp. fr. vss. 732. 733. veniunt ante eosd. vss. cui porro cod. hiatus est inde ad vs. 786. *visenda: que* V. ed. Th. Ra.—731 *clarumque* Fab.—735 *supera* vulg. Hinc usque ad vs. 785. desunt in Voss. vet.—736 *egregiæ* V. ed. Th. Ra.—737 *bone* Bas. marg. Ald. *divinitus* Th. Ra. *inveniente* Ferr. Mus. B. 2. 3.—738 *Ex adyto* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *sponsa* Cant.—739 *magisquam* V. ed. Th. Ra.

NOTÆ

729 *Rebus opima*] Multis codicibus hic versus desideratur: videtur tamen Lucretianus.

730 *Hoc viro*] Empedocle.

735 *Hic tamen, et, supra quos, &c.*] His 8. vss. erroris et falsitatis arguit Empedoclem, quamvis doctum et magnum virum fuisse prædicaverit. Arguit et ejusdem erroris nonnullos, qui, licet Empedocli fuerint inferiores doctrina, nihilominus etiam responsa fecerunt magis sancta et præclara, quam ea, quæ Pythia Phœbi sacerdos facere solet ex tripode. In eo igitur

errare illos vult, quod non unum elementum, ut Heraclitus: sed duo, aut quatuor simul statuerint rerum primordia.

740 *Pythia*] Sacerdos erat Apollinis apud Delphos, quæ consulentibus oraculum reddebat responsa ex tripode. Dicta Pythia a verbo Græco *πυθάσθαι*, consulere et interrogare.

Tripode] Tripus erat mensa seu sella, tribus sustentata pedibus, cui superimpositæ Phæbædæ vaticinabantur. Dicebatur et 'Cortina,' Plin. xxxiv. 3. Tripus autem illud, et Sa-

Principiis tamen in rerum fecere ruinas,
 Et graviter magneti magno cecidere ibi casu:
 Primum, quod motus, exempto rebus inani,
 Constituunt, et res molleis rarasque relinquunt,
 Aëra, solem, ignem, terras, animalia, fruges; 745
 Nec tamen admiscent in eorum corpus inane:
 Deinde, quod omnino finem non esse secandis
 Corporibus faciunt, neque pausam stare fragori:
 Nec prorsum in rebus minimum consistere quidquam:

pode et lauro Apollinis: hi tamen lapsi sunt in primordiis rerum; et quamvis magni essent, collapsi sunt tamen ruina valde magna. Primo, quia statuunt motum fieri posse, sublato vacuo e rebus; et concedunt res aliquas esse molles, et non solidas, puta aërem, solem, ignem, terras, animalia, herbas: neque tamen intermiserunt vacuum intra naturas harum rerum. Secundo, quia non ponunt aliquem prorsus esse terminum rebus dividendis; neque dari quietem discidio rerum; nec inesse omnino

—740 *Phytia* O. Mus. B. 1. 2. 3. *Phytia* Cant. *tripodi* Cant. Voss. vet. *tripodis* V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. *a pro ex* Voss. L. B. sed abest præpositio Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. ut *que* etiam V. ed. *profertur* Vind. —742 *Et pariter* Mus. B. 2. *cecideri* V. ed. Th. Ra. *nisu* pro *easu* V. marg. 1. —743 *Primumque* V. ed. Th. Ra. *quo* Par. Cout. V. marg. 2. Bodl. *qui* V. marg. 1. —746 H. vs. et ad vs. 786. desunt Voss. vet. *corpore* Gryph. Voss. marg. 2. Creech. —747 *Denique et* Vind. Mus. B. 2. 3. Heins. 1. *Denique et quod* V. ed. Th. Ra. *Denique q. finem omnino u. posse s. V.* marg. 1. —748 *facient* V. ed. Ferr. Th. Ra. Heins. 1. Vind. O. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. *pausa* Mus. B. 2. 3. —749 *prorsus* Mus. B. 2. *nimirum* V. ed. Th. Ra. *nimum* Cant. *consistere quirit* V. ed. Ferr. Th. Ra. O. *quideis* Mus. B. 2. 3. *quire* V. marg. 1.

NOTÆ

cerdotes ipsæ coronabantur lauro Apollini sacra. Unde ex tripode et lauro profari dicebantur.

743 *Primum, quod motus, &c.*] His 4. vss. explicat simul et explodit 1. errorem, in quem de rerum principiis lapsi fuerint Empedocles et alii, quos supra memoravit. Nimirum hi voluerunt motum fieri posse sine inani: admisissentque res cunctas, quæ tamen esse nequeunt sine inani; puta aëra, solem, hoc est, æstum solis, ignem, terram, animalia, et fruges. Quæ omnia mollia sunt et rara corpora, atque adeo inane admixtum habeant necesse est. Quod utrumque rite demonstravit supra vs. 330. et 427.

747 *Deinde, quod. &c.*] His 7. vss. exponit 11. errorem: scilicet Empedocles et alii, dum quatuor, aut duo elementa statuunt prima rerum principia, rebus tamen frangendis finem non faciunt: sed illas ita in infinitum dividuas admittunt, ut nusquam ad minimum quid et insecabile perveniat; cum tamen sensus ipsi nobis monstrent illud ipsum extremum cæcumen, quod in rebus cernere non valent oculi, esse id ipsum minimum quid et insecabile, quod quidem dari rite probavit ipse Lucretius supra vs. 593. et seqq.

748 *Pausam*] *Moram, finem, III.* 944. lib. iv. 1109. Et Lucill. 1. *Hæc ubi dicta dedit, pausam fecit*

Quom videamus id extremum quoiusque cacumen 750
 Esse, quod ad sensus nostros minimum esse videtur;
 Conjicere ut possis ex hoc, quod cernere non quis,
 Extremum quod habent, minimum consistere rebus.

Huc adcedit item, quoniam primordia rerum
 Mollia constituunt, quæ nos nativa videmus 755
 Esse, et mortali cum corpore funditus: atqui
 Debeat ad nihilum jam rerum summa reverti,
 De nihiloque renata vigescere copia rerum:
 Quorum utrumque quid a vero jam distet, habebas.

aliquid minimum in rebus: cum tamen cernamus ultimum apicem in corporibus esse eum, qui minimus videtur secundum nostros sensus. Ita ut queas colligere ex eo, quod non potes videre, inesse rebus aliquid, quod res ipsæ habent ultimum. Adde etiam quod jam illi statuunt principia rerum esse res molles, quas nos cernimus generari, et constare natura omnino mortali. Itaque jam tota natura rerum deberet redigi ad nihilum: et summa rerum deberet jam renasci et vigere de nihilo. Quantum autem utrumque horum absit a vera ratione, jam antea cognoscebas.



—750 *videas* Bodl. *ad extremum* Mus. B. 2. *nimum esse* V. marg. 1.—752 *Conicere* Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. L. B. *posset* V. ed. Th. Ra. *et hoc* Cant. *quæ cernere* Bodl. O. Mus. B. 1. Cant. Gif. Gryph. Nard. Cout. Bas.—753 *minimum in consistere* Lamb. Gassend. *minimum* deest Delph. *nimum* V. marg. 1. *rebus deest* Voss. L. B.—754 *quoniam:* sic Ferr. Th. Ra. V. ed. Ald. Gif. Par. Gryph. Nard. Cout. Bas. P. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *quod jam* vulg.—755 *Talia constituunt* Bodl. Cr. *natura videmus* Mus. B. 1. 2.—756 *immortali* Bodl. *ut qui* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Heins. 1. Bodl. Cr. Bas. marg. P. Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. sed P. in not. reponit *atqui*.—758 *vigescere:* sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. V. marg. Bodl. Voss. L. B. Vind. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *virescere* vulg.—759 *Quorum rerum* Ferr. *quod* Bodl. *jam* deest Ferr. Mus. B. 1. *habebis* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Nard. Bas. Bodl. Vind. Mus. B. 2. 3. Cant.

NOTÆ

ore loquendi.' Varr. vi. de L. L. Est autem pausa Græca vox, a verbo παύομαι, 'cesso.'

[Fragori] Quasi fractioni; discidio, rebus frangendis.

752 *Quis*] Verb. id est, *potes*.

754 *Huc adcedit, &c.*] His 6. vs. arguit III. Empedoclem, qui, dum elementa quatuor vulgaria statuit rerum primordia, statuat corpora mollia, nativa, et mortalia; sunt enim ignis, ær, aqua, et terra generationi et corruptioni obnoxia, ut constat. Principia autem rerum solida esse debent, principio et fine carentia, hoc

est, ingenerabilia, ut aiunt, et incorruptibilia. Secus enim res cunctæ fierent ex nihilo et in nihilum reverterentur; quod utrumque fieri non posse demonstratum est supra vs. 158. et seqq. et 215. et seqq.

Quoniam [quod jam] Bene. Alii, *quonium*, male.

757 *Rerum summa*] Universa rerum natura. vs. 236. &c.

758 *Vigescere [virescere]* Grandescere, crescere. Sic vs. 675.

759 *Habebas*] Noveras, nempe vs. 158. 215. et seqq.

Deinde, inimica modis multis sunt, atque venena 760

Ipsa, sibi inter se; qua re, aut congressa peribunt,

Aut ita diffugient, ut, tempestate coacta,

Fulmina diffugere, atque imbreis, ventosque, videmus.

Denique, quatuor ex rebus si cuncta creantur,

Atque in eas rursus res omnia dissoluuntur; 765

Qui magis illa queunt rerum primordia dici,

Quam contra res illorum, retroque putari?

Alternis gignuntur enim, mutantque colorem,

Et totam inter se naturam, tempore ab omni.

Præterea quatuor elementa sunt sibi invicem pugnantia pluribus modis, et virus sunt sibi invicem. Quamobrem vel conciliata interibunt, vel discedent, sicut cernimus fulmina, nimbos, et ventos dissipari huc illuc, cum tempestas est exorta. Tandem si res omnes iterum resolvuntur in illa quatuor corpora, quamam ratione illa quatuor corpora possunt nominari potius principia rerum, quam ex adverso, et contra res ipsæ possunt censerī principia illorum? Namque generantur alternatim ex se invicem, et variant formam, et omnem suam naturam inter se. Contra

—760 *in ulli pro multis* Mus. B. 2. *videntur pro venena* Mus. B. 3.—761 *sibi deest* V. ed. Th. Ra. *intra* Mus. B. 2. *quare* Ferr. Ald. Bip. Delph. Hav.—762 *coactu*: sic Par. Gryph. Delph. Nard. Creech. Bodl. P. V. ed. Voss. L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. *coorta* reliqui.—763 *Fulmina* Heins. 2. *diffugiant* V. marg. 1.—764 *quattuor* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *cuncta* V. ed. Th. Ra.—765 *ea* Mus. B. 2. *rursus* Voss. L. B. sed corr. *omnes* V. ed. Th. Ra. Ald.—767 *retæque* P. in not.—768 *Æternis* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Vind. Mus. B. 1. 2. Cant.—769 *totas naturas* Mus. B. 3. *omnes* P. et hunc versum sequitur

NOTE

760 *Deinde, inimica, &c.*] His 4. vss. urget iv. Empedoclem, arguitque male ab illo quatuor elementa statui rerum principia; quia mutuo sese perimunt et mutant; cum tamen rerum principia debeant immortalia esse et immutabilia. Qua vero ratione pugnent inter se elementa, non probat; id enim manifestum constat. Quippe natura constant contraria. Ignis calidissimus est et siccus: aqua vero frigidissima et humida: aër humidissimus et calidus: terra autem siccissima et frigida. Itaque ignis, quia calidissimus et siccus, pugnat cum aqua, quæ frigidissima est et humida. Quia calidissimus, pugnat cum terra, quæ frigida est. Quia siccus, pugnat cum aëre, qui humidissimus est. Et ita de aliis.

Modis multis] Tot scilicet, quot variæ fieri possunt elementorum combinationes, ut aiunt.

761 *Congressa*] Conciliata, coalita.

764 *Denique, quatuor, &c.*] His 6. vss. urget v. Empedoclem ex eo, quod non sit potior ratio cur ille quatuor elementa statuat rerum principia, quam res ipsas elementorum primordia; cum ex rebus ipsis vulgo et passim generentur ignis, aër, aqua, et terra, perinde ac res fiant ex igne, aëre, aqua, et terra.

766 *Illa*] Elementa quatuor. Mutat autem genus; namque vs. 761. dixit: 'quatuor ex rebus:?' sed hoc ipsi familiare est.

768 *Colorem*] Formam exteriorem, quæ sub oculos cadit.

Sin ita forte putas ignis terræque coire 770
 Corpus, et aërias auras, roremque liquorum,
 Nihil in concilio naturam ut mutet eorum ;
 Nulla tibi ex illis poterit res esse creata,
 Non animans, non exanimo cum corpore, ut arbos :
 Quippe suam quidque in cœtu variantis acervi 775
 Naturam obtendet, mixtusque videbitur aër
 Cum terra simul, et quodam cum rore, manere :
 At primordia gignundis in rebus oportet
 Naturam clandestinam, cæcamque, adhibere ;
 Emineat ne quid, quod contra pugnet, et obstet, 780

rero, si fortasse credis corpora ignis et terra, et aërios flatus, et humorem aquarum ita conciliari, ut nulla res rariet naturam illorum in cœtu : sane nulla res poterit tibi esse genita ex illis ; non enim res animata ; non res inanimata natura, veluti arbor. Namque quodlibet illorum quatuor manifestabit semper naturam suam in concilio diversi cumuli, et aër cernetur immixtus esse una cum terra, et ignis videbitur permanere cum aqua. Atqui necesse est ut principia rerum in rebus generandis apponant naturam latentem, et quæ sub sensus non cadat, ne aliud præstet alteri, quod adversus reluctetur, et obsistat, quin res illa, quæ-

repetitus vs. 763. Vind. Bodl. Voss. L. B. Cant. sed in Voss. L. B. eadem manu deletur.—770 *cohire* Ferr. V. ed. Th. Ra.—771 *aëreas* P. V. ed. Mus. B. 2. *liquorem* Mus. B. 2. *liquoris* Mus. B. 1. 3.—772 *et mutet* Ferr. Vind. Voss. L. B. Mus. B. 1. *ut abest* Mus. B. 2. 3.—774 *Non animas* Ferr. V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. *Non animam* Ald. Gryph. marg. Bas. marg. P. *Non animus* Heins. 1. Voss. L. B. *ex animo* P. Nard. Bas. *cum corpore* P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. *quid corpore* vulg. *quoque corpore* Gassend. *ist arbos* V. ed. Th. Ra.—775 *Quisque* pro *Quippe* Mus. B. 2. *quisque in* Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. *quodque* P. in not. *quisquam* Bodl. Vind. V. marg. 1. *non cœtum* Mus. B. 2. *in cœtum* P. Vind. V. ed. Voss. L. B. Cant. sed P. in not. reponit *cœtu. incertum* Ferr.—776 *ostendit* Vind. Mus. B. 2. Ferr. V. ed. Th. Ra. Heins. 1. Bodl. *ostendat* Cant. *ostendet* vulg. *amixtus* Cant. *vocabitur aër* Gassend.—777 *simul, et quodam cum rore* : sic Gryph. Nard. P. V. ed. Th. Ra. Ferr. Ald. Bodl. Voss. L. B. *atque ignem cum rore* P. in not. *simul, atque ardor cum rore* vulg. *quondam* Mus. B. 2. *manere* Voss. L. B. sed corr.—778 *gignundis* V. ed. Th. Ra.—779 *clandestinam* V. ed. Th. Ra. *cecam* Ferr. *ceram* Mus. B. 2.—780 *Demineat* Ferr. Vind. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2.

NOTE

770 *Sin ita forte putas, &c.*] His 12. vss. instat vi. adversus Empedoclem ; aitque quatuor elementa in rebus creandis non posse suam quæque servare naturam, atque integra et non fracta remanere ; alias enim ex iis non res vere et proprie crearentur ; sed acervus seu aggregatum quoddam

rerum, atque confusio quatuor elementorum, quæ inter se pugnarent. Quo quid absurdius ?

772 *Concilio*] Cœtu, congressione, conciliatu.

774 *Cum*] Alii *quid*. Idem sensus.

779 *Cæcam*] Latentem et obscuram, quæ sub sensus non cadat.

Quo minus esse queat proprie, quodquomque creatur.

Quin etiam repetunt a cœlo, atque ignibus ejus ;
 Et primum faciunt ignem se vortere in auras
 Aëris : hinc imbrem gigni, terramque creari
 Ex imbri ; retroque a terra cuncta revorti, 785
 Humorem primum, post aëra, deinde calorem :
 Nec cessare hæc inter se mutare, meare
 A cœlo ad terram, de terra ad sidera mundi :

cumque fit, possit revera creari. Adde quod illi exordiuntur ab æthere, et ab ejus ignibus : et principio statuunt ignem ætherem mutare se in status aëris ; ex aëre aquam generari ; et ex aqua terram fieri. Et vice versa, illa quæque redire a terra : primo aquam, deinde aëra, postea ignem. Neque hæc quatuor desinere mutuo se vertere ; transire de æthere ad terram ; et de terra ad sidera cæli. Quod



Cant. Heins. 1. *Denumerot* V. ed. Th. Ra. *De numero* P. Ald. *Diminuat* V. marg. 1. *Diminuat* Mus. B. 3. *Denumerat* Bodl. *nec quid* Mus. B. 2.—782 *Quando* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2. *at ignibus* Mus. B. 2. *ignibus* ipsis Gassend.—784 *ignem gigni* V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Heins. 1.—785 *Ex igni* Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Heins. 1. Ferr. Th. Ra. *in terram* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 3. Cant. Heins. 1.—787 *Ne* Ferr. *cessere* V. ed. Th. Ra. *mutando* Gryph. Nard. Bas. Bodl. Cr. P. in not.—788 *A* : sic P. Gottorp. fr. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Mns. B. 1. 2. Cant. Heins. 1. *De reliqui, sidera cæli* quidam codd.—

NOTÆ

782 *Quin etiam repetunt, &c.*] His 21. vss. urget VII. Lucretius adversus Empedoclem, et ejus assecclas, qui quatuor elementa sic statuunt rerum principia, ut, sicut monuimus vs. 671. not. velint ex igne primum fieri aëra : ex aëre deinde aquam : ex aqua postea terram : atque ex hac tandem res cunctas generari, crescere, et ali : et vice versa cunctas res primum redire in terram : terram in aquam : aquam in aërem : aërem in ignem. Quæ mutua mutatio quam absurda sit probat Lucretius ex eo, quod repugnat naturæ primordiorum, quæ immutabilia esse debent, ut demonstratum est sup. vs. 586. ne res cunctæ redeant ad nihilum. Igitur, cum elementa commutentur ad se invicem, non possunt esse rerum principia. Vel enim penitus mutantur, vel in

Delph. et Var. Clus.

iiis remanet aliquid immutabile. Si penitus mutantur, ergo non sunt primordia : sin autem aliquid in iis remanet immutabile, illud ipsum erit, quod primordium sit statuendum ; quodque cum aliis multis, si bene creaverit ignem, possit æque aërem, aquam, terram, et ceteras res creare, paucis ademtis, attributivæ, aut mutatis.

A cælo] Ab æthere, in quem sblimis ignis fertur, in quo esse creditur. Quanquam non in æthere, sed in cælo ignem esse veteres crediderunt.

784 *Hinc*] Id est, ex hoc, nempe ex aëre.

788 *Mundi*] Cæli, quod Universi pars est nobilior, et a poëtis usurpatur pro toto mundo. vs. 74. vs. 1053. &c.

Lucret.

I.

Quod facere haud ullo debent primordia facto.
 Inmutabile enim quiddam superare necesse est ; 790
 Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
 Nam, quodquomque suis mutatum finibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
 Quapropter, quoniam quæ paullo diximus ante,
 In conmutatum veniunt, constare necesse est 795
 Ex aliis ea, quæ nequeant convortier usquam :
 Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
 Quin potius, tali natura prædita, quædam
 Corpora constituas ; ignem si forte crearint,
 Posse eadem, demptis paucis, paucisque tributis, 800
 Ordine mutato, et motu, facere aëris auram :
 Sic alias aliis rebus mutarier omneis.

At manifesta palam res indicat, inquis, in auram

*tamen principia nulla ratione oportet ut faciant ; namque oportet ut aliquid super-
 persit, quod non convertatur, ne res cunctæ revertantur omnino ad nihilum. Et-
 enim illud omne, quod mutatur et egreditur e limitibus suæ naturæ, subito fit in-
 teritus ejus ipsius, quod fuit antea. Quamobrem cum hæc elementa, quæ modo an-
 tea memoravimus, commutentur inter se, oportet ea fieri ex aliis rebus, quæ non
 possint usquam mutari, ne res cunctæ revertantur tibi omnino ad nihilum. Imo vero
 oportet ut ponas aliqua corpora constare tali natura ; quæ, si fortasse generave-
 rint ignem, valeant etiam creare flatu aëris, sublatis paucis, et paucis attribu-
 tis, inversoque ordine, et motione. Et similiter necesse est ceteras res verti ex
 mutatis aliis rebus. Sed, ais, res clara manifeste ostendit cunctas res augeri,*

789 *pacto* P. Mus. B. 1. 2. Cant. Ald. Bip. Delph. Hav. et al.—791 *Nec Cant. re-
 ducuntur* Mus. B. 2.—793 *hoc more* Mus. B. 1.—794 *quando* Cant. qui O. Mus. B.
 1. quod V. ed.—795 *Incommutatam* O. Mus. B. 2. *verum* pro *veniunt* V. ed.—796
usquam : sic Gryph. Nard. Gottorp. fr. P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. vet.
 et L. B. *unquam* vulg.—797 *reddeant* Ald.—801 *auram* : sic P. V. ed. Bodl. Th.
 Ra. Ferr. Ald. *auras* reliqui.—802 *rebus res vertier* Fab. Creech.—803 *Ac* Ferr.
 V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 3. *ignis* pro *inquis* Mus. B. et sic superscri.

NOTÆ

792 *Nam quodcumque, &c.*] Hi 2. hoc sensu et ordine : Cur non potius
 vss. prius positi sunt vs. 671.

794 *Quæ*] Supp. elementa quatuor.

795 *In conmutatum*] In mutuam
 mutationem. Conmutatus, us. Sic vs.
 1094. cibatum.

796 *Ea*] Elementa.

Convortier] Converti ; metri causa,
 ut sæpe monui. Sic vs. 802.

798 *Quin potius, &c.*] Hos 4. vss.
 quidam legunt cum interrogatione,

hoc sensu et ordine : Cur non potius
 constituas quædam corpora tali na-
 tura prædita ; ut, si forte ignem crea-
 verint, possint quoque, paucis detrac-
 tis aut additis, aërem creare ? Verum
 sensus idem satis per se patet, etiam
 sine interrogatione.

802 *Aliis rebus*] Nempe ex aëre
 aquam, ex aqua terram, ex terra res
 cunctas creati.

803 *At manifesta palam res, &c.*] His

Aëris e terra res omneis crescere, alique:
 Et nisi tempestas indulget tempore fausto 805
 Imbribus, et tabe nimborum arbusta vacillant;
 Solque sua pro parte fovet, tribuitque calorem;
 Crescere non possint fruges, arbusta, animantes.
 Scilicet; et, nisi nos cibus aridus, et tener humor,
 Adjuvat, amisso jam corpore, vita quoque omnis 810

et nutrirî e terra in flatus aëris: et, si tempus benigne non largitur, fortunata tempestate, pluvias, et quasi tetrum imbrem, sane arbores cadant necesse est; et Sol ex parte sua fovet, et largitur calorem, ut gramina, arbores, et animalia queant grandescere. Nimirum nisi et alimentum siccum, et mollis humor juvat nos, necesse est ut, perdito jam corpore, vita etiam tota libera exeat de cunctis

//////////

Voss. vet. *in auras* Hav. Bip. Delph.—804 *et terra* Voss. L. B. *aternas pro e terra* Mus. B. 2. *aliquas* Mus. B. 2.—805 *fusco* V. marg. 1.—806 *tabi* Delph. Bas. Nard. *tabes* Gryph. P. *tale* V. ed. Th. Ra. *vacillent* Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Par. Delph. Nard. *foecillant* Gryph. marg. Mar. Bas. marg. P. *facillent* V. ed. Th. Ra. Cant. *vacilent* Ferr. *facillant* V. marg. 1. Totum h. vs. Pius ex Priscian. vii. restituit: *et tabe mcnbrorum arbusta vacillent*.—808 *Non possint*: sic Gottorp. fr. Lamb. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. V. ed. *Ne possint* Gif. Par. Gryph. marg. Bas. marg. P. Ald. *uti possint* Gryph. Delph. Bas. Nard. *non possunt* reliqui.—810 *Adjuvet* P. Vind. Mus. B. 2. 3. Gryph. Bas. P. Ald. Bip. Ferr. *Adjuverint* V. ed.

NOTÆ

20. vss. objectionem præoccupat et solvit. Cum enim Lucretius antea statuisset non elementa, sed quædam elementis priora corpora esse rerum primordia; potuit Empedocles aut ejus asseclæ objicere, quod e terra rescunctæ oriantur, crescant, et alantur: quod arbores alat tempestivus imber, ne arescant: quod sol calore suo promoveat fruges, plantas, et animalia: quod alimentum, quod nobis terra suppeditat, nostræ conservationi etiam ac salutis bene consulat: igitur plantæ, arbores, animalia, et homines ortum, nutritionem, et incrementum debent quatuor elementis. Respondet autem Lucretius non elementis tanquam primis principiis hæc deberi: sed iis potius corporibus, ex quibus ipsa elementa contextuntur, ut ceteris rebus alimento sint. Sunt enim prima principia rebus commu-

nia variis modis, quæ pro varia textura, vario motu, varia dispositione, varia figura, varioque concilio res varias progenerant.

Auran Aëris] Aërem, qui flatu agitur. Manil. i. 152. ‘Proximis in tennes descendit spiritus auras, Aëraque extendit medium per inania mundi.’

806 *Tabe* [*tabi nimborum*] Supp. indulget. *Tabes* autem nimborum dicitur largus imber, qui ex nigris et quasi cruentatis sanie aquarum nubibus effunditur. Imber enim alit omnia, vs. 250. et seqq.

Vacillant [*vacillent*] Supp. oportet, necesse est. Alii *vacillant*; minus bene. Id est, ruant.

808 *Non* [*uti*] *possint*] Id est, ut; bene. Alii, *non*. Alii, *ne*: sed rem alius repetunt, nimirum supp. oportet: ut non possint, &c.

Omnibus e nervis atque ossibus exsoluatur.
 Adjutamur enim dubio procul, atque alimur, nos
 Certis ab rebus, certis aliæ atque aliæ res :
 Nimirum, quia multimodis communia multis
 Multarum rerum in rebus primordia multa 815
 Sunt ; ideo variis variæ res rebus aluntur.
 Atque eadem magni refert primordia sæpe
 Cum quibus, et quali positura, contineantur ;
 Et quos inter se dent motus, adcipiantque.
 Namque eadem cælum, mare, terras, flumina, solem, 820
 Constituunt ; eadem fruges, arbusta, animanteis :
 Verum, aliis alioque modo commixta, moventur.
 Quin etiam passim nostris in versibus ipsis

nervis et ossibus. Namque certe nos adjuvamus, et nutrimur a certis rebus : aliæ atque aliæ res aluntur quoque certis rebus. Scilicet, quia principia sunt multarum rerum communia, et sunt immixta in multis rebus per diversas rationes, idcirco diversæ res nutriuntur diversis rebus. Porro plurimi refert plurimque cum quibus aliis principiis, et quo ordine, eadem principia admisceantur, et quos motus cieant inter se, quosve recipiant. Etenim eadem principia procreant cælum, æquor, terras, fluvios, et Solem : eadem generant herbas, plantas, et animalia. Sed mixta sunt diversis principiis, et diversa ratione geruntur. Atque etiam

Th. Ra. *admisso* Mus. B. 3. *jam tempore* P. V. ed. Bodl. Th. Ra. *ald. robore* P. in not.—811 *ac ossibus* Bodl. *exsoluantur* Mus. B. 2. Cant. *exolvatur* Ferr.—812 *Abdicamur* Mus. B. 3. *sed in marg. recepta lect. adjuvamus* Mus. B. 2. *atque procul* Voss. *vet. alunt* Mus. B. 2.—813 *a rebus* Mus. B. 2. 3. *certe* Mus. B. 2.—814 *multimodis* : sic Vind. P. V. ed. Bodl. Voss. *vet. Mus. B. 1. 2.* Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. *marg. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas. multa modis* reliqui.—815 *multa* sic Gottorp. fr. Voss. *vet. mixta* reliqui.—818 *Con quibus* Mus. B. 2. *continuentur* superscr. in Voss. L. B.—819 *Et quo* Bodl. *sese* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. O. Mus. B. 3.—820 *Nam* V. ed. Ferr. Th. Ra. *Namque* Ald. *terras et* Voss. *vet.*—823 *Quando* Ferr. V. ed. Th. Ra. *Quam* Mus.

NOTÆ

810 *Amissio*] Peremto, adempto, vs. 1038. Cicer. Epist. ad Gall. vii. 'Vires et corpus amisi.'

814 *Nimirum, quia, &c.*] Disputat fuse iv. 634. et seqq. cur alius aliis animantibus ac rebus sit cibus, aliudve alimentum.

823 *Quin etiam passim, &c.*] His 7. vs. eadem, qua supra vs. 197. et ii. 688. ubi hos versus repetit, comparatione utitur, ut explicet qua ratione multa corpora materiæ, h. e. principia,

communia multis rebus esse possint, v. g. soli, mari, terræ, aëri, frugibus, animantibus, &c. variasque res ex iisdem corporibus primis fieri possint. Nimirum sicut literæ, quæ sunt vocum elementa, pro varia positura, et ordine vario possunt diversas voces, dictiones, et versus etiam diversos formare : ita et corpora prima, quæ sunt rerum principia, res varias possunt procreare pro vario motu, ordine, et positura, &c.

Multa elementa vides, multis communia verbis ;
 Quom tamen inter se versus, ac verba, necesse est 825
 Confiteare, et re, et sonitu distare sonanti :
 Tantum elementa queunt, permutato ordine solo !
 At, rerum quæ sunt primordia, plura adhibere
 Possunt, unde queant variæ res quæque creari.
 Nunc et Anaxagoræ scrutemur ὁμοιομέρειαν, 830

cernis ubique in ipsis nostris carminibus plures literas, quæ sunt communes pluribus vocibus ; quanquam oportet ut fatearis carminu et voces differre inter se et re, et sono vocali. Usque adeo literæ possunt variari, mutata sola positura illarum. Verum res illæ, quæ sunt principia rerum, queunt adjungere longe plura principia, ex quibus singulæ res diversæ possint fieri. Jam vero expendamus etiam Homæo-

//////////

B. 2. nostris deest V. ed. Th. Ra. in sensibus Cant.—824 bellis pro verbis Gottorp. fr. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. sed in Voss. vet. vera lect. superscr. *rebus* V. marg. 1.—825 *Quin tamen* V. ed. Th. Ra. *inter sese* Ferr. V. ed. Th. Ra. *versu* Vind. Mus. B. 1. 2. *vorsus* Th. Ra. V. ed. Ald.—827 *elementaque uni* Ferr. *mutato nomine* Mus. B. 2.—828 *Atque* V. ed. Th. Ra. Voss. L. B. *rorum* V. ed. Th. Ra.—829 *inde* V. ed. Th. Ra.—830 *ὁμοιομέρειαν* deest Cant. *ὁμοιομερίαν* Ald. *Homoioimeriam* videtur fuisse a

NOTE

824 *Elementa*] Literæ: sic vs. 827. supra vs. 198.

826 *Sonitu sonanti*] Vocali pronuntiatione, ut aiunt. Sicut autem hic dicit ‘sonitu sonanti:’ ita III. 1006. ‘anxius angor.’ Ita Plautus ‘amœnitas amœna:’ ‘pretium pretiosum:’ ‘nitores nitidi:’ ‘pulchra pulchritudo,’ &c. Manil. III. ‘gradi gressum,’ &c.

830 *Nunc et Anaxagoræ, &c.*] His 92. vss. jam explosa Heracliti, Empedocli, et aliorum sententia de primis rerum principiis, Anaxagoræ pariter opinionem de iisdem refutare tentat. Anaxagoras autem excellentis ingenii vir fuit; natus erat viginti annos, teste Laërtio, cum Xerxes Hellespontum tranavit; vixisse fertur annos sexaginta duos: obiit an. U. C. cclxxxvi. et ante Christum natum, an. ccclxviii. Is autem se totum dedit rerum naturæ cognitioni: patriam reliquit, philosophandi

causa. Docuit vero prima rerum principia esse homæomerian, quam Græci vocant, hoc est, similitudinem naturam, vel partium similitudinem: a vocibus Græcis ὁμοιος *similis*, et μέρος *pars*. Hoc autem vocabulum *Homæomeria* non potest, ob egestatem linguæ Latinæ, unica voce Latina reddi. Sic autem mentem illius explicat Poëta noster his 13. vss. prioribus. Fingit igitur et putat Anaxagoras singulas partes enjusque rei, si diversæ sint, ex singulis partibus ac principiis similibus fieri. Sic vult ex minutis ossibus ossa procreari: ex minutis visceribus viscera: ex sanguinis guttulis sanguinem: ex tenuissimis ignis scintillis ignem: ex aquæ guttis aquam: ex auri ramentis aurum: et sic de ceteris rebus. Verum neque rebus intermixtum esse inane: neque rebus frangendis dari finem voluit.

Quam Graii memorant, nec nostra dicere lingua
 Concedit nobis patrii sermonis egestas :
 Sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,
 Principium rerum, quam dicit ὁμοιομέρειαν.
 Ossa videlicet e pauxillis atque minutis 835
 Ossibus, sic et de pauxillis atque minutis
 Visceribus viscus, gigni ; sanguenque creari
 Sanguinis inter se multis coëuntibus guttis :
 Ex auræque putat micis consistere posse
 Auram, et de terris terram concresecere parvis ; 840
 Ignibus ex igneis, humorem humoribus, esse.
 Cætera consimili fingit ratione, putatque ;
 Nec tamen esse ulla parte idem in rebus inane

merian Anaxagoræ, quam Græci vocant, et quam inopia patrii sermonis non sinit nobis nominare nostra lingua. Verumtamen non est difficile explicare vocibus rem illam, nempe Homœomerian, quam ait, esse primordium rerum. Scilicet vult ille ossa v. g. procreari de paucissimis et parvissimis ossibus: ita intestina generari de paucissimis et parvissimis intestinis; et sanguinem gigni de pluribus guttulis sanguinis inter se coalescentibus: et credit aurum posse constare ex ramentis auri: et terram posse augeri de minutis terris: et ignem fieri de ignibus: et aquam constare ex aquis. Credit et existimat ceteras res fieri pari modo. Neque tamen

~~~~~

pr. m. in Voss. L. B. Latinis litt. in plerisque imprimitur.—831 *Grai* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Cant. *Graji* V. marg. 1. *Græci* reliqui. *Græci* Ferr.—833 *exponere* Ferr.—834 *Principio* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 2. 3.—835 *de pauxillis* Th. Ra. Ferr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. V. marg. 1. *de pauxillis* Vind. *pauxillis* Mus. B. 1.—836 *hic et de* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. et *sic de* Nard. Bas. Vind. P. Mus. B. 2. 3. Ald. *etsi de* Mar. et de Bodl.—839 *Exhaurique* Mus. B. 3. *puta* Cant. *nucis* V. ed. Th. Ra.—840 *Aurum* vulg. *terrai* Cant. V. ed. *terra* Th. Ra.—841 In h. vs. repræsentando sequor Vind. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. reliqui fere exhibent ad hunc modum *Ignem ex ignibus, humorem ex humoribus esse: sed secundum ex neque* V. ed. etiam agnoscit. *Wakef.*—843 *idem parte* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B.

#### NOTE

831 *Nostra lingua*] Romana, seu Latina.

832 *Patrii sermonis*] Romani, seu Latini.

836 *Ossibus* [*Ossibu'*] Ossibus, littera s demta; sic vs. 838. 'coëuntibu', pro 'coëuntibus,' &c.

837 *Sanguen*] Antiquè dicebatur sanguen, inis, neutr. nunc sanguis, inis, masc.

841 *Ignibus ex igneis* [*ignem, &c.*]

I. e. ignem ex ignibus; præposterus ordo. Porro Lambinus et alii sic legunt addendo adhuc versum unum: *Sic ignem inter se parvis coëuntibu' nasci Ignibus, exiguis humorem humoribus esse.* Verum et Gifanii et Paræi, et aliorum etiam lectio mihi magis probatur, quam ideo sum secutus. Quin etiam sic legendum censuit ipse Lambinus.

843 *Nec tamen, &c.*] His 4. vss. ar-

Concedit, neque corporibus finem esse secandis.

Qua re in utraque mihi pariter ratione videtur 845

Errare; atque illis juxta, quos diximus ante.

Adde, quod imbecilla nimis primordia fingit;

Si primordia sunt, simili quæ prædita constant

Natura atque ipsæ res sunt; æqueque laborant,

Et pereunt; neque ab exitio res ulla refrænata. 850

Nam quid in obpressu valido durabit eorum,

Ut mortem ecfugiat, leti sub dentibus ipsis?

Ignis? an humor? an aura? quid horum? sanguis an?  
anne os?

*ipse Anaxagoras vult ullo modo vacuum inesse rebus: neque dari terminum rebus frangendis. Quamobrem videtur mihi falli in utraque hac re, æque ac illi, quos antea supra memoravimus. Adjice quod facit principia rerum nimium infirma; si tamen ea sunt principia, quæ constant pari natura, ac res ipsæ constant; et quæ, pariter ac res, labant et intereunt; et quæ nihil arcet ab interitu. Etenim quid illorum est, quod resistet in acri oppensione, ut, intra ipsos dentes mortis, valeat evitare lethum? Ignisne, an aqua? an ær? quid horum elementorum? sanguisne aut ossa?*

//////////

*partem Mus. B. 2. in deest Cant.—844 nec V. marg. 1. inesse V. ed. Bodl. Vind. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. in esse Ferr.—846 H. vs. sic ut edidi, ex divinatione prius emendaveram, quam eodem modo plane scriptum invenerim in Mus. B. 3. Vulgo impr. atque illi supera quos diximus ante. Vice τῶν illi supera quos, habet Gottorp. fr. illis vix a quo; Vind. V. ed. Bodl. illis jura quod; Mus. B. 1. 2. illis jura quos; Voss. L. B. illis vira quod; Voss. vet. illi stura quo; O. illis jungi quod. Wakef. viri illi quos V. marg. 1.—847 imbecillia Voss. vet. et L. B. imbecillia Mus. B. 3.—848 sint V. marg. 1.—849 sunt hæ quæ æque V. marg. 1. quæque V. marg. 2.—850 refrenat Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—852 effugiat Th. Ra. efficiat Ferr. Th. Ra. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sub cætibus Nard. P. V. ed. sub motibus Muretus. subeuntibus O. tentibus*

#### NOTÆ

gumentum 1. deducit Lucretius adversus Anaxagoræ sententiam de primordiis rerum. Scilicet, quia nec inane rebus, nec frangendis corporibus finem admittit Anaxagoras, eadem adversus illum retorquet argumenta Lucretius, quæ adversus Heraclitum, Empedoclem, et alios supra; et quæ longum esset hic retexere.

847 *Adde, quod imbecilla, &c.*] His 12. vss. argumentum 11. adversus Anaxagoram continetur. Carpit autem Lucretius Anaxagoræ principia, tanquam imbecilla, et ad resistendum inepta, cum eadem natura constant, quæ res ipsæ concretæ, quæ et mor-

tales sunt, et facile perimuntur. Interim ambigit an principia dici rite debeant ea, quæ imbecilli adeo natura sunt prædita, parique sorti obnoxia ac res concretæ. Igitur necesse foret ut et ad nihilum res in interitu redirent, et ex nihilo rursus exorirentur, cum nihil in illis firmum superaret, quod morti posset obsistere. Ret, quod enim, inquit, in homine v. g. restabit? an sanguis? an caro, &c.? an quatuor ipsa elementa? nihil sane. Primordia autem debent esse firmissima, et immortalia.

851 *Obpressu valido*] Acri oppensione.

Nihil, ut opinor; ubi ex æquo res funditus omnis  
 Tam mortalis erit, quam quæ manifesta videmus 855  
 Ex oculis nostris, aliqua vi functa, perire.

At neque recidere ad nihilum res posse, neque autem  
 Crescere de nihilo, testor res aute probatas.

Præterea, quoniam cibus auget corpus, alitque;  
 Scire licet, nobis venas, et sanguen, et ossa, 860  
 Et nervos, alienigenis ex partibus esse:

*nihil, ut puto; cum totum corpus quodlibet æquali jure tam mortale omnino erit, quam res illæ, quas manifesto cernimus ante visus nostros interire, ubi percussæ sunt aliqui violentia. Verum testes voco res supra demonstratas, ut constet res neque posse relabi ad nihilum, neque nasci de nihilo. Deinde, cum alimentum ugeat et nutriat corpus, juvat nos scire venas et sanguinem et ossa et nervos constare ex*

//////////

Mus. B. 1. 2. *utentibus* Mus. B. 3.—853 *Ignibus?* Gottorp. fr. Voss. vet. *aqua pro aura* V. marg. 1. *sanguinis* Th. Ra. Ald. *sanguis? an os?* Voss. vet. et L. B. Cant. V. marg. 2. Hav. sed in Voss. vet. *ad nos supercr. man. eadem. sanguisne?* Gif. *sanguis anne os?* Par. *sanguis ad nos* Bas. marg. *sanguinis anne os?* Heins. 2. P. in not. V. marg. 1. *sanguis omos* V. ed. *sanguis un ossa* Delph. *sanguis an?* Creech. *sanguinis ad nos* P. Th. Ra. Ald. Mus. B. 3. *sanguinis annos* Mus. B. 2. *sanguen an ossa* O. P. in not. Lamb. *sanguen ad nos* Mus. B. 1. *sanguis omoios* Ferr. *sanguis omoios* P. in not.—854 *ibi* Bodl. *æquor* Voss. L. B. *quo* V. marg. 2. Mus. B. 2.—855 *quam nos* Bodl.—856 *victa perire* Ald. Bip. Hav. Delph. *cuncta perire* Vind. V. ed. Bodl. P. Mus. B. 1. 2. 3. Bodl. Cr. Ferr. Th. Ra.—857 *Ut* Bodl. *Atque* Mus. B. 3. *reccidere* Lamb. Delph. Voss. vet. *recedere* V. ed. Bodl. Voss. L. B. sed in Voss. L. B. a pr. m. fuit *recidere* teste Hav. *neque cedere jam ad Gryph. Nard.* Heins. 2. Bas. *neque recidere jam ad Gryph. marg.* Heins. 1.—860 *Seu vel ut in nobis Gryph. Nard.* Heins. 2. Bas. *ac sanguen* Mus. B. 1. *sanguin* Vind. Voss. vet. et L. B. *sanguem* Th. Ra.—861 H. vs. deest Gryph. Nard. Gottorp. fr. P. Bodl. Voss. vet. et

#### NOTÆ

857 *Recidere* [*Reccidere*] Duplicata litera 'c,' ut syllaba 're' producat. Sic vs. 1062. Sic Propert. iv. El. 9. 'Reccidat inque suos mensa supina pedes.'

858 *Ante probatus*] Nempe vs. 215. et seqq.

859 *Præterea, quoniam cibus, &c.*] His 9. vs. argumentum III. deducitur ab exemplo, ut aiunt. Sic enim arguit Lucretius: Corpus hominis, et animalium augetur cibo et alitur: cibus autem non unius est generis; sed v. g. allimur pane, piscibus, carne, casco, fructibus, vino, &c. quæ non sunt similes, sed alienigenæ res. Similiter sunt in homine, aut in animali

quolibet alio, partes diversæ et alienigenæ, v. g. caro, sanguis, ossa, venæ, nervi, &c. Quæ tamen partes omnes cibus illis augentur et aluntur. Igitur in eodem cibo, quo nutrimur, debent inesse distincte vel confuse res, quæ similitatæ sint singulis corporis nostri partibus. Quis autem dixerit in caso, v. g. inesse carnem, sanguinem, venas, nervos, et alias partes, quibus hominis corpus constat?

861 *Alienigenis*] Dissimilibus. Quia partes corporis constant ex iis rebus, quibus aluntur. Augentur autem partes corporis rebus inter se dissimilibus. Ergo alienigenis ex partibus esse necesse est.

Sive cibos omnes commixto corpore dicent  
 Esse, et habere in se nervorum corpora parva,  
 Ossaque, et omnino venas, parteisque cruoris :  
 Fiet, utei cibus omnis et aridus et liquor ipse 865  
 Ex alienigenis rebus constare putentur,  
 Ossibus, et nervis, venisque, et sanguine, mixta.  
 Præterea, quæquomque e terra corpora crescunt,  
 Si sunt in terris, terram constare necesse est  
 Ex alienigenis, quæ terris exoriuntur. 870  
 Transfer item, totidem verbis utare licebit :  
 In lignis si flamma latet, fumusque, cinisque,  
 Ex alienigenis consistant ligna, necesse est ;  
 Ex alienigenis, quæ lignis exoriuntur.

*partibus dissimilibus ; sive dicent omnia alimenta constare mixto corpore, et continere in se minuta corpuscula nervorum, et ossium, et prorsus venarum, ac partium sanguinis. Itaque fiet, ut et omne alimentum siccum, et ipse humor, credatur componi ex rebus dissimilibus, ex ossibus, et nervis, et venis et cruore admixto. Postea omnia corpora, quæ nascuntur e terra, si continentur in terris, oportet ut terræ componantur ex dissimilibus rebus illis, quæ nascuntur e terris. Perge similiter ad alias res ; fas tibi erit ut usurpes tot voces. Si ignis, et fumus, et cinis latitant in lignis, oportet ut ligna constent ex rebus dissimilibus. Hoc autem*

L. B. Vind. Mus. B. 1. 3. Cant. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald.—862 *Sine Ferr.* V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. Hav. *cibo* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. *licet pro dicent* Mus. B. 2.—863 *Esset* Voss. L. B.—864 *Ossa* Bodl.—866 *putetur* omn. lib. *tum stare pro constare* Mus. B. 2.—867 *venisque* : sic P. Hav. Ald. Bip. Delph. *sanisque* V. ed. Th. Ra. *saniæque* Ferr. *venique* Gottorp. fr. Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gryph. Bas. Nard. Cant. *sanguiniisque* Bodl. *mixta* Gottorp. fr. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. 3. *mixto* vulg. *misti* V. marg. 1.—869 *terram* : sic Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Bas. *terras* reliqui.—870 *terras* Mus. B. 2.—873 *constant* V. ed. Th. Ra. *ut constant* V. marg. 1. ‘Deinde hunc sequuntur in Vind. Gottorp. fr. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. hi duo vss. lectt. leviter var. ut in P. quoque sed ordine inverso : *Præterea, tellus quæ corpora cumque alit, auget, Ex alienigenis, quæ lignis exoriuntur* : quorum prior haud dubie adlterinus est, cum et orationis seriem interpellat, et ab argumento loci prorsus alienus interveniat ; posterior autem verus est poetæ factus ; et verbis præced. ‘Transfer item &c.’ non defenditur tantummodo, sed omnino vel conviciis depositur. His de

## NOTE

862 *Commixto corpore*] Hoc est, partium alienigenis, et ad partium diversarum corporis nutritionem aptis.

868 *Præterea, quæquomque, &c.*] His 6. vss. argumentum iv. deducitur quoque ab exemplis ; arguitque res cunctas, quæ e terra crescunt et alun-

tur, pariter alienigenis rebus constare : similiter et in lignis latitare ignem, fumum, et cinerem, quæ alienigena sunt, et dissimilia a lignis.

873 *Ex alienigenis consistant, &c.*] Post hunc versum in nonnullis codicibus sequitur hic : *Ex alienigenis quæ*

Linquitur heic quædam latitandi copia tenuis, 875  
 Id, quod Anaxagoras sibi sumit; ut omnibus omneis  
 Res putet inmixtas rebus latitare, sed illud  
 Adparere unum, quouis sint plurima mixta,  
 Et magis in promptu, primaque in fronte, locata:  
 Quod tamen a vera longe ratione repulsum est. 880  
 Conveniebat enim fruges quoque sæpe, minaci  
 Robore quom in saxi franguntur, mittere signum

*in loco quædam facultas exigua effugii relinquitur; quod ipsum sibi Anaxagoras arripit, scilicet ut credat res cunctas latere mixtas in cunctis rebus: sed istud videri aliquid unum, cujus partes plures sint inmixtæ, et positæ magis in aperto, et in primo aspectu. Quod tamen remotum est a veritate rei. Decebat enim exigua grana frumenti, quando teruntur vi lapidis molaris, emittere plerumque indi-*

-----

causis admittendum censni.' Wakef.—875 *quædam l. c. tenuis*: sic Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *tenuis l. c. quædam* vulg. *copia quædam l. V.* ed. Th. Ra.—876 *ex omnibus* Mus. B. 2. et V. ed. Bodl. Th. Ra.—877 *immistis* V. marg. 1.—878 *Apellare* Mus. B. 2. *plurima* P. Vind. V. ed. Bodl. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *pluria* vulg.—881 *minaci*: sic Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Voss. marg. *minace* Gottorp. fr. *minacis* Gryph. Nard. Bodl. Cr. Bas. Bodl. V. ed. et h. ult. *minutas*, vulg. lect. posuit ad fin. vs. *semine nati pro sæpe minaci* Mus. B. 1.—882 *quom in saxi*: sic Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. *in saxis* V. marg. 1. *in deest*

#### NOTÆ

*lignis exoriuntur.* Quem tamen sustulimus, quia et Lambinus, et Paræus, et Gifanius, et alii complures temere intrusum fuisse volunt.

875 *Linquitur heic, &c.*] His 22. vs. objectionem præoccupat, cujus solutionem dat in v. argumenti locum adversus Anaxagoram. Potuit igitur instare Anaxagoras omnibus omnia quidem esse mixta, sed intus latere; tunc vero in apertum rem concretam prodire, v. g. lac, sanguinem, herbas, &c. cum plurimæ similes partes rerum, v. g. lactis, sanguinis, herbarum, &c. confluiscent ac convenissent: hactenus vero antea res apparere tales potius, quam aliud, quod tales partes potius, quam aliæ, quasi dominari viderentur. Cui respondet Lucretius, arguens fore ut in tritura frugum sanguis manaret, et cetera,

quæ aluntur in corpore nostro, puta nervos, ossa, carnem, quæ elici deberent: in collisione saxorum manaret etiam cruor: in herbarum expressione, lac, mel, et liquores dulces emitterentur: in glebarum resolutione cernerentur olera, fruges, frondes, et arbores: in lignorum præfractione viderentur cinis, fumus, et ignis; et ita de ceteris; quæ tamen omnia nec fiunt nec cernuntur. Igitur omnia non mixta sunt omnibus.

878 *Plurima* [*Pluria*] Antique 'pluria.' Sic Terent. Adelph. 'Te pluria in hac re peccare ostendam.' Immo A. Gell. ait potius dicendum esse 'pluria' et 'compluria,' quam 'plura' et 'complura.' Nunc tamen 'plura.'

881 *Minaci* [*Minutas*] Bene. Quidam legunt *minacis*, supp. saxi, quasi duri, rigidi; minus bene.



Sanguinis, aut aliquid, nostro quæ corpore aluntur :  
 Quom lapidem in lapidem terimus, manare cruorem :  
 Consimili ratione herbis quoque, sæpe decebat 885  
 Et laticis dulcis guttas, similitque sapore  
 Mittere, lanigeræ quales sunt ubere lactis :  
 Scilicet; et glebis terrarum sæpe friatis  
 Herbarum genera, et fruges, frundeisque videri,  
 Dispartita, ac in terram latitare minute : 890  
 Postremo, in lignis cinerem fumumque videri,

*cium cruoris, aut uliarum rerum, quæ nutriuntur in nostro corpore : decebat sanguinem fluere, quando conterimus saxum saxo : pari modo conveniebat etiam fere semper herbas fundere non solum dulces guttulas liquoris; sed etiam alias guttas liquoris, qui tali sapore sint, quali constat lac ovis ferentis lanam : similiter decebat etiam nonnunquam olerum genera, et segetes, et frondes cerni oculis, passim dispersa, cum terrarum glebæ franguntur, et minutim latere in glebis : denique decebat cinerem et fumum cerni in lignis, ubi primum frangerentur, et minimas*



in reliquis.—883 *Sanguis* Cant. *alium* Cant. edd. vulg. *alicum* Mus. B. 2.—884 *lapidi lapidem* Hav. Bip. Delph. Cant. P. in not. V. marg. 1. *lapidi in lapidem* Gottorp. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. *terremus* Voss. vet. et L. B. *tenuem* O. *tenuem* in Mus. B. 3.—885 *herbis* : sic V. ed. Th. Ra. Ferr. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Cant. *herbas* reliqui. *decebat* Mus. B. 2.—886 *latices* P. Vind. V. ed. Th. Ra. Ferr. Ald. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Cant. *similesque* Voss. vet. *sapor* Mus. B. 2.—887 *lanigero* corr. P. in not. *quales* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. P. Bodl. Voss. L. B. sed in post. a pr. man. *qualis, quali* Vind. Mus. B. 3. Hav. Bip. Delph. *uberu* Vind. Mus. B. 3. Hav. Bip. Delph. *rubore* Bodl.—888 *Sic licet* Ald. *finatis* V. ed. Th. Ra. *fricatis* Ferr. O. Mus. B. 1. 2. V. marg. 1. ut et Voss. vet. sed a sec. m. *sinatis* Bodl.—889 *genere* Mus. B. 1. *frigidus* pro *fruges* Mus. B. 2.—890 *Dispartita* : sic Mus. B. 1. 2. *Dispartita* vulg. ac sic Mus. B. 3. Ald. post. et Juntina 1812. et P. Vind. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. Cant. *atque* Mus. B. 1. 2. Hav. Bip. et vulg. *terram* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. P. Voss. L. B. *terra vi* Voss. marg. *terris* vulg.—891 *summunque* P.

## NOTÆ

883 *Aut aliquid, [alium,] nostro quæ corpore aluntur* Hoc est, alium, pro aliorum, quæ in corpore nostro aluntur, puta nervos, ossa, carnem, venas, &c. Alii legunt, *aut aliquid, nostro in quæ corpore aluntur*. Alii : *aut aliquid, nostra quo corpora aluntur*.

886 *Laticis*] Liquoris dulcis, puta, nectaris, ambrosiæ. 'Latex' enim usurpatur pro quovis liquore, vino, lacte, aqua, &c. Alii *Latices*; sed male, ut patet.

887 *Quales [Quali]* Supp. sapore. Alii *quales*, supp. 'dulces guttas.'

*Ubere [Ubera] lactis*] Lac ipsum. Alii *ubere lactis* : supp. *quales guttas dulces sunt in ubere lactis*; minus probata lectio.

888 *Friatis*] Dicitur frio, as, h. e. frango, tero. Varr. I. de R. R. IX. et Plin. XIII. 4.

890 *Dispartita*] Supp. hæc omnia genera, herbarum, frugum, frondi-um, &c.

Quom præfracta forent, igneisque latere minutos.

Quorum nihil fieri quoniam manifesta docet res,

Scire licet, non esse in rebus res ita mixtas ;

Verum semina multimodis inmixta latere

895

Multarum rerum in rebus communia debent.

At, sæpe in magnis fit montibus, inquis, ut altis

Arboribus vicina cacumina summa terantur

Inter se, validis facere id cogentibus austris,

Donec flammai fulserunt flore coorto :

900

Scilicet ; et non est lignis tamen insitus ignis ;

Verum semina sunt ardoris multa, terendo

Quæ quom confluxere, creant incendia sylvis.

*flamas latitare in illis. Verum, cum nihil horum esse res clara demonstret, possumus nosse res non sic inmixtas inesse rebus: sed corpuscula prima communia multis rebus debent latitare in rebus, admixta diversis modis. Verum, ais, plerumque accidit in summis montibus, ut vertices supremi procerarum arborum proximi mutuo inter se colliduntur, (austris vehementibus impellentibus facere istud,) usquedum, accenso igne, flammæ cœperunt fulgere. Ita est: et tandem ignis non est inclusus in lignis: sed plurima corpuscula prima ignis insunt, quæ, ubi concur-*

vss. 890. 891. Desunt Gottorp. fr. *fumum cineremque* Mus. B. 2.—892 *patefacta* Mus. B. 2.—893 *Quo nihil* Mus. B. 2. *debet* Cant.—895 *immissa* Nard. *in mixta* V. ed. Th. Ra. vss. 895. 896. delendos censet Creech.—896 *in multis* Gassend.—897 *Ut* Mus. B. 2. *ignis pro inquis* Mus. B. 1.—899 *validis fulgere* V. ed. Th. Ra.—900 *flammæ* Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. *fluxerunt* P. Mus. B. 2. *vore* O. *fulgure* Boull. *fulgore* Vind. P. V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. Mus. B. 2. 3. Cant. *Donec coorto fulserunt flammæ fulgore* V. ed. D. *coorto f. fulgure flammæ* Bodl. *corusco pro coorto* Mus. B. 2.—901 *tamen lignis* Mus. B. 2.—902 *arboris* V. ed. Th. Ra. *tenendo* Mus. B. 2.—903 *tum*

## NOTE

895 *Semina*] Atomi, corpuscula prima, corpora materiæ, &c.

896 *Communia*] Ut dictum est vs. 823. not.

897 *At, sæpe in magnis, &c.*] His 10. vss. aliam præoccupat objectionem, ex cuius solutione vi. argum. deducitur adversus Anaxagoram. Sic autem objici potuit. Quæ ex rebus eliciuntur, ea sunt in rebus: atqui sæpe fit ut ex arboribus collisis inter se eliciatur ignis, quo sylvæ comburantur. Quod fieri plerumque testatur Thueyd. II. Igitur in arboribus est ignis. Factum non negat Lucretius: sed non ex igne, qui arboribus

insit, verum ex seminibus, quæ multarum rerum communia sunt et inmixta rebus, et quorum vario motu, ordine, positura, &c. res variæ coalescunt. In hoc ergo discrepant Lucretius et Anaxagoras, quod hic partes rerum similes in rebus distinctas et veras inesse velit: ille vero corpora tantum materiæ, seu semina rerum, quæ communia sint ad res multas generandas, pro vario illorum motu, ordine, dispositione, &c.

899 *Austris*] Meridionalibus ventis nominatim, pro ventis generatim.

900 *Flore [Igne]* Bene. Alii *fulgore*; vel *flore*; male.

Quod, si facta foret sylvis abscondita flamma,  
 Non possent ullum tempus celarier ignes : 905  
 Confacerent volgo sylvas, arbusta cremarent.

Jamne vides igitur, paullo quod diximus ante,  
 Permagni referre, eadem primordia sæpe  
 Cum quibus, et quali positura, contingantur ;  
 Et quos inter se dent motus, adcipiantque ? 910  
 Atque eadem, paullo inter se mutata, creare  
 Igneis e lignis ? quo pacto verba quoque ipsa  
 Inter se paullo mutatis sunt elementis,  
 Quom ligna atque igneis distincta voce notemus.

Denique, jam quæquomque in rebus cernis apertis, 915

*rerunt atterendo, generant incendia sylvis. Quod si tuntu ignis latitaret in arboribus sylvarum, flammæ non possent latere per ullum tempus, sed continuo excreterent penitus sylvas, et comburerent arbores. Nonne ergo nunc agnoscis id, quod paulo supra diximus, nempe plurimi interesse plerumque cum quibus aliis principis, et quali positione ipsa principia rerum sint, et quas motiones invicem reddant, atque recipiant : et eadem paululum inter se transposita generare ignes e lignis, qua simili ratione ipsæ etiam voces LIGNA et IGNES se habent, literis paululum inter se mutatis ac transpositis, quoniam designamus diverso vocabulo LIGNA et IGNES.*



*cum fluxere* P. cum fluxere V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—904 *facta*: sic Gryph. marg. Heins. P. Gottorp. fr. Bas. marg. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. Voss. marg. vet. et L. B. tanta reliqui. *ascondita* Mus. B. 3.—905 *tempus ultum* V. marg. 1. *ullis lignis* Mus. B. 3. *ullum tumen* O. Mus. B. 1. *tempus deest* Vind. Mus. B. 2. *celarier* Delph.—906 *silvas* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—907 *Nome vides* Mus. B. 2. *igitur et* Mus. B. 1.—908 *Per magni* Th. Ra. V. ed.—909 *est quali* Mus. B. 2. *aut quali* Mus. B. 1. *contineantur* Mus. B. 2. *conjungantur* Fab. *continuantur* O. *contingantur?* Gryph. marg. Gottorp. fr. Heins. Bodl. Cr. P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B.—910 *dent tactus* Mus. B. 1.—911 *inter se multa* Mus. B. 2. *cruore* Bodl.—912 *lingnum* Gottorp. fr. *lignum* Voss. L. B.—913 *paullo* deest Cant.—914 *distracta notamus* O. Mus.

#### NOTÆ

905 *Celarier*] Celari, hoc est, tegi, latitare ; non micare.

907 *Jamne vides, &c.*] His 8. vss. interim concludit ex dictis hactenus atque disputatis, quod paulo ante memoravit vs. 814. nimirum multa esse corpora prima multarum rerum communia, quæ, variis modis, posituris, ac ordinibus posita, res varias procreant: sicut multæ literæ varias efficiunt syllabas, voces, ac etiam orationes. Quod exemplo vocum 'Ligna' et

'Igneis' confirmat, quæ ex iisdem fere literis formantur, paucis mutatis, ac transpositis, ut patet.

909 *Cum quibus, &c.*] Hi 2. vss. positi sunt supra vs. 817.

913 *Elementis*] Literis, vss. 196 824. 826.

915 *Denique, jam quæquomque, &c.*] His 6. vss. ultimum affert argumentum, adversus Anaxagoram, idque eruit ex absurdis, quæ inde sequerentur, si principia essent in rebus res

Si fieri non posse putas, quin materiai  
 Corpora consimili natura prædita fingas,  
 Hac ratione tibi pereunt primordia rerum :  
 Fiet, utei risu tremulo concussa cachinent,  
 Et lacrumis salsis humectent ora, genasque. 920  
 Nunc age, quod super est, cognosce, et clarius audi :  
 Nec me animi fallit, quam sint obscura ; sed acri

*Postremo, si etiam non credis ea omnia, quæ vides in manifestis rebus, posse creari, quin putes esse corpuscula prima, quæ constant simili natura, ac res ipsæ, hoc modo sane principia rerum intereunt tibi: accidet ut principia tacta rideant risu trepidanti, et madefaciant vultum, et malas lacrymis amaris. Jam vero agedum, percipe quod restat, et ausculta rem magis perspicue. Neque ratio mentis decipit me, quam res istæ sint plenæ obscuritatis ; verum spes magna gloriæ tetigit*

\*\*\*\*\*

B. 1. *distracta* V. marg. 1.—916 *non deest* Voss. L. B. *putes* Mus. B. 2.—918 *Hæc* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B.—919 *ut* Mus. B. 2. *tæmulo* Voss. vet. *temulo* P. in not. *cachinent* Ferr. *cachinet* Mus. B. 2.—920 *falsis* Bodl. O. P. in not. *humectet* Mus. B. 2.—921 *aude* V. ed. Th. Ra.—922 *Hæc* Ferr.

#### NOTÆ

similes. Scilicet sicut os hominis tremulo cachinnat risu, et oculi lacrymas salsas fundunt, ita prima principia quædam essent ejusmodi et ridentia et flentia. Quo quid absurdius ? Neque enim actiones, functiones, affectionesque rerum, v. g. hominis, tribui debent principiis ipsis, sed toti homini. Porro per lacrymas et risum designat Poëta præcipuos hos hominis affectus ex Epicuri Doctrina, Dolorem et Voluptatem. Namque Dolor tristis est sensatio ; qualis est fletus sensatio, quæ membranam oculorum tangens excitat lacrymas. Voluptas læta est sensatio, qualis est risum sensatio, quæ præ titillatione movet risum, quod est gaudii indicium.

916 *Materiai Corpora*] Principia, semina rerum.

918 *Pereunt*] Desinunt esse principia, quibus attribuas quæ principiis non convenient.

919 *Cachinent*] Rideant.

920 *Lacrumis salsis*] Sic vs. 126.

I. c. amaris.

921 *Nunc age, quod super est, &c.*] Hactenus de principiis ac prima rerum materia adversus priscos Philosophos. Jam vero his 30. vss. seqq. revocat animum Memmii sui, veritus ne longo illo disputationis discursu longius, quam par sit, illum distraxerit. Allicit autem illum pacta et rerum novitate et verborum ac carminis claritate atque venustate. Pactum vero in promptu solvit, dum præclaram adhibet comparisonem. Sicut enim, inquit, medici, cum absinthia pueris dare conantur, vasis labra melle contingunt, ut laborum tenus decepti pueri salutarem medicinam propinent ; ita, dum de rebus novis, arduis, et obscuris Memmium suum docet, a quibus mens hominum vulgo abhorret, ejus animum lepore ac venustate carminis fore ut retineat sibi pollicetur.

922 *Animi fallit*] Supp. ratio ; sic vs. 98.

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,  
 Et simul incussit suavem mi in pectus amorem  
 Musarum : quo nunc instinctus, mente vigenti 925  
 Avia Pieridum peragro loca, nullius ante  
 Trita solo : juvat integros accedere fuinteis,  
 Atque haurire ; juvatque novos decerpere flores,  
 Insignemque meo capiti petere inde coronam,  
 Unde prius nulli velarint tempora Musæ. 930  
 Primum, quod magnis doceo de rebus, et artis  
 Religionum animum nodis exsolvere pergo :  
 Deinde, quod obscura de re tam lucida pango  
 Carmina, Musæo contingens cuncta lepore :

*pectus meum thyrso vigente et aculeato ; et una indidit mihi animo dulcē amorem Musarum, quojam instigatus, forti animo percurro loca Pieridum invia, et a vestigiis nemini ante me calcata : placet adire fontes illibatos, et haurire aquas ex illis : placet legere novos flores, et ex iis locis quærere capiti meo corollam clarā, ex quibus Musæ nemini antea operuerint tempora. Principio quia edoceo res magnas, et prosequor liberare strictis vinculis Religionum mentes humanas. Secundo, quia fundo versus adeo claros de rebus perobscuris, aspergens omnia venustate Musarum.*

//////////

*fallunt* Bodl.—923 *Percursit* V. ed. Th. Ra.—925 *indistinctus* V. ed. Th. Ra.—926 *locus* V. ed. Th. Ra.—928 *que deest* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—930 *velarunt* Voss. L. B.—931 *docet* Bodl. *decet* V. ed. Th. Ra.—932 *animos* P. in not. Bip. Hav. Delph. *modis* Ferr. *porgo* Voss. vet. et L. B.—935 *Id quod*

#### NOTÆ

923 *Thyrso*] Thyrsus proprie dicitur hasta pampinis involuta, quam Baccho sacra facientes gestabant. Thyrso percussi dicebantur, qui Bacchi furore agitati divino concitabantur. Hinc et divino Apollinis, seu Musarum afflatus concitati dicuntur per metaphoram, Thyrso percussi :

924 *Mi*] Syncope : pro *mihī*.

926 *Avia Pieridum, &c.*] Pierides dicuntur Musæ, vel a Pierio Bæotiæ monte, vel a Pieria ejusdem Bæotiæ regione, in qua ex Jove et Mnemosyne natæ Musæ dicuntur. Eadem autem allegoria, qua Lucretius, usi sunt Horat. Epist. l. I. Virg. Georg. III. vs. 289. Manil. l. et II. Qua ostendant se rem incantatam et nulli

priorum memoratam aggredi, unde sibi majorem capiant laudem ac gloriam.

927 *Solo*] Solea, pede, vestigiis. Cicer. v. Tusc.

930 *Nulli*] Poëtæ Latino. Primus quippe Lucretius carmina scripsit de rerum natura vers. heroicis.

931 *Docco de rebus*] Pro ‘ res. ’ Sic Cic. pro Dom. ‘ Docere Pontificum collegium de rebus divinis. ’

932 *Religionum nodis*] Metu Deorum, vs. 25.

933 *Pango*] Sic vs. 26.

934 *Contingens*] Tingens ; a verbo tingo, vel tinguo ; non autem a verbo tango. Sic vs. 938. 947. contingunt.

Id quoque enim non ab nulla ratione videtur; 935  
 Sed, velutei pueris absinthia tetra medentes  
 Quom dare conantur, prius oras, pocula circum,  
 Contingunt mellis dulci flavoque liquore,  
 Ut puerorum ætas improvida ludificetur  
 Labrorum tenuis; interea perpotet amarum 940  
 Absinthii laticem, deceptaque non capiatur,  
 Sed potius, tali facto recreata, valescat:  
 Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur  
 Tristior esse, quibus non est tractata, retroque  
 Volgus abhorret ab hac; volui tibi suaviloquenti 945  
 Carmine Pierio rationem exponere nostram,  
 Et quasi Musæo dulci contingere melle;  
 Si tibi forte animum tali ratione tenere  
 Versibus in nostris possem, dum perspicias omnem

*Hoc enim ipsum non est alienum ab ulla vera cognitione: verum sicut medici, quando tentant præbere infantibus amara absinthia, aspergunt antea vasa circa labra suavi et flavescenti humore mellis, ut pueritia incauta infantum decipiatur tantum quoad labia, et ut interim bibat tetrum liquorem absinthii, et sic ludificata non tamen decipiatur, verum ut potius tali ratione sanata convalescat: similiter ego, quia hæc materia, quam tracto, interdum videtur molestior iis hominibus, quos nondum fuit edocta, et quia vulgus hominum refugit eam, volui explicare tibi nostram doctrinam dulcibus versibus Pieridum, et aspergere illam tanquam suavi melle Musarum: ut tentarem si fortasse possem tali ratione retinere mentem tuam in nostris carminibus, dum interim vides intus universam naturam rerum, et*

//////////

Ferr.—936 *absinthia* Ferr. *absynthia* Ald.—937 *horrida pro oras* P. in not. 938 *dulcis* Par. Nard. *flavi* Mus. B. 2.—940 *Laborum* Voss. vet. et L. B.—941 *capiantur* Vind. O. Mus. B. 3. Ferr.—942 *tali tactu* Voss. L. B. Lamb. *valescant* Mus. B. 2.—944 *ideoque* Bas. marg. V. ed. Th. Ra. Ald. P. O.—945 *suave loquente* V. marg. 1. *suave loquenti* Mus. B. 2. 3. Cant. *suaveloquenti* Vind.

#### NOTÆ

939 *Puerorum ætas*] Pueri: pueritia infantum.

941 *Absinthii laticem*] Jus ac liquorem absinthii: absinthium, vs. 936.

*Deceptaque non capiatur*] Nimirum decepta dulcedine mellis labiorum tenuis; non capiatur, h. e. non frustretur, sed sanetur absinthii amaritudine hausta.

943 *Hæc ratio*] Hoc doctrinæ ge-

nus, hæc materia, de qua doceo; sic vs. 946.

945 *Volgus*] Antiqua scriptura, pro *vulgus*.

946 *Pierio*] Musæo, quod ad Musas pertinet: vs. 926.

*Rationem*] Doctrinam.

947 *Musæo . . . melle*] Metaphora est. H. e. carmine, quod iustar mellis suave sit.

Naturam rerum, qua constet compta figura.

950

Sed, quoniam docui, solidissima materiai

Corpora perpetuo volitare, invicta per ævum;

Nunc, age, summai quædam sit finis eorum,

Necne sit, evolvamus: item, quod inane repertum est,

Seu locus, ac spatium, res in quo quæque gerantur, 955

Pervideamus, utrum finitum funditus omne

*cernis qua forma sit ornata. Verum, quia ostendi semina rerum solidissimu continuo moveri per aternitatem, nec impediri posse: jam, agetis, explicemus quisnam sit terminus numeri illorum, et an sit; similiter perspicimus an vacuum omne, quod inventum est in rerum natura, sive regio, et spatium, in quo cunctæ res moventur et fiunt, sit totum omnino finitum, an vero infinitum extendatur et infi-*

Bodl.—946 *Carmina* Vind. Mus. B. 2. 3.—949 *possum, d. prospicis* Mus. B. 1.—950 *quarum constet* Mus. B. 2. *constent* Nard. *cuncta figura* Gryph. Bas. Nard. P. in not. Th. Ra.—951 *solidissime* Mus. B. 2.—953 *Hunc* Th. Ra. *summai æquænam* Lamb. *quænam* Par. Barb. Delph. Cout. Voss. marg. *summa audi quænam* Gryph. Nard. Bodl. Cr. Bas. P. V. ed. Voss. marg. Vind. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *summa quædam* Voss. vet. et L. B. *summam audi quænam* Bodl. *æquam* Lamb. in not.—954 *Nec sit* Gif. Par. Bas. marg. Voss. vet. et L. B. *Nec sic* Gryph. P. V. ed. Th. Ra. Ald. *Hæc sic* Bas. Nard. P. in not. *Nec si volvas* Par. *Nec si te voluimus vel sic tuo luamus* V. marg. 1. *Nec si te volvas* Bodl. *Nec si te evolvamus* Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *repertum sit* Voss. vet. sed a sec. m.—955 *quicquid* V. ed. Th. Ra. *geratur* V. ed. Th. Ra. Ald. P. *geruntur* Delph. Cout. *genuntur* Creech. Lamb. in not.—956 *Provideamus* V. marg. 1.

## NOTE

950 *Compta*] Ornata, supp. natura. Alii *cuncta*, supp. natura. Alii *constent cuncta*; quæ lectio laudatur satis.

951 *Sed, quoniam docui, &c.*] His 7. vs. cum hactenus de soliditate atomorum satis disputasse videatur, jam alteram, quæ de illarum summa infinita, atque irrequisite motu superest, difficultatem explicare aggreditur. Hoc autem ipsum assequi non potest, nisi prius de inanis seu vacui patenti latitudine disputaverit. Itaque primum demonstraturus est inane immensum esse secundum omnes partes; cujus 'in immensitate,' ut ait Velleius Epicureus apud Cicer. i. N. Deor. 'latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum.' Unde con-

cludet 'et atomos infinitas esse multitudine; et inane magnitudine infinitum.' Quod et Empiricus adv. Phys. et Stobæus Eclog. Phy. et Plutarch. i. Plac. 3. et Cicer. i. N. Deor. Epicurum docuisse testantur. Quia vero ex inani et atomis tantum constat universum; hoc igitur infinitum esse necesse est.

952 *Invicta*] Non impedita, quominus volitent perpetuo ac moveantur per ævum.

953 *Summai*] Numeri, supp. atomorum.

955 *Seu locus ac spatium*] Sic vs. 335. 422. 427. not. &c.

*Gerantur*] Administrantur, moventur, &c. Sic alibi passim. Lamb. *Genuntur*, quasi *gignuntur*.

Constet, an immensum pateat, vasteque profundum.

Omne quod est, igitur, nulla regione viarum

Finitum est; namque extremum debebat habere:

Extremum porro nullius posse videtur

960

Esse, nisi ultra sit quod finiat; ut videatur,

Quo non longius hæc sensus natura sequatur.

Nunc, extra summam quoniam nihil esse fatendum,

*nite sit immensum. Ergo illud totum, quod extat in rerum natura, nulla parte regionum terminatum est; etenim deberet habere terminum. Atqui terminus nullius rei videtur esse posse, nisi aliquid extet ulterius, quod terminet: ut terminus aliquis cernatur, ultra quem hæc natura sensus, nempe visus, non progrediatur. Jam vero, cum oporteat fateri nihil esse ultra universum, non habet igitur termi-*

//////////

*Perridicus* Bodl.—957 *et an* V. ed. Th. Ra. *pateat* V. ed. Th. Ra. *patefiat* P. Ald. Gryph. Nard. Bas. *vasteque* sic Voss. vet. et L. B. Par. Delph. Cont. Gassend. Lamb. Creech. Voss. marg. 1. *ad usque* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Nard. Bas. *vel deest* Bodl.—958 *ratione viarum* Mus. B. 2. O.—959 *Finitum sit* Voss. vet. *nam qua* Voss. vet. et marg. cum interrog. not. Lamb. Hav. *debeat* Mus. B. 2. *debebit* Fab. Hav. *deberet* Cont.—961 *nisi multa* Bodl. *nisi extra* Delph. Lamb. Creech. *ultra fuit* Mus. B. 2. *fineat* Voss. vet. et L. B. *aut videatur* Mus. B. 1. Bodl. Cr. et Fab.—962 *Quod* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gryph. V. marg.—963 *summam* P. Viud. V. ed. Mus. B. 3. Gryph. marg. *nil* Mus. B. 2.

#### NOTE

957 *Immensum pateat*] Cum secundum latitudinem, tum secundum longitudinem, &c.

*Vasteque profundum*] Hoc est, altum et profundum; immensum secundum omnes partes; hoc est infinitum.

958 *Omne quod est, igitur, &c.*] His 10. vss. continetur 1. argumentum, quo Lucret. probat inane seu vacuum patere infinitum et immensum. Scilicet ipsum universum infinitum patet. Namque, quod est finitum, habet extremum. Quis hoc non dederit? Quod autem habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus. Hoc quoque est concedendum. At quod omne est, hoc est, universum, id non cernitur ex alio extrinsecus. Ne hoc quidem negari potest. Igitur omne quod est, seu universum, non habet extremum. Hoc denique dandum est. Quare cum universum non habeat extremum, infinitum sit ipsum necesse est. Hoc

argumentum iisdem fere verbis est apud Cic. de Div. II. apud Laërt. x. et apud Aristot. III. Phy. 4. quo probatur dari infinitum in rebus: et apud Cleomed. quo ostenditur esse extra mundum inane infinitum. Sed jam singulas partes argumenti expendamus.

*Omne quod est*] Laërt. x. τὸ πᾶν universum, totum.

960 *Extremum porro, &c.*] H. e. ea est natura extremi, ut ab alio contineatur, et finiatur; nec ultra ipsum visus progredi queat. Quasi hæc natura sensus, nempe visus, terminos extremos ponat.

962 *Sensus natura*] Visus, oculi.

963 *Summam*] Universum, omne, τὸ πᾶν. Si enim extra universum esset aliquid, sane non esset τὸ πᾶν, omne. Universum quippe complectitur id omne, quod est, hoc est, universam rerum summam.



Non habet extremum ; caret ergo fine, modoque :  
 Nec refert, quibus adsistas regionibus ejus : 965  
 Usque adeo, quem quisque locum possedit, in omneis  
 Tantumdem parteis infinitum omne relinquit.  
 Præterea, si jam finitum constituatur  
 Omne, quod est, spatium, si quis procurrat ad oras  
 Ultimus extremas, jaciatque volatile telum, 970  
 Id validis utrum contortum viribus ire,  
 Quo fuerit missum, mavis, longeque volare ;

*num, nec habet finem, nec extremum. Nec interest in quibus illius universi partibus consistas ; namque in quantum quilibet homo occupat regionem aliquam illius, in tantum quoquoersum linquit semper totum immensum. Deinde, si jam omnīs locus, qui extat, ponatur terminatus ; profecto, si quis extremus progrediatur ad ultimos fines illius, et mittat spiculum missile, peto a te an relis potius illud vibratum magnis viribus pervenire ad locum, in quem fuerit missum, aut ultra*

//////////

Cant. *fatendum est* Mus. B. 2. 3. Cant. Hav. Bip. et al. edd.—965 *absistas* Delph. *assistas* Bip.—966 *quam* V. ed. Th. Ra. *locum* deest V. ed. Th. Ra. *possidit* Bip. Vind. Mus. B. 1. 2. Hav.—967 *esse relinquit* O. Mus. B. 2.—968 *sic jam* Voss. vet. Lamb. in not. Preig. *sinitum* V. ed.—969 *est* deest Th. Ra. *percurrat* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl.—970 *jaceatque* Gif. *celum* V. ed.—971 *Id validis* Vind. Cant. Bip. Hav. Delph. *Invalidis* Gif. Par. Gryph. Nard. Gassend. Bas. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. *uteram* Vind. *iterum* O. *rerum* Mus. B. 2. *contorque* Mus. B. 2. *contortum* V. ed. *contortum* Th. Ra.—972 H. vs. deest Bodl. Cr. *Quod* Vind. V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. Bas. *majus* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald.

#### NOTÆ

965 *Nec refert, &c.*] His 3. vss. posterioribus præoccupat objectionem, quam quis facere poterat. Nimirum fore regionem aliquam, quæ extranea esset. Verum, inquit, quacumque in regione fueris, infinitum semper hinc inde spatium tibi supererit, cum in infinito non sit extremum. vs. 998. &c.

968 *Præterea, si jam finitum, &c.*] His 16. vss. continetur ut. argumentum, quo Lucretius immensitatem universi infinitam asserit. Si enim, inquit, finitum esset universum, posset certa illius extrema ora assignari. Stet autem aliquis homo in illa extrema universi ora, et inde jaciat telum ; vel erit aliquid extra illam certam universi oram extremam, quo

telum illud ultra mitti possit : vel erit aliquid, quod impediet ne ultra transvolet. Jam vero si sit aliquid, quo telum perveniat ; igitur certa non est ea extrema universi ora, sed aliquid ultra extat. Sin autem sit aliquid quod impediat, ne telum ultra transvolet ; igitur et erit aliquid extra illam certam et datam extremam universi oram. Itaque nulla est finis, nullum extremum immensitatis universi. Si enim ultra progressus fueris, sequetur quocumque Lucretius ; et eodem bipartiti argumenti spiculo instabit progrediendo in infinitum.

971 *Id validis*] Bene. Alii *invalidis*, minus recte.

An prohibere aliquid censes, obstareque, posse?  
 Alterutrum fatearis enim, sumasque, necesse est:  
 Quorum utrumque tibi ecfugium præcludit, et omne 975  
 Cogit ut exempta concedas sine patere.  
 Nam, sive est aliquid, quod prohibeat, ecficiatque,  
 Quo minus, quo missum est, veniat, finique locet se;  
 Sive foras fertur, non est a fine profectum.  
 Hoc pacto sequar; atque, oras ubiquomque locaris 980  
 Extremas, quæram quid telo denique fiat.  
 Fiet, utei nusquam possit consistere finis;  
 Ecfugiumque fugæ prolatet copia semper.  
 Præterea, spatium summai totius omne

*transrolure; an vero putas aliquid esse, quod queat impedire, et obsistere illi? Etenim oportet ut alterum horum duorum concedas, et accipias. Utrumque autem horum intercludit tibi viam effugiendi; et imponit tibi necessitatem ut fatearis totum immensum esse, sublato omni termino. Namque sive sit aliqua res, quæ impediatur et obstet, ne telum illud perveniat in locum, in quem vibratum est, sed ponat se in extremo, sive longius eat extra, sane hoc est extrema ora. Hoc modo insequar; et in quocunque loco posueris ultimos fines, petam quid tandem occidat spiculo illi. Accidat autem, ut nullibi ora extrema possit constare: et ut spatium fugiendi semper ultra dilatet perpetuo locum, in quem telum fugiat.*



Bas. marg. *inanis* Mus. B. 2.—974 *sumasque* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P.—975 *præcludet* Mus. B. 3.—976 *exempto* P. Ald. *parere* Mus. B. 3.—977 *probeat* Gottorp. fr. *præbeat* Vind. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. *ecficiat* sic Gottorp. fr. Vind. V. ed. Bodl. P. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. *faciat* Cant. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. *afficiat* quidam. *afficiat* Bip. Hav. Delph.—978 *quo deest* Th. Ra. *fine* Gottorp. fr. Voss. vet.—979 *in fine* P. *ea finis* Hav. Bip. Delph. *profectum* Bodl. *profecto* Hav. Bip. Delph.—980 *obitumque* V. ed. Th. Ra. *ubique* Cant.—981 *quid cælo* Bodl. V. ed. *fiet* Gottorp. fr. V. marg. Voss. vet.—982 *Fiat* Voss. vet.

#### NOTÆ

975 *Ecfugium*] Effugiendi viam.  
*Omne*] Universum: omne, quod est, spatium: immensum inane.

976 *Exempta . . . fine patere*] In immensum extendi: infinitum esse. Sic vs. 1007.

978 *Quo minus* [*Quominu'*] Quominus, litera *s* denota, ut syllaba corripatur. Sic vs. seq. 'fini,' pro 'finis; sic alibi passim.

979 *A fine profectum* [*Ea fini' profecto*] Alii, *a fine profectum*; supp. telum; bene, idemque sensus.

982 *Finis*] *Ora* extrema: terminus ultimus.

983 *Ecfugiumque fugæ, &c.*] H. e. fiet, ut fugæ copia, i. e. ut spatii immensitas infinita perpetuum effugiendi atque evolandi locum telo illi præbeat.

*Prolatet*] Dilatet, amplifcet; quasi porrotenus latius faciat.

984 *Præterea, spatium summai, &c.*] His 14. vs. proponitur III. argumentum, quo universi immensitas astruitur, nimirum ex incommodis, quæ alias

Undique si inclusum certis consisteret oris,  
 Finitumque foret; jam copia materiai  
 Undique ponderibus solidis confluet ad imum;  
 Nec res ulla geri sub cœli tegmine posset;  
 Nec foret omnino cœlum, neque lumina solis:  
 Quippe, ubi materies omnis cumulata jaceret 990  
 Ex infinito jam tempore, subsidendo.  
 At nunc nimirum requies data principiorum  
 Corporibus nulla est; quia nihil est funditus imum,

*Demum, si totus locus totius universi constaret clausus certis finibus ex omni parte, et esset terminatus: sane omnis multitudo materiæ primæ jam deflueret ex omni parte ad infimum locum præ ponderosa gravitate sua: neque jam res ulla posset fieri sub tecto cœli: nec jam prorsus cœlum ipsum extaret: neque lux ipsa solis. Namque omnis materia rerum conglobata esset, ac iners jaceret jam ab infinito ævo. Jam vero scilicet nulla quies reddita est corporibus primordiorum, quia in nullo loco*

—985 *conclusum certis si institerit* Gassend. *inclusus* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. a man. sec. *horis* Mus. B. 2.—987 *confluxit* Gottorp. fr. Bodl. Voss. L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra.—988 *geni* Bip. Barb. etc.—989 *nec lumina* Bodl. V. marg. 1.—990 *ibi* V. ed. Th. Ra. Ald. P. *materias* Vind.—991 *subsistendo* O.—992 *reges pro requies* Mus. B. 2.—993 *nullis* Mus. B. 3. *nullus* Gottorp. fr. Voss. L. B. Vind. Mus. B. 2. Cant. *nullast* P. V. ed.

## NOTE

evenirent, si finitum esset universum. Namque foret aliquod universi centrum seu imum, sicut et extremum; atqui si locus imus, seu centrum esset, jam pridem in eo tota materies prima, suis ponderibus depressa, consideret ac jaceret iners, et sine motu. Quod si fuerit ita, necesse fuit ut ab infinito etiam tempore nihil potuerit generari, nec cœlum, nec sol, nec cetera omnia; cum sine atomorum motu ac concursu res non coalescant. Res autem manifesta docet principiiis seu atomis nullam esse datam requiem; cum continuo res quotidie nascentur et occidant. Sicut igitur non est aliquod imum, in quo cumulata corpora materiæ consistant, ac sine motu jaceant; ita non est aliquod extremum, quo finiatur universum.

*Summi totius*] Universi.

986 *Copia materiai*] Multitudo principiorum: atomorum copia. Sic vs.

997.

987 *Ponderibus*] Quia enim corpora sunt atomi, pondus et gravitatem habent, vs. 626.

*Confluxet*] Syncope; pro conflueret, h. e. convenisset, descendisset. *Imum*] Centrum, medium locum; quem in universo non dari probat vs. 1051. et seqq.

988 *Geri*] Fieri, generari, moveri, administrari, &c.

989 *Lumina solis*] Sol. Periphrasis. Sic vs. 992. ‘Principiorum corporibus,’ i. e. Principiis.

990 *Quippe, ubi*] Nam, quippe, quia, vs. 243. et alibi.

991 *Ex infinito tempore*] Ab æterno, ab æterno ævo.

992 *Principiorum Corporibus*] Principiis. Periphrasis est, vs. 989.

993 *Nihil est funditus imum*] Nullum est universi centrum, ut demonstrabit vs. 1051.

Quo quasi confluere, et sedes ubi ponere, possint :

Semper in adsiduo motu res quæque geruntur

995

Partibus in cunctis, infernaque subpeditantur,

Ex infinito cita, corpora materiai.

Postremo, ante oculos res rem finire videtur :

Aër dissæpit colleis, atque aëra montes ;

Terra marc, et contra mare terras terminat omneis : 1000

Omne quidem vero nihil est quod finiat extra.

Est igitur natura loci, spatiumque profundi,

*locus infimus prorsus jacet, in quem quasi concurrere, et in quo queant quasi figere sedem : et perpetuo, atque irrequieta motione cunctæ res moventur ac fiunt, in omnibus partibus mundi, et semina rerum immortalia percita ad res gignendas subministrantur ex immenso inani. Denique res alia cernitur ante conspectum terminare rem aliam ; namque v. g. aër discludit montes, et vicissim collis aëra : terra finit æquor, et vicissim æquor terras cunctas. At vero nulla res est ultra universum, quæ terminet illud. Ergo ea est natura spatii, et is est locus uni-*

//////////

Th. Ra. Ald. unum P. O. Gryph. marg. Bas. marg.—994 Quo quare V. ed. Th. Ra. posset Vind. Mus. B. 2. 3. possit Cant. poscit Gottorp. fr. possent V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Heins. 2.—995 Semper et Hav. Delph.—996 Partibus quæ cunctis Voss. vet. et L. B. in deest Mus. B. 2. æterna P. Ald. Bip. Hav. Delph.—997 cito V. ed. Th. Ra. Bodl.—998 an oculos Vind. ex Preig. rem res Hav. Bip. Delph. res jam V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra.—999 discepit Mus. B. 2. discepit Bodl. discepit V. marg. 1.—1000 e contra Gryph. Nard. Bas. Voss. L. B.—1001 vero deest Mus. B. 2. finiatur Mus. B. 2.—

#### NOTÆ

995 *Geruntur*] Fiunt, administrantur, vs. 988.

996 *Subpeditantur*] Subministrantur, suggeruntur ad res gignendas.

997 *Ex infinito*] Supp. inani, quod infinitum est. Cic. de Fin. 1. 'Censet Epicurus, in infinito inani, in quo nec summum, nec infimum, nec medium, nec ultimum, nec extremum sit, corpora individua ita ferri, ut concursioibus inter se cohærescant.' Sic vs. 1025.

998 *Postremo, ante oculos, &c.*] His 10. vs. continetur iv. argumentum, quo Poëta probat a dissimili notissimo universum non habere finem. Scilicet manifesto constat aërem a montibus, et montes vicissim ab aëre terminari: similiter mare terris, et

terras mari finiri; quippe quia et aër est extra montes, et montes sunt extra aërem: et mare est extra terras, et terræ sunt extra mare. Sed extra universum nihil est; cum universum sit id omne, quod est; igitur universum non potest ab ullo terminari; sed ita immensum patet, ut ne vel rapidissima quidem flumina illud nunquam percurrant; nec ita decurrerint, ut minus restet ipsis aliquando decurrendum; quia nusquam terminatur.

999 *Dissæpit*] Discludit, separat.

1001 *Omne*] Immensum universum. Immensitas loci totius naturæ.

1002 *Profundi*] Immensi universi; quod longum, latum, altum, et profundum patet, vs. 951. not.

Quod neque clara suo percurrere flumina cursu  
 Perpetuo possint ævi labentia tractu ;  
 Nec prorsum facere, ut restet minus ire, meando : 1005  
 Usque adeo passim patet ingens copia rebus,  
 Finibus exemptis, in cunctas undique parteis.  
 Ipsa modum porro sibi rerum summa parare  
 Ne possit, natura tenet : quia corpus inani,  
 Et, quod inane autem est, finire corpore cogit ; 1010  
 Ut sic alternis infinita omnia reddat,

*versi immensi, quem neque nobiles fluvii, qui prolabantur assiduo tenore temporis æterni, queant tamen suo decursu permeare, neque omnino efficere labendo, ut sibi minus viæ supersit. Tanta est immensitas late aperta rebus, sublatis terminis ex omni parte in omnes partes. Ceterum natura ipsa impedit ne universa moles rerum queat comparare sibi terminum; quia cogit corpus terminari inani, et, quod est inane, terminari corpore: ut ita vicibus alternis efficiat omnia infinita. Vel sane,*

1003 *perterrere* V. marg. 1. *flumina* V. ed. *fulmina* Gottorp. fr. Nard. V. marg. 1. Mus. B. 3. Ferr. *lumina* V. marg. 2. Voss. L. B. *fulmine* Cant.—1004 *possunt* P. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. *possent* Bodl. corr. P. in not.—1005 *in remeando* Gif. marg. Gryph. marg. Bas. marg. V. ed. Bodl. Cant. *in re meando* Vind. *inremeando* O. Mus. B. 2. *in remanendo* Ferr. Th. Ra. Ald. P. *irremeando* P. in not.—1009 *Nec* Mus. B. 2. *que corpus* Vind. *inane* Gottorp. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—1010 *Ec quod* V. ed. *hunc autem* V. ed. Bodl. Th. Ra. *autest* P. Ald. *finire* Bas. *corpora* V. marg. 1.—1011 *Utque sit* Par. *Utque sic* Bodl. *alterius* Bodl. V. ed.

## NOTÆ

1003 *Clara flumina*] Præ rapiditate, puta Rhodannum, Danubium, &c.

1004 *Perpetuo possint, &c.*] Hic vers. iteratur v. 1215. Hoc est assidua temporis continuatione ac productione.

1005 *Minus ire*] Minus viæ.

1006 *Ingens copia*] Immensitas magna, et innumerabilis.

1008 *Ipsa modum porro, &c.*] His 13. vs. argumentum v. proponit; quod quidem adversus Stoicos videtur afferre. Hi enim, teste Plutarcho, voluerunt 'infinite quidem inane, sed non corpora infinite esse.' Lucretius autem ex Epicuri doctrina docet 'corpora materiæ terminari inani; et inane corporibus;' ut sic alternatim universa rerum summa reddatur infinita, cum atomorum multitudine, tum inanis immensitate. Ad-

eo ut alterutrum infinitum esse nequeat, quin alterum quoque sit infinitum. Namque v. g. si solum inane esset infinitum, nec infinita essent corpora materiæ, nulla sane res jam, neque cælum, neque mare, neque terra, neque homines, neque Dii ipsi possent vel per minimum horæ tempus consistere; immo ne unquam quidem creati potuissent. Quippe ubi corpuscula prima disjecta de suo cœtu volitarent per inane infinitum, nec unquam conciliarentur ad rerum concretionem ac generationem.

*Rerum summa*] Universa rerum copia: universa natura rerum.

1009 *Corpus*] Atomus.

1011 *Omnia*] Atomus nempe et inane, quæ duo sunt, ex quibus tota natura constat, vs. 420.

Aut etiam, alterutrum nisi terminet alterum eorum  
 Simplicem naturam, ut pateat tamen immoderatum;  
 Nec mare, nec tellus, neque cœli lucida templa,  
 Nec mortale genus, nec Divom corpora sancta, 1015  
 Exiguam possent horam sistere tempus.  
 Nam, dispulsa suo de cœtu, materiai  
 Copiam ferretur magnum per inane, soluta;  
 Sive adeo potius nunquam concreta creasset  
 Ullam rem, quoniam cogi disjecta nequisset. 1020  
 Nam certe neque consilio primordia rerum

*si alterutrum non finit alterum illorum, ita ut universum sit solum immensum unica et simplici natura v. g. inanis, nec oceanus, nec terra, nec fulgentes fornices cœli, nec gens humana, nec angusta corpora Deorum possent consistere vel per minimum quidem tempus horæ; namque multitudo corporum primorum disjecta de suo concilio volitaret libera per immensum spatium vacans: vel potius nunquam conciliata procreasset rem ullam; quia, cum dissipata esset, nunquam potuisset conciliari. Etenim profecto principia rerum neque providentia, neque solerti animo*

Ferr. Th. Ra.—1012 terminat P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. alter O. Mus. B. 1.—1013 *Simplici* Mus. B. 2. e natura Ferr. V. ed. Th. Ra. natura e Vind. natura et Mus. B. 3. Bip. Barb. tantum Vind. Barb. totum Gassend.—1014 nec cœli Mus. B. 1. 2. Bip. Delph.—1017 *dispulsa* Mus. B. 2. *dissipata* Cout. de coitu V. ed. Th. Ra. Ald. P. detectum Bodl. et Bodl. Cr. coitu de P. in not. de cœtum Voss. vet. et L. B. sed corr. in Voss. vet.—1020 nequisset V. ed.—1021 concilio V. marg. 1.—1022 se suo

## NOTÆ

1012 *Alterutrum*] Vel inane, vel corpora prima, seu atomi.

1013 *Simplicem naturam*] V. g. sola inanis natura. Id enim satis innuunt cum verba sequentia, 'pateat immoderatum;' tum versus 1018.

*Tamen* [*Tantum*] Bene. Alii *tamen*; minus recte.

*Immoderatum*] Sine modo et fine; hoc est, patens in infinitum. Sic Cicero N. D. II. vocat 'immoderatum æthera.'

1014 *Cœli templa*] Cœlum. Sic Enn. Sic Manil. I. 448. 'Cœli fulgentia templa.' Id est, arcus, aut fornices cœli; seu concava cœli pars ea, quam contemplamur.

1015 *Mortale genus*] Humanum genus: aut omne animantium genus.

1021 *Nam certe neque consilio, &c.*]

His 14. vss. occupatio est, cujus solutio VI. argumenti locum tenet. Potuit enim quis objicere, quod mens aliqua sagax, aut Deus posset dissipata corpora materiæ colligere, et congregare in rerum concretiones. Verum negat id Lucretius, docetque non consilio, aut mente divina conciliari atomos, sed in infinito inani mutuis vexari plagis, ac temerario quodam et cæco concursu inter se cohaerescere, atque in varias rerum, quæ jam sunt, concretiones conciliari; immo et in rerum conservationes convenire, puta maris, fluminum, plantarum, animalium, et cœlestium flammularum. Sic Cic. de Fin. I. Sic Lucret. II. 164.

*Consilio*] Divina providentia.

Ordine se suo quæque sagaci mente locarunt,  
 Et, quos quæque darent motus, pepigere profecto :  
 Sed, quia multa, modis multis, mutata, per omne,  
 Ex infinito, nexantur percita plagis ; 1025  
 Omne genus motus, et cœtus, experiundo,  
 Tandem deveniunt in taleis disposituras,  
 Qualibus hæc rerum consistit summa creata :  
 Et, multos etiam magnos servata per annos,  
 Ut semel in motus conjecta est convenienteis, 1030  
 Efficat, ut largis avidum mare fluminis undis  
 Integrent amnes, et solis terra vapore  
 Fota novet fetus ; summa quoque gens animantium

*quæque disposerunt sese in ea dispositura qua sunt : neque etiam certe conveniunt inter se de motionibus, quas quæque redderent : verum, cum plura immutata diversis modis, et percussa ictibus variis, agitentur per immensum universum præ infinito illorum numero, tentando omne genus motus et concilii, conveniunt demum in tales posituras, qualibus hæc universa natura rerum constat : et conservata est quoque per plura longa sæcula, ex quo scilicet tempore compacta est semel in motiones aptas ; atque hinc facit ut flumina renoveant perpetuo copiosis aquis fluminis oceanum voracem ; et ut terra calefacta calore solis renoveat fruges ; et ut genus animalium, quod debilitatur, vigeat ; et ut flammæ cæli cadentes non*

\*\*\*\*\*

*quæque* : sic Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *se suo neque* V. ed. Th. Ra. Vind. *seque suo neque* Bodl. Mus. B. 1. *seque suo O. seque suo nec* Mus. B. 2. *ne qui suo* Mus. B. 3. *sese quæque* Cant. *se nec quæque* P. *Nec linquunt quos quæque* V. marg. 1. H. vs. sequenti postponitur in Gryph. *locarit* V. marg. 2.—1023 *Nec quos* P. Mus. B. 2. Hav. Delph. *Nec qui quæque gerunt sagaci mente locarunt* Mus. B. 3. Deest integer vs. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Cant. *sagaci mente locarunt* Voss. vet. et L. B. sed in Voss. L. B. ex litura apparet, utrumque versum, h. et præced. a pr. man. aliter fuisse scriptum.—1024 *Quæ quia* Gassend. *multimodis* Mus. B. 3. et vulg. *motata* P. in not. *omnem* Cant.—1025 *infinita* Voss. vet. *Ex infinito ex* Mus. B. 2. *nexantur* V. ed. *versantur* quidam.—1026 *motus et toctus* Mus. B. 2.—1028 *Qualibet* V. ed. Th. Ra. *hæc rebus* Fab. *creatas* Mus. B. 2.—1029 *multo* Mus. B. 2. *formata per* Cout.—1030 *im-motus* Ferr. *conjuncta* Bodl.—1032 *Integret* Mus. B. 2. *Integerent* Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—1033 *Forta* Gottorp. fr. Voss. vet. a pr. man. sed *feta* a sec. m. *Tota* V. ed. Th. Ra. *novet* P. Vind. V. ed.

#### NOTÆ

- 1020 *Per omne*] Per immensum &c. apud Lucret. Ennium, et alios.  
 inane. 1028 *Summa creata*] Universa hæc  
 rerum moles ac natura.  
 1025 *Ex infinito*] Supp. inani. Sic  
 vs. 997. 1036. &c. 1031 *Avidum mare*] Quod fluvios  
 omnes sorbeat.  
 1027 *Disposituras*] Dispositiones,  
 figuras, ordines, &c. Sic veteres no-  
 mina formabant. Positura, censura,  
 dispositura, conjectura, formatura,  
 1032 *Integrent amnes*] Suppeditent  
 ac renoveant fluvii. Sic vs. 230.  
*Solis vapore Fota*] Sic vs. 807.

Floreat, et vivant labentes ætheris ignes :  
 Quod nullo facerent pacto, nisi materiai 1035  
 Ex infinito suboriri copia posset,  
 Unde amissa solent reparare in tempore quoque.  
 Nam, velutei, privata cibo, natura animantium  
 Diffluit, amittens corpus ; sic omnia debent  
 Dissolvi, simul ac defecit subpeditare 1040  
 Materies, aliqua ratione aversa viai.

*extinguantur. Quod quidem nullo modo facerent, nisi abundantia corporum primorum posset subnasci ex immenso inani, ex quibus ea, quæ perduntur, consuescunt suppeditari in quolibet tempore. Etenim sicut natura animalium privata alimento dissolvitur et perit perdens corpus ; ita res omnes debent diffluere, ubi primum materia prima deflexa ab aliqua parte viæ desit subministrare aliud, unde*



Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *morent* Mus. B. 2. *summa* P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. *summam* Mus. B. 1. 'Editi communes, ex conjectura cujusdam, ut videtur, exhibent *summissa* ; quæ vox mentem Lucretii nequaquam videtur attingere. Nos modestius facturos esse opinabamur si ex ingenio reponeremus *quoque* loco *qua* vel *que* membranarum omn. atque vetustiorum impressorum ; quum via scribendi compendiarum corruptelam hujuscemodi nullo modo improbabilem reddat.' *Wakef. genus* V. ed. Th. Ra.—1034 *Floreant* Gottorp. fr. Bas. marg. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Ferr. *Florent* Heins. 2. P. Ald. *virunt* Ald. Heins. 2. Bas. marg. P. *labentis* V. ed. Bodl. Voss. L. B. Cant. Ferr. Th. Ra. Bas. *labentes* P. in not. *labentibus* Mus. B. 1.—1036 *infinita* Voss. vet. a m. sec. *subiri* V. ed. Th. Ra. Bodl.—1037 *admissa* Voss. vet. sed corr. *reparari* P. Vind. Cant. Ald. Bip. Hav. Delph. in *corpore* Gryph. Bas. Nard. *tempora* Mus. B. 2. *quæque* Gottorp. fr. P. V. ed. Voss. L. B. Cant. Ferr. Ald. Nard. Bas. et marg.—1038 *privata cuja* Voss. vet. sed *cibo* superscr.—1040 *defecit* V. ed. Th. Ra. *defecit* O. *defecit* Mus. B. 2. Cant. *defici* Mus. B. 1.—1041 *aliqua*

#### NOTE

'Solque sua pro parte fovet, tribuitque calorem, Crescere non possint fruges, arbusta, animantes,' &c.

1033 *Summa* [*Summissa*] Imminuta, debilitata, fracta. Cic. de Orat. III. et I. in Ver. Plin. XXIX. 1. et 11. 'Summittere pretia,' i. e. 'minuere.'

1034 *Labentes*] Sic vs. 2. 'Cæli subter labentia signa,' aut 'cadentes,' 'perituri.'

*Vivant ignes*] Metaphora ab animantibus ad ignem. Sic Hor. Od. III. 21. 'vivæ lucernæ.' Sic Græci vocant scintillam ζώνυρον, 'ignem vivum.' Ex veterum quippe doctrina, qui voluerunt animas esse ig-

neas, aut ignes.

1036 *Ex infinito*] Supp. inani. Sic vs. 991. Sic sese explicat vs. 1051.

*Suboriri*] Sic vs. 1049. h. e. quasi in locum amissorum et decedentium oriri, subvenire.

1038 *Nam, velutei, privata cibo, &c.*] His 4. vss. confirmat a simili, ut aiunt, res cunctas resolutum iri, nisi materies suboriretur, quæ damnum, quod quæque patiuntur, in tempore resarciret: sicut animalia brevi perirent ac morentur, nisi cibo et alimento restaurarentur in dies.

1039 *Amittens corpus*] Sic vs. 809.

1041 *Aversa*] Quasi reflexa, et im-



Nec plagæ possunt extrinsecus undique summam  
 Conservare omnem, quæquomque est conciliata :  
 Cudere enim crebro possunt, partemque morari,  
 Dum veniant aliæ, ac subpleri summa queatur ; 1045  
 Interdum resilire tamen coguntur, et una

resarciatur, quod amissum est. *Neque etiam ictus exteriores valerent conservare ex omni parte totam naturam rerum, qualiscumque est jam congregata in res ; quippe ictus illi possunt quidem frequenter ferire, et retardare partem unam atomorum, donec aliæ partes accedant, et donec numerus totus possit expleri : verum quasi reperiuntur coguntur aliquando retrocedere, et simul præbere primordiis rerum*



*ratione* : sic P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Bodl. Cr. Gryph. Nard. Bas. et marg. Ferr. Th. Ra. Ald. *recta regione* Mus. B. 1. Gottorp. fr. Hav. Bip. *aliqua regione* Gif. marg. Par. Delph. *adversa* P. Gryph. marg. Heins. 1. 2. Bas. marg.—1042 *possunt* : sic P. Vind. V. ed. Bodl. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. *possent reliqui. intrinsecus* Gif. Par.—1043 *omne quæ cum est* V. ed. Th. Ra.—1044 *portam* Mus. B. 2. *partim quidam.*—1045 *veniunt* Bodl.—1046 *Inter* V. ed. Th. Ra.—1047 *Principiis* :

## NOTE

perita ne longius vagetur : sed sistat in rerum damnum restaurandum. Scilicet volitant atomi per inane, donec temerario concursu congregiantur in rerum concreciones.

1042 *Nec plagæ possunt, &c.*] His 10. vss. præoccupat et solvit objectionem, quæ adversus hanc doctrinam fieri præviderat. Cum enim doceat Lucretius II. 97. et seqq. atomos occurrentes officiose sese percutere ; ex eo conflictu fit ut morantes et tardatæ coalescant et compingantur in corpora. Igitur cum perpetuo concurrant per inane, et sese mutuo percipient, sane tantum abest ut rebus jam concretis aliquod detrahatur, ut etiam novæ et novæ semper adhærescant rebus atomi, atque magis ac magis angeant res cunctas. Cui tacitæ objectioni ut faciat satis, concedit quidem et plagas officiose invicem infligi ab atomis, et rerum effluxum seu damnum impediri : verum non omnino ac integre impediri, quia non incunctanter sese percipiunt : sed

pars partem moratur, donec aliæ veniant ; qua in cunctatione datur libera atomis fuga. Hinc fit, ut nisi infinita atomorum copia suboriantur ex inani infinito, sane rarissimæ essent plagæ, aut etiam nullæ ; sicque res cunctæ breviter dissolverentur et corpus amitterent suum, cum non suboriretur, unde restaurarent illud.

*Summam*] Totam naturam, rerum omnium molem, res cunctas.

1043 *Conciliata*] Coacta, congregata, compacta, concreta.

1044 *Partemque morari*] Partem atomorum retardare, ne effugiant a cœtu.

*Subpleri*] Expleri ; id est, aliis atomis succedentibus reintegrari. Hinc 'supplementum.'

1045 *Queatur*] Sic veteres loquebantur. Plant. Satyrione : 'retrahi nequitur.' Cato, lib. I. orig. 'id nequitum est exangurari.' Sic Virg. 'potestur,' pro 'potest.'

1046 *Coguntur*] Supp. ictus, plagæ.

Principiis rerum spatium tempusque fugai

Largiri, ut possint a cœtu libera ferri.

Qua re etiam atque etiam suboriri multa necesse est :

Et tamen, ut plagæ quoque possint subpetere ipsæ, 1050

Infinita opus est vis undique materiai.

Illud in hiis rebus longe fuge credere, Memmi,

In medium summæ, quod dicunt, omnia niti ;

*locum et tempus effugii, ut ea soluta a conciliatu queant longe vagari. Quamobrem omnino oportet ut multa corpuscula prima continuo subveniant ex infinito inani. Et tamen innumcrabilis copia primordiorum ex omni parte subnascatur necesse est ad hoc, ut ictus ipsi queant sufficere. In his autem rebus, o Memmi, cave omnino credas hoc, quod vulgo docent, nimirum res cunctas tendere in cen-*

//////////

sic Mus. B. 1. 3. *Principium* reliqui. *Principio* P. in not. Gottorp. fr. Bas. marg. *figura* pro *fugai* Mus. B. 1.—1050 *et ipsa* Gottorp. fr. *et ipsæ* Voss. vet. Pius corr. *ipsi*, ut jungatur *plagæ*.—1051 *Infinitæ* Voss. vet. *est* deest Mus. B. 2.—1052 *fuga* V. ed. Th. Ra. *fugæ* Ferr.—1053 *ducunt* V. marg. 1.—1054 *Atque*

#### NOTÆ

1048 *Possint*] Supp. principia rerum, corpora materiæ, &c. non enim omnia corpora prima cohæreere possunt et copulari; quæ igitur copulari nequeunt, ea libera volitant a congressu et conciliatu, donec cum aliis similitatis cohæreant, II. 108. et seqq.

1052 *Illud in hiis rebus longe, &c.*] His 59. vss. tandem docet, sicut in universo infinito et immenso nullum est extremum, ita neque medium esse aut centrum, ut vocant. His igitur 16. vss. prioribus confirmatur universum esse infinitum, asserit illius non esse centrum aliquod aut medium; in quod, ut Peripateticis, et vulgo philosophorum placuit, gravia omnia nitantur ac incumbant; ita ut, quæ supra terras sunt, in illud medium delabantur; quæ vero infra jacent, pariter in illud idem centrum ascendant; quæ autem in ipsa terra posita sunt, in ejus centro conquiescant. Rem explicat comparatione ad Peripateticorum mentem. Quasi non secus hoc fiat, inquit, ac si in

pelvium plenam aqua aliquid injicias, v. g. nummum argenteum; cujus imago mox per aquas medias ad superficiem ascendit inspicienti, neque ulterius progreditur. Similiter animalia, aut res pondere graves ceteræ, non descendunt ultra terras in inferiora cœli loca, aut supra terras ascendunt in superiora cœli templa. Namque qui sunt infra terras, nempe antipodes nostri, ii vident solem supra caput sibi illucentem, dum nos, qui sumus supra terras ex adverso, noctis cernimus tenebras: et contra. Verum, stolidam hanc esse sententiam jam demonstrare conaturus est, nullumque totius seu universi medium omnino esse.

1053 *In medium summæ*] In centrum universi.

*Omnia*] Gravia quidem. Quæ enim levia, e medio, seu centro feruntur ad supremum, minus quidem aut magis fortiter, pro minore aut majore sua levitate. vs. 1084.

Atque ideo mundi naturam stare sine ullis  
 Ictibus externis, neque quoquam posse resolvi 1055  
 Summa atque ima, quod in medium sint omnia nixa :  
 Ipsum si quidquam posse in se sistere credis ;  
 Et, quæ pondera sunt sub terris, omnia sursum  
 Nitier, in terraque retro requiescere posta ;  
 Ut per aquas quæ nunc rerum simulacra videmus : 1060  
 Et simili ratione animalia suppa vagari  
 Contendunt, neque posse e terris in loca cœli  
 Recidere inferiora magis, quam corpora nostra

*trum universi ; et idcirco naturam universi esse sine ullis plagis extrinsecis ; neque res supras et infimas posse dissipari in aliquem locum, quia res cunctæ incumbunt in centrum : si tamen putas rem aliquam posse nili in seipsam, et res omnes graves, quæ jacent sub terris, ascendere sursum ; et contra, res illas, quæ sitæ sunt in medio terræ, conquiescere : sicut illæ imagines rerum, quas cernimus inter aquas. Et volunt pari modo res animantes ferri ex seipsis, nec magis posse e terris descendere in infimas regiones cœli, quam corpora nostra queant ex*



adeo Bodl.—1055 *alternis* P. Ald. *æternis* V. ed. *quoque* Mus. B. 1. 2.—1056 *sunt* V. marg. Ferr. cura V. ed. Th. Ra.—1057 *insistere* Voss. vet. sed *se superscr. nisi se sistere* Mus. B. 2. *in fine sistere* Cant.—1058 *At* Gottorp. fr. Voss. vet. *sint* Bodl. *rursum* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. V. marg. 1.—1059 *Ni sierint* Gottorp. fr. *Ni fierint* Voss. vet. *interea* V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. *in terram* Gif. Par. Gryph. Nard. *recto* Mus. B. 2. *requisite reposta* Gottorp. fr. *requisse reposta* P. Ald.—1060 *Simulacra vocanus* Gassend.—1061 *suppa* sic Gottorp. fr. Voss. vet. et a pr. m. L. B. Creech. *supra* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *subtu'* Lamb. Gryph. *suapte* Delph. Nard. Bas. Heins. 2. *cuncta* Bas. marg. P.—1062 *lococa*

## NOTE

1055 *Ictibus externis*] Quibus atomi percussæ coëant in cœtum et in rerum concretiones.

1056 *Summa atque ima*] Res supremæ et infimæ ; id est, quæ supra sunt et infra medium universi.

1057 *In se sistere*] Ponderibus suis libratum stare : quomodo terram in medio suis ponderibus libratam stare, ac in se sistere docent nos Scripturæ sacræ.

1058 *Sursum Nitier*] Ad terræ centrum ascendere. Loquitur autem habita situs nostri ratione. Quæ enim sub terris pondera sunt nobis, ea quidem nos ipsi sursum niti credimus, dum ad terræ centrum feruntur :

antipodibus vero deorsum labuntur. Et contra, quæ antipodibus gravia sub terris sunt, ea sursum ferri dicimus, cum in terræ centrum incumbunt ; quæ vero iisdem in terræ centrum descendunt, ea deorsum ferri fingimus.

1059 *In terraque*] Alii *in terramque*. Idem sensus.

*Retro*] Contra.

*Posta*] Syncope, pro *posita*.

1061 *Suppa* [*Suapte*] Ex seipsis, per se, sponte sua : bene. Lambin. *Subtu'* pro *subtus*, id est, 'infra ;' alii *supra* : minus bene.

1063 *Recidere*] Prima producitur : vel *reccidere* : sic vs. 857.

Sponte sua possint in cœli templa-volare :

Illei quom videant solem, nos sidera noctis

1065

Cernere ; et alternis nobiscum tempora cœli

Dividere ; et nocteis parileis agitare diebus.

Sed vanus stolidis hæc omnia finxerit error,

Amplexi quod habent perverse prima viai.

*seipsis evolare in sublimes fornices cœli : et, quoniam illi homines, qui sub terris habitant, cernunt solem, volunt nos videre stellas noctis ; et alternis vicibus illos partiri nobiscum tempora cœli, et agere noctes pares diebus. Sed necesse est ut falsus error præbuerit ansam ignavis fingendi cunctas res istas ; quia male complexi sunt et tenent primas vias investigandæ naturæ. Namque ibi non potest*

Mus. B. 2.—1063 *Decidere* Gryph. Nard. Bas.—1065 *Illic* Bas.—1066 *Post* h. vs. inseritur vs. 1094. Gottorp. fr.—1067 *paribus* Bodl. et Cr. *diebus* Gryph. marg. Gif. Par. Delph. Cout. Bas. marg. P. Bodl. et Cr. V. ed. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. *diesque* P. in not. Gottorp. fr. Mus. B. 3. hic inseritur vs. 1076. Gottorp. fr. Voss. vet.—1068 *Sed manus* Mus. B. 2. *anus* Th. Ra. *parturit error* P. Ald. Gryph. Nard. Bas. *omnia finxerit error* desunt Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—1069 *Amplexi hebet* P. Ald. *Amplexu* Ferr. In V. ed. h. vs. et 4 seqq. sic legebantur : *Amplexi quod habent perv.*—*Nam medium nihil esse potest—Infinita denique omnia si jam—Possit ibi quicquam consistere—Quam quavis alia longe ratione.* Ascriptum erat, h. est locus mutilatus ; h. autem modo replendus et emendandus : *Amplexi quod habent spatium purumque viai.* al. *per utrumque in rebus inane Nam medium nihil esse potest sine fine manentum Infinitum autem non omnino denique si jam Possit ubi quicquam medium consistere rebus Quam quavis alia longe ratione tueri,* al. *teneri.* Dux autem var. lect. quas ad vss. 1069. et 1073. addidimus erant ab al. *man. spatium per utrumque pro perverse prima* Caut. *erse prima viai* absunt Vind. O.

## NOTÆ

*Inferiora*] Quæ quidem nobis sunt infima, antipodibus vero suprema.

1064 *Cæli templa*] Superiores cœli fornices, vs. 1014.

1065 *Illei*] Hoc est, qui infra terras sunt, nimirum antipodes. Alii *illic.* Idem sensus.

1066 *Tempora cæli*] Dies ac noctes.

1067 *Diebus*] Alii, *diesque.* Idem.

1068 *Sed vanus stolidis, &c.*] His 15. vss. refutat 1. Peripateticorum, Stoicorum, et vulgi sententiam de medio universi : docetque vanam ac stolidam esse, cum quia nihil medium possit esse in infinito, quale jam demonstravit esse universum, tum quia, si medium esset in universo, non in illud magis, quam in aliud quodlibet cuncta gravia deberent ni-

ti. Namque nec locus est ullus in *inani*, in quo stare possint corpora gravia, quasi gravitate ac pondere privata essent cum ad eum pervenerunt ; quia semper liber iis patet metus per inane immensum : neque etiam inane potest ullo modo subsistere corporibus : hoc est, corporibus præbere vicem fundamenti, quia solidum minime est æ firmum.

*Stolidis*] Epicureo fastu stolidos vocat, qui fingunt universi medium, aut centrum aliquod esse.

1069 *Amplexi quod habent*] Quod amplexi sint, et teneant. Sic Virg. *Æn.* II. ' Et Divum amplexæ simulacra tenebant.'

*Prima viai*] Primas vias. Sic vs. 1110. ' ultima naturai : ' vs. 1090.

Nam medium nihil esse potest, ubi inane locusque 1070  
 Infinita: neque omnino, si jam medium sit,  
 Possit ibei quidquam hac potius consistere caussa,  
 Quam qua vis alia longe regione manere.  
 Omnis enim locus, ac spatium, quod inane vocamus,  
 Per medium, per non medium, concedat oportet 1075  
 Æquis ponderibus, motus quaquomque feruntur.  
 Nec quisquam locus est, quo corpora quom venere,

*esse centrum aliquod, ubi vacuum et spatium sunt immensa: neque etiam, si jam aliquod centrum extet, aliquid posset ob hanc causam ibi quiescere potius in medio, quam esse in alio procul loco. Etenim necesse est ut omnis regio, et locus, quod appellamus vacuum, cedat æqualiter cunctis corporibus gravibus, per quamcumque regionem motus illorum cientur, sive per centrum, sive per non centrum: neque ulla est regio, in quam, cum corpora advenerunt, queant, quasi exempta vi suæ*

//////////

Mus. B. 1. 3. et tres priores literæ etiam err. Mus. B. 2.—1070 *Jam P. Bodl. ubi inane locusque* desunt Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. *sine fine maentum* Cant.—1071 *Infinitum autem* Cant. *denique* Vind. Bodl. Mus. B. 2. 3. *et denique P. Gryph. marg. Bas. marg. non denique* Cant. *in omni P. Gryph. marg. Bas. marg. medium sit* desunt Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—1072 *Possit ubicumque* Bodl. *ubique* Mus. B. 2. *hac* deest Voss. L. B. *hac potius caussa* desunt Vind. Mus. B. 3. *medium consistere rebus* Cant. *concedere* Mus. B. 3. *caussa* deest O. Mus. B. 1. 2.—1073 *quamvis* Cant. *ratione* Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Bas. Nard. *manere* deest Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3.—1074 *ac* deest Mus. B. 2. *ane vocamus* desunt Vind. Mus. B. 1. 2. 3. *vocatur* V. marg. 1.—1075 *concedere* P. Vind. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. Cant. *oportet* deest Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. *opiæ* Cant.—1076 *Æque* Gif. Par. Delph. Nard. Cr. conj. Lamb. Heins. 2. *mota* Gif. marg. Par. *motis* Heins. 2. *ferunt* Vind. *erunt* Ferr. *ferunt se* V. marg. 1.  *fuerunt* Mus. B. 1.—1077 *Ne* V. marg. 1. *cum veniunt* Gottorp. fr. *convener*

#### NOTÆ

‘Cœrula cœli,’ &c. ‘Prima viai,’ h. e. prima doctrinæ elementa, primas vias investigandæ naturæ. ‘Perverse habent prima viai:’ hoc est, statim ab initio non veram, sed alienam et perversam viam naturæ cognoscendæ sunt ingressi.

1070 *Medium*] Centrum: locus imus, in quem undique corpora omnia tendant, et nitantur. Quale est Peripateticis centrum terræ, ad quod gravia omnia descendunt, et in quo nixa conquiescunt, nec, ut aiunt, ulla-tenus gravitant.

*Inane locusque*] Immensum vacans spatium, ut dixit supra vs. 335. 445.

&c. Et ut etiam explicat sese infra v. 1074.

1072 *Consistere*] Quiescere, stare, considerare.

1075 *Concedat*] Cedat: liberum meatum ac motum præbeat.

1076 *Ponderibus*] Supp. ‘præ:’ i. e. propter pondus et gravitatem. Ponderum enim sponte et ex natura sua deorsum fertur semper, donec repercussione alterius obvii resiliat.

*Motus*] Supp. ponderum, seu corporum; bene. Alii *mota*, supp. ‘pondera,’ seu ‘corpora:’ idem sensus; sed cur hæc immutatio?

Ponderis amissa vi, possint stare in inani :  
 Nec, quod inane autem est, ulli subsistere debet,  
 Quin, sua quod natura petit, concedere pergat : 1080  
 Haud igitur possunt tali ratione teneri  
 Res in concilium, medii cupedine victæ.  
 Præterea, quoniam non omnia corpora fingunt

*gravitatis, consistere in inani: neque contra, quod est vacuum, id debet ita sub illis consistere quin statim præbeat id ipsum, quod natura sua postulat. Ergo tali de causa res nequeunt coerceri in cætu, captæ amore centri. Deinde non est saltem*

Vind. V. ed. Bodl. *convenerunt* V. marg. 1. *convener* Voss. L. B. *convenire* Voss. vet. Ferr. *con venire* Mus. B. 2. *con venere* Mus. B. 1. *cum venerunt* Cant. *convenere* Th. Ra.—1078 *Pondere* O. Mus. B. 1. *sistere inani* Cant. *sistere inane* V. marg. 2. *stare sine inane* V. marg. 1. *in deest* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 2. Bodl. Voss. vet. et L. B.—1079 *ullis* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Cant. Gryph. marg. Bas. marg. *illis quidam, ullius* Th. Ra. *autem deest* Mus. B. 2. *obsistere* Voss. vet. in marg.—1080 *Quem pro Quin* Mus. B. 3.—1081 *Hanc* V. ed. *Hac* Th. Ra. *possint* Mus. B. 2. V. marg. 1. H. vs. et seq. collocantur proxime ante vs. 1108. inseritur vs. 1096. cum undecim seqq. Voss. L. B.—1082 *concilium*: sic Gottorp. fr. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *concilio* vulg. *cupedine* sic O. Mus. B. 3. Cant. Bas. Ferr. Ald. *cupidine* Vind. V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. *cuppidine* Bip. Hav. Delph. *cappidine* P. in not. *vinctæ* Creech.—1033 *quoque jam* Vind. Mus.

## NOTÆ

1078 *Stare in inani*] Quod quidem non est solidum et firmum; quale medium, in quo cuncta stent ac con- quiescant, esse debet.

1079 *Subsistere*] Sub illis stare; vicem fundamenti præbere. Sic II. 236.

1080 *Quin, sua, &c.*] Quin præbeat liberum meatum ac motum corporibus, cum ea sit illius natura, ut dictum est supra.

1081 *Teneri Res in concilium*] Res stipatæ cohærescere, nec a se invicem disjici; scilicet ut in aliquo medio con- quiescant, nec moveantur usquam.

1082 *Cupedine* [*Cuppidine*] Littera p geminata, metri causa. 'Cupedine' autem antiquè pro 'cupidine,' id est, amore.

1083 *Præterea, quoniam, &c.*] His 24. vs. refutat II. hanc de medio universi sententiam ex ipsorum ad-

versariorum doctrina. Stoici quippe nolunt omnia niti in medium: sed gravia tantum corpora, puta terram et aquam, et quæ terreno et aquoso constant corpore, cetera vero, quæ leviora sunt, puta ignem, et aërem, et quæ aërio atque igneo sunt corpore, sursum a medio differri; quinetiam sicut a terra plantæ, arbores, et animalia crescunt, et nutriuntur; ita ab ejusdem terræ exhalationibus, et aquæ simul vaporibus, ignes æthereos, cometas, solem, ac cetera cæli sidera pasci crediderunt; cælum vero statuerunt totius hujusce universi terminum undique cuncta finientem et coërcentem; quodque mundi quasi mœnia faciat, ne scilicet ignis, qui sursum semper evolat undique, dif- fugiat longe extra mundi fines per inane magnum; et ne simili ratione cetera inferiora subsequantur, terraque ipsa sese raptim subducat pe-

In medium niti ; sed terrarum, atque liquores,  
 Humorem ponti, magnasque e montibus undas, 1085  
 Et quasi terreno quæ corpore contineantur :  
 At contra tenuis exponunt æris auras,  
 Et calidos simul a medio differri igneis ;  
 Atque ideo totum circum tremere æthera signis,  
 Et solis flammam per cæli cærulea pasci, 1090  
 Quod calor, a medio fugiens, ibi conligat omnis :

medium, in quod res omnes nitantur, cum illi non putent cuncta corpora ver-  
 gere in centrum: sed tantum corpora terrarum, et aquarum, et aquam muris, et  
 aquas quæ flunt ex altis collibus, et res illas, quæ constant veluti corpore ter-  
 restri. Contra vero declarant teneros flatus æris, et una calidos ignes sursum  
 attolli e centro: et idcirco omnem ætheris regionem contremiscere signis, et ignem  
 solis nutriri inter cæruleum cælum, quia vapor diffugiens a centro connectit et cou-

//////////

B. 1. Hav. Bip. qua cum lineola desuper Voss. vet. et L. B.—1084 ac Mus. B. 2.  
 liquores: sic Voss. vet. et L. B. liquoris Mus. B. 3. Cant. liquorum reliqui. Post-  
 ponitur h. vs. sequenti in Voss. L. B. P. V. ed. Mus. B. 1. 3. Cant. sed in  
 Voss. vet. post vs. 1086.—1085 magnis Mus. B. 3. Bip. Hav. Delph. Huic vs.  
 sequens præponitur in V. ed. Voss. vet. et Cant.—1086 H. vs. deest Bodl.  
 Cr. continuantur Mus. B. 1.—1087 artus pro æris V. ed. Th. Ra. in auras Th.  
 Ra.—1088 a mari Mns. B. 2. disserier V. ed. Th. Ra.—1089 Deest V. ed. Th.  
 Ra.—1090 flammâ Vind. Mns. B. 2. 3. flammâ Mus. B. 1. pastî V. ed. Th. Ra.  
 Ferr.—1091 e medio Bodl. sibi contiget Gottorp. fr. sibi contiget Ferr. V. ed.  
 Th. Ra. Ald. igneis pro omnis Gottorp. fr. Mus. B. 1. 2. Bip. Hav. Delph.—

#### NOTÆ

dibus nostris, et inter rerum omnium  
 ac cæli ruinas abeat per inane im-  
 mensum; nihilque præter inane et  
 corpora cæca relinquatur. Scilicet  
 lepide admodum ridet illos philoso-  
 phos, dum eorum sic mentem expli-  
 cat; suamque interim astruit doc-  
 trinam. Hic sane locus omnium visus  
 est difficillimus et Lambino, et Pa-  
 ræo, et Nardo, et ceteris interpre-  
 tibus. Nos sic Lucretium interpre-  
 tamur; an ejus mentem assecuti  
 fuerimus, lectoris esto judicium.

1084 *In medium niti*] In centrum,  
 aut in imum locum tendere.

*Terrarum, atque liquores*] Supp. cor-  
 pora.

1085 *Humorem ponti*] Aquam.

1086 *Contineantur*] Constant, con-

Delph. et Var. Clas.

ponantur.

1087 *Tenuis uëris auras*] Periphra-  
 sis. Aëra, qui quasi tenuis flatus  
 extenditur, ut alibi jam notatum est.

1088 *A medio differri*] A centro  
 evolare, et ferri quoquoersum.

1089 *Circum tremere ætheri signis*]  
 Ignibus æthera micare, puta corus-  
 cationibus, cometis, et aliis meteoris.

1090 *Cæli cærulea*] Cæruleum cæ-  
 lum. Sic vs. 1110. 'ultima natural.'  
 Sic vs. 1069. 'prima viai,' &c. h. e.  
 'ultima natura,' 'prima via,' &c.

*Pasci*] Sic vs. 232. 'Unde æther  
 sidera pascit.'

1091 *A medio*] A centro universi.

*Ibi*] In cæli et ætheris regionibus.

*Conligat*] Colligat; connectit, co-

Lucret.

N

[Quippe etiam vesci e terra mortalia secla ;]  
 Nec prorsum arboribus summos frondescere ramos  
 Posse, nisi a terris paullatim quoique cibatum  
 Terra det : at supra circum tegere omnia cœlum ; 1095  
 Ne, volucris ritu flammaram, mœnia mundi  
 Diffugiant subito magnum per inane, soluta ;  
 Et, ne cœtera consimili ratione sequantur :  
 Neve ruant cœli tonitralia templa superne,  
 Terraque se pedibus raptim subducat ; et omnes 1100  
 Inter permixtas rerum cœlique ruinas,

trahit ibi flammæ. Quinetiam declarant mortalia animalium genera nutriri a terra ; nec ullatenus ramos extremos arborum posse virescere, nisi tellus præbeat sensim e terris alimentum cuique arbori : verum declarant cœlum desuper circumcingere cuncta, ne, more velocium ignium, ambitus hujus universi fugiant per immensum vacuum statim atque fuerint liberi et disrupti : et ne simili modo ceteræ res subeant : aut ne fornices tonitralis cœli corruant desuper, et ne tellus ipsa celeriter subtrahat se vestigiis nostris, et inter cunctas dissolutiones confusas



1092 Deest Bodl. Cr. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Voss. vet.—1093 *Hec Mus. B. 2. frondescere* Gottorp. fr. Bas. Voss. vet. et L. B.—1094 *nec a t. V. marg. 1. Cant. quodque cibatur* Gif. Par. P. Ald. Heins. 2. Bas. marg. *cines cibatum V. ed. Th. Ra. curisque cibatum V. marg. 1. cives cibatum Ferr. quisque cibetur V. marg. 2.*—1095 Deest Gif. Par. Lamb. P. Voss. vet. Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3.—1096 *Nec* Gottorp. fr. P. V. marg. 1. Mus. B. 1. Cant. *volucrum* Bip. et al. edd.—1097 *Diffugant Ferr. Diffugiunt* Vind.—1098 *Ec V. ed. Th. Ra. simili O. cuncta quidem simili Mus. B. 2. ratione ferantur* Gryph. Nard. Bas.—1099 *tonitralia* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Cant. *penitralia* Vind. Par. *penitralia* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Mus. 1. 2. 3. Gryph. Nard. Bas.—1101 *mixtas rerum* Gottorp. fr. Voss. vet. *permixtas terræ*

#### NOTÆ

1092 *Vesci e terra*] Quanquam vulgo verbum 'vescor' regit ablativum sine præpositione, vel etiam accusativum.

*Mortalia secla*] Animalia singula secundum omnes species. Sic vss. 20. 468. 591, &c.

1094 *Quoique*] Supp. arbori.

*Cibatum*] Cibatus, us, id est, eibus. Male nonnulli *cibatur*. Hinc pejus tollunt vs. seq. 'Terra det : at supra circum tegere omnia cœlum.'

1095 *Circum tegere*] Circumvelare, circumambire.

1096 *Mania mundi*] Ambitus cœli,

vs. 74. et alibi. Sic loquuntur Ennius, Manilius, Virgilius, et alii.

1098 *Cetera*] Ceteræ res creatæ, quæ subter et intra ipsa cœli mœnia, hoc est, intra cœlum ipsum continentur ; quasi, dissoluto cœlo, cetera dissolverentur, et effugerent ultra.

1099 *Cœli templa*] Sic vss. 1013. 1064. i. e. concavum cœlum : ea cœli pars quam contemplamur. Quanquam hic notat æthera, in quo tonitrua fabricari dicuntur.

*Tonitralia*] In quibus fiunt tonitrua, et ex quibus vibrantur.



Corpora solventes, abeant per inane profundum ;  
 Temporis ut puncto nihil exstet reliquiarum,  
 Desertum præter spatium, et primordia cæca.  
 Nam, quaquomque prius de parti corpora deesse 1105  
 Constitues, hæc rebus erit pars janua leti :  
 Hac se turba foras dabit omnis materiai.  
 Hæc si pernosces, parva perductus opella ;  
 Namque alid ex alio clarescet ; nec tibi cæca  
 Nox iter eripiet, quin ultima naturai 1110  
 Pervideas : ita res adcident lumina rebus.

*rerum et cæli, quæ dissolcunt corpuscula materiæ, diffugiat etiam per immensum vacuum ; ita ut momento temporis nihil reliqui supersit, præter locum vacantem et principia, quæ non cernuntur. Etenim quocumque de loco statues prius res secessisse, is locus erit porta mortis rebus : et per hunc locum totus cætus materiæ crumpet foras. Porro si adhibueris exiguum laborem, et cognoveris has res (namque res alia innotescet tibi ex alia,) sane obscuræ tenebræ non subducent tibi viam, quominus intus videas extremas res naturæ ; adeo res ipsæ afferunt lucem rebus.*

Hav. Bip.—1102. *habeant Ferr. avcant* Gottorp. fr. *abeat* Bodl. Cr. Delph. Nard. Bas.—1103 *Temporum* Ferr. V. ed. Th. Ra. *vel exstet* Cant. *nihil restat* Bodl. et Cr.—1104 *Desertim* Th. Ra.—1105 *quaecumque* V. ed. Bodl. Th. Ra. *prima* V. ed. Th. Ra. *tempora deesse* Mus. B. 2. *ccsse* Bip. Hav. Delph. *adesse* sec. man. in Voss. vet.—1106 *lete* Cant.—1108 *Hæc sic* Voss. vet. *perfunctus* Hav. Bip. Delph.—1109 *Atque* Gryph. marg. Bas. marg. *Neque* V. ed. Th. Ra. *Æque* P. aliud V. ed. Th. Ra. Bodl. O. Mus. B. 2. *clariscit* Gottorp. fr. *non tibi* Bip. Delph. Vind. Mus. B. 1. 2.—1110 *quando ultima* Bodl. Cr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2.—1111 *accidunt* Gif. Par. Delph. *accident* P. V. ed. Th. Ra. *accident* P. in not. *accendant* Mus. B. 3.

## NOTÆ

- 1102 *Corpora solventes*] Supp. ruinas ; hoc est, quæ rerum concrectiones disjiciunt, ac secum riuunt.  
*Profundum*] Immensum secundum altitudinem, profunditatem, longitudinem, et latitudinem, vs. 956.  
 1103 *Reliquiarum* [*reliquiarum*] Duplica litera *l*, metri causa. I. e. nihil reliqui.  
 1104 *Primordia cæca*] Atomus, quæ sub visus non cadunt.  
 1105 *Deesse* [*ccsse*] Syncope, pro 'cessisse.' Sic 'consume' vs. 234.  
 pro 'consumsisse.'  
 1106 *Janua leti*] Causa interitus.  
 1107 *Materiai*] Atomorum, primordiorum.  
 1108 *Hæc si pernosces, &c.*] His 4. vss. primo huic libro finem facit ; erigitque tandem in spem Memmium suum, fore ut cetera Naturæ abdita facile lustraturus sit secum, si prius bene noverit ea, quæ hactenus de primis rerum principiis abunde disputata sunt : 'ita res adcident lumina rebus.'

# T. LUCRETII CARI

## DE RERUM NATURA

### LIBER II.

---

#### ARGUMENTUM.

1. **AD** studium philosophiæ, quæ sola lenire curas et animum metu liberare potest. Memmium suum a vs. 1. ad vs. 61. Lucretius hortatur: inde, 11. de seminum, seu atomorum, affectionibus disputat, quarum prima est motus; moveri semina ex rerum generatione demonstratur: motus vero hic est deorsum: omnia enim semina sunt gravia; cum autem concurrant semina solida, necesse est quoquo versum a se invicem dissiliant; ita quædam semina aliis implicantur; quæ arctius conjunguntur, res duras et densas constituunt; quæ laxius, res molles et raras: quædam autem semina nunquam coalescunt; sed, uti ramenta pulveris in radiis solis videmus, perpetuo motu per inane feruntur, et alia corpora subinde percutiunt et agitant, ad vs. 140. 111. Celeritatem motus seminum deorsum tendentium explicat ad vs. 166. 1v. Inde pro quædam scommata contra illos, qui providentiam agnoscunt, intexit, ad vs. 182. v. Tum argumentum repetit, asseritque, omnia corpora deorsum tendere, ad vs. 215. vi. Deinde, semina deorsum tendentia a recta linea paullulum declinare; nisi enim declinarent semina, nihil unquam, saltem nullum liberum agens, oriretur, ad vs. 293. vii. Demum docet, eodem motu semina jam ferri, quo ab æterno ferebantur; nec quenquam huic opinioni diffidere debere, quia motus non videt, cum ipsa semina percipi non possunt, ad vs. 332. Secunda seminum affectio est figura; docet autem viii. semina non esse ejusdem figuræ, quædam vero rotunda, quædam quadrata, quædam lævia, et alia aspera, hamata, &c. fuseque ostendit, quæ figuræ amara, quæ dulcia, quæ dura, quæ mollia corpora componunt, ad vs. 476. ix. Hanc figurarum varietatem non esse infiuitam, semina tamen ejusdem figuræ infinita; nempe rotunda esse

infinita, quadrata, &c. ad vs. 580. x. Demum ostendit, res non componi e seminibus ejusdem figuræ, et variis argumentis probat, concreta omnia variarum seminà figurarum continere ad vs. 728. xi. Deinde docet, semina nullas habere qualitates, quas sensibiles vocamus; colorem utique, saporem, frigus, calorem, &c. item, sensu non donari; quamvis res coloratæ, sapidæ, calidæ, frigidæ, et sensibiles, ex iis componantur, ad vs. 1021. xii. Demum, infinita semina per infinitum inane volitantia infinitos mundos constituere, eosque mundos augeri aliquando a seminibus ex infinito delapsis; aliquando etiam, avolantibus in infinitum seminibus, deminui et dissolvi: ut plantæ et animalia nascuntur, adolescunt, senescunt, et ordine suo demum intereunt; usque ad finem libri.

SUAVE, mari magno turbantibus æquora ventis,  
 E terra magnum alterius spectare laborem;  
 Non, quia vexari quemquam est jocunda voluptas,  
 Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.  
 Per campos instructa, tua sine parte pericli, 5

*Dulce est intueri longe ex terra magnum laborem alterius, qui vexatur in vasto æquore, ventis agitantibus undas maris. Non quod lætum sit gaudium quempiam male affici: sed quod dulce sit spectare mala, quibus ipse sis experts. Dulce*

2 Et quædam exempl.—3 quempiam V. ed. Ferr. Th. Ra. Gif. in not. jucunda vulg.—5. 6 Inverso ordine leguntur Nard. Gottorp. fr. Bas. V. ed.

## NOTÆ

1 *Suave, mari, &c.*] Cum neque rerum dignitas, quas tractat Lucretius, neque futurum lectoris tædium pati viderentur, ut primo et unico libro universam de rerum natura disputationem complecteretur; hinc secundo libro alteram de atomis partem, quæ motum, figuras, ceterasque illarum affectiones, quas dicimus qualitates, non sine causa reservavit. De quibus disputaturus interim his 59. vs. quasi præmio quodam, sapientiæ laudes præfatur ad Epicuri mentem et doctrinam; ut et Memmii sui fatigatum animum aliquantulum recreet, et ad ejusdem sapientiæ studia alieno monitu periculo suaviter alliciat. Itaque his 19. vs. prioribus præclaram adhibet comparationem duplicem, et metaphoram unam, quibus sapientis vitam in sum-

ma tranquillitate mentis et corporis indolentia sitam esse asserit; cæterorumque hominum curas ac studia simul ridet ac dolet.

2 *E terra magnum, &c.*] Sic Isidor. Pelus. II. epist. 240. ἐν λυμένι καθῆσθαι καὶ τὰ τῶν ἄλλων σκοπεῖν ναύγια: 'In portu sedere atque aliorum prospicere naufragia.' Sic Cicer. II. Epist. ad Attic.

*Laborem*] Errorem, naufragium, periculum: vel dolorem; Græce enim πόνος 'labor' et 'dolor' dicitur. Deinde voluptatem dolori opponit hic Poëta.

5 *Tua sine parte pericli*] Alii, *tui sine parte pericli*. Idem; i. e. cujus in certaminis discrimen ipse non venias: vel, ut loquitur Virg. Æn. II. 6. cujus certaminis pars ipse non sis.

Suave etiam belli certamina magna tueri :  
 Sed nihil dulcius est, bene quam munita tenere,  
 Edita doctrina sapientum, templa serena ;  
 Despicere unde queas alios, passimque videre  
 Errare, atque viam palanteis quærere vitæ ;           10  
 Certare ingenio, contendere nobilitate,  
 Nocteis atque dies niti præstante labore  
 Ad summas emergere opes, rerumque potiri.  
 O miseras hominum menteis ! o pectora cæca !

*est quoque prospicere magna prælia belli, quæ instituta fuerint in patentibus agris, absque parte discriminis tui. Verum nihil est suavius, quam occupare altas arces securas, et optime septas scientia sapientum, ex quibus ædibus possis deorsum aspicere, et cernere alios homines vagari huc illuc; et vagantes investigare iter vitæ, quod sequantur: contendere de vi ingenii: certare de dignitate generis: conari dies ac noctes evadere per summam operam ad maximas divitias; et tenere imperium. O infelices cogitationes mortalium! o excæcata corda! Quantis in*

Bodl. Voss. vet. et L. B.—6 *tui* Gif. marg. Gryph. Nard. Gassend. V. marg. 1.—7 *nihilo* Gottorp. fr. Voss. vet. *dulce* Gottorp. fr. *suavius* Gassend. Creech. non improb. *bone* V. ed. Th. Ra. Ald. P.—10 H. vs. *deest* V. ed. Th. Ra. *pallantis* Ferr. *palentes* Mus. B. 2. *querrere* Ferr.—11 *Errare* Ferr. V. ed. Th. Ra.—12 *præstare* Cant. V. marg. 1. *constante* Gassend.—14 *O nescias* Mus. B. 1. *Oh miseras menteis hominum! Oh &c.* Mus. B. 2. *O stultas* Gif. Lamb.—

## NOTE

7 *Sed nihil dulcius, &c.*] Præclara metaphora, qua poëta sapientis vitam in animi tranquillitate et corporis indolentia positam esse docet, ex Epicuri doctrina. Sic enim Epicurus apud Cic. Tusc. III. 'Ergo is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, sibi que ipse placatus, ut neque tabescat molestiis, neque frangatur timore, neque sitienter quid appetens ardeat desiderio, nec alacritate futilli gestiens deliquescat, is est Sapiens, quem quærimus,' &c. Sic idem apud Laërt. lib. x.

8 *Templa*] Arces, ædes.

*Serena*] Secura; remota procul ab omni belli strepitu.

9 *Despicere*] Despectare, deorsum aspicere. Virg. Æn. I. 228.

*Unde*] Ex quibus templa.

12 *Nocteis atque dies, &c.*] Hic vs.

repetitur III. 62.

*Præstante labore*] Apuleius dixit: 'eximia opera.' Labor autem præstans dicitur is, qui rem, ut proposita est, præstat et conficit. Martial. Ep. VII. 43.

13 *Ad summas emergere opes*] Gall. *parvenir a une grande fortune, et se tirer du commun.* Metaphora ducta ab iis, qui ex imis aquis exeunt sursum.

*Rerumque potiri*] Tenere imperium. Qua in significazione verbum 'potiri' regit genitivum 'rerum,' 'regni,' 'principatus,' aut 'imperii.' Dum vero usurpatur pro verbo 'frui,' regit ablativum. Cicer.

14 *O miseras, &c.*] His 6. vs. innuit hæc duo potissimum sapientis esse in vita requirenda, tranquillitatem animi, et indolentiam corporis; quasi in his duobus summum beatumque bonum sit.

Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis, 15  
 Degitur hoc ævi, quodquomque est! Nonne videre est,  
 Nihil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, quoi  
 Corpore se junctus dolor absit, mente fruatur  
 Jocundo sensu, cura semota, metuque?  
 Ergo corpoream ad naturam pauca videmus 20

*tenebris, et quam in magnis discriminibus hæc ætas nostra vivitur, quantulacumque est! Nonne licet cernere naturam nihil aliud sibi poscere, quam ut non solum dolor removeatur et longe sit a corpore; sed etiam ut animus vacuus solitudine et timore potiatur suavi sensu? Igitur perspicimus paucas res necessarias esse ad*



15 *Qualibet* V. ed. Th. Ra.—16 *Degimus* Fab. Nonius, *nene* Mus. B. 2. *quocunque* Ferr. *videre est* Cant. Par. Gryph. marg. Delph. Bas. marg. et emaculati codd. P. V. marg. 1. *est* deest Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *videtis* Mar. Gryph. Nard. Bas. P. Bodl. Cr. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Vind. O. Mus. B. 1. 2. utramque lect. exhibet Mus. B. 3.—17 *nec ut* V. ed. Th. Ra. Bodl. Cr. Mus. B. 2. Cant. *quoi* P. Gif. V. marg. 1. Gryph. Cout. Voss. marg. Bas. marg. *quo* Bodl. Par. *quid* P. in not. *qui* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *utque* Delph. Nard. Bas. *quom* Hav. cum Bip. Barb.—18 *sejunctis* Mus. B. 2. Nard. *mensque* Mus. B. 1. Mar. Gryph. Nard. Delph. P. in not.—19 *Jocundo*: sic Gottorp. fr. Vind. O. Mus. B. 3. *Jocundo* vulg. *semotus* Gif.

## NOTÆ

15 *Periclis*] Laboribus, vs. 2.

16 *Degitur*] Passive. Cic. de N. Deor. 1. 'Quæ vita Deorum sit, quæque ab iis degatur ætas.' Nonius legit *Degimus*.

*Quodquomque est*] Sic Propert. Eleg. 1. 4. 'Vitæ quodcumque sequitur.'

*Videre est*] Videre licet, obviam est cernere. Lamb. *videtis*.

17 *Latrare*] Poscere. Festus: 'Latrare Ennius pro poscere posuit.' Ducta metaphora a canibus, qui, dum poscunt aliquid, latrant.

*Ut, quoi [utque]* Bene. Particula enim *que* respondet alteri particulae *que* vs. seq. *mensque*. Quæ particula *que*, dum sic repetitur, æque ac particula *et*; significat 'non solum, sed etiam.' Enimvero hæc est Lucretii mens, ut innuat naturam, nempe humanam, non solum poscere corporis indolentiam, quæ est doloris privatio; sed et mentis tranquillitatem, quæ est jucunda voluptas. Summa

enim voluptas Epicuro fuit, non ea sola, ut ait ipse apud Cic. de Fin. 1. 'quæ suavitate aliqua naturam ipsam movet, et cum jucunditate quadam percipitur sensibus; sed quæ percipitur omni dolore detracto.' Alii legunt, *ut cum*: alii, *ut quo*: alii, *ut quoi*, pro *ut cui*.

18 *Mente [mensque]* Recte, ut patet ex dictis. Alii minus bene, *mente*.

19 *Jocundo sensu*] I. e. voluptate, quæ cum jucunditate quadam percipitur sensibus. Cic. 1. Fin.

*Semota*] Supp. mens, aut natura. Alii *semotu'* pro *semotus*.

20 *Ergo corpoream, &c.*] His 17. vss. præclara inductione, vel rerum potius enumeratione, probat pauca admodum requiri ad corporis delicias: neque corpori nostro multum proficere summas opes, generis nobilitatem, aut regiam etiam suppellectilem; cum et sine his omnibus laute et jucunde curari possit: et inter hæc omnia nihilominus dolori sit obnoxium.

Esse opus omnino, quæ demant quomque dolorem ;  
 Delicias quoque utei multas substernere possint :  
 Gratius interdum neque Natura ipsa requirit :  
 Si non aurea sunt juvenum simulacra per ædeis,  
 Lampadas igniferas manibus retinentia dextris, 25  
 Lumina nocturnis epulis ut subpeditentur ;  
 Nec domus argento fulget, auroque renidet,  
 Nec citharæ reboant laqueata aurataque templa ;  
 Quom tamen inter se, prostratei in gramine molli,  
 Propter aquæ rivum, sub ramis arboris altæ, 30  
 Non magnis opibus jocunde corpora curant :

*corporalem naturam, ut detrahant ipsi omnem omnino dolorem ; et ut queant etiam subjicere eidem plures voluptates. Neque enim ipsa corporis natura poscit aliquando, id quod est jucundius. Namque v. g. etiamsi auratæ statuæ puerorum desint in domibus, quæ scilicet teneant dextris manibus accensas faces, ut lux subministraret convivis, quæ fiunt de nocte ; atque etiamsi domus non fulgeat micans auro et argento ; et etiamsi tecta domorum laquearibus aureis ornata non resonent lyris ; nihilominus homines jacentes simul in molli herba, juxta rivulum aquæ, sub frondibus arboris proceræ, curant laute corpora sine magnis dicitis ; præcipue*

//////////

Par. *semotu'* Creech. Preig. *remotu* Gottorp. fr.—21 *demat* Mus. B. 2. *quemque dolorem* Gottorp. fr. Voss. L. B. Bip. Delph.—22 *nullas* Gif. Par. Lamb. Fab. Barb.—23 *requiret* P. V. ed. Cant. Th. Ra. Ald.—25 *Lampadis igniferæ* Sus.—27 *fulgens* Ald. P. Nard. Gryph. Delph. Mar. Bas. *ostroque renidet* Preig. *renidens* P. Ald. Gryph. Mar. *renitet* Vind. O. Mus. B. 2. *redimet* Cant.—28 *citharis* P. Mus. B. 3. V. marg. 1. *cytharæ laqueat reboantia a. t. Nec cytharis reboant laqueata* V. ed. Th. Ra. *citharas* Bas. *liqueant reboantia* Ferr. *aurataque tecta* quidam.—29 *Attamen* Vind. Delph. Bip. *Quin tamen* Gif. Par. Cout. V. marg. 2. *prostrata* Gottorp. fr. *prostranti* Mus. B. 2.—30 *alceæ*

#### NOTÆ

*Corpoream naturam*] Corpus.

21 *Quæ*] I. e. ut. Sic vs. seq. 'uti,' i. e. 'ut,' aut 'quæ.'

*Quomque* [*quemque*] Bene ; i. e. quemcunque, omnem omnino. Alii, *cunque*, i. e. 'aliquando,' aut 'quovis tempore ;' vel ut tmesis sit vocabuli 'quæcunque.'

22 *Multas*] Bene, ut patet. Male ergo quidam *nullas*.

23 *Natura*] Supp. corporea, vs. 20. i. e. corpus.

24 *Si*] Etsi, etiamsi.

*Juvenum simulacra, &c.*] Statuas aureas notat, quæ in ædibus regum ac

divitum olim positæ candelabrorum vicem præstabant inter nocturnas epulas. Damnat interim ætatis suæ Romanorum sumptuosiores cœnas de nocte. Hunc locum, quem imitatus est Virg. in *Culice* vs. 60. et seqq. Lucretius ipse desumsit ex Homero *Odyss. vii. 100.* et seqq.

28 *Reboant*] Resonant. Sic Virg. *iii. Georg. 223.* 'Cum gemitu, reboant sylvæque et magnus Olympus.' *Templa*] Ædes, domus superbæ.

29 *Quom tamen* [*Attamen*] Lambinus ; bene. *Quidam, quin tamen.*

Præsertim, quom tempestas adridet, et anni  
 Tempora conspargunt viridanteis floribus herbas :  
 Nec calidæ citius decedunt corpore febres,  
 Textilibus si in picturis, ostroque rubenti, 35  
 Jacteris, quam si plebeia in veste cubandum est.  
 Quapropter, quoniam nihil nostro in corpore gazæ  
 Proficiunt, neque nobilitas, nec gloria regni ;  
 Quod super est, animo quoque nihil prodesse putandum :  
 Si non, forte tuas legiones per loca campi 40  
 Fervere quom videas, belli simulacra cienteis ;

*quando tempus favet, et idoneæ tempestates anni perfundunt floribus gramina virentia. Neque etiam febres ardentes recedunt celerius e corpore tuo, si cubans in picturis textis, et in purpura rubra labores febribus, quam si tibi recubandum esset in stragulis pauperibus. Quamobrem, cum neque opes, neque claritas generis, neque dignitas imperii prosint corpori nostro, existimandum est etiam id omne quod restat, nihil proficere ad mentem nostram : nisi fortasse, quando cernis tuas cohortes militum ardeve per campos ; et tuam classem longe explicari in mari, et*

V. ed. Th. Ra.—31 *jucunde* vulg.—32 *aura* pro *anni* Mus. B. 1.—33 *cum spargunt* Mus. B. 2. *viridantibus* Cant.—34 *decedunt tempore* V. marg. 1.—36 *Tacturis* Gottorp. fr. *Lacteris* Ferr. V. ed. Th. Ra. *si deest* V. ed. Th. Ra. *plebeia* in Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. *in plebeia* vulg. *inplebea* Ferr. *in plebeia* V. ed. Th. Ra.—37 *corpore gere* V. ed. Th. Ra.—38 *nec nobilitas* Voss. vet. et L. B. *neque gloria* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1.—39 *superes* Ferr. Mus. B. 2. 3. et subjungit as Mus. B. 2. quasi sic lectum vs. voluisset : *Quod super, has animo q. Wakef. putandum est* Cant. V. marg. 1.—40 *fore* Ferr. *puer loca* V. ed. Th. Ra.—41 *videres* Voss. vet. sed *videris* a m. sec. ‘In quibusd. codd. et V. ed. hunc vs. sequuntur duo, varie lecti, qui ex marg. contactum invasere. Sic fere constitutos P. in ordinem admisit : *Subsidiis magnis Epicuri*

## NOTE

34 *Nec calidæ citius, &c.*] Sic Horat. Epist. I. 2. ‘Non domus et fundus, non æris acervus et auri, Ægroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas,’ &c.

35 *Textilibus*] Textu aut acu pictis. *Ostroque*] Purpura. Vestibus purpureis, stragulis. Ostrum enim muricis seu Conchylii liquor est, in violaceum colorem tendens, qui pro purpura usurpatur. Sic Virg. Geor. II.

37 *Quapropter, quoniam, &c.*] His 9. vss. præclara quoque enumeratione ostendit neque gazas, neque imperia, neque exercitus magnos, aliquid proficere ad animi tranquillitatem ; cum

præsertim neque metus Deorum, neque mortis timor, reveantur armorum strepitum, aut auri fulgorem : sed æque versentur audacter inter regum palatia, ac inter pauperum tabernas, ut post Lucretium recte cecinit Horat. citat.

*Gazæ*] Gaza dictio est Persica, quæ significat opes, supellectilem, et id omne quod pretiosum est : aut ærarium regale.

40 *Si non, forte tuas, &c.*] His 6. vss. ironia est.

41 *Fervere*] Fervo, is, et fervo, es, dicitur. Virg. Geor. I. 456. et Æn. IV. 567.

Fervere quom videas classem, lateque vagari;  
 His tibi cum rebus, timefactæ, Religiones  
 Ecfugiunt animo pavidæ, mortisque timores;  
 Tum vacuum tempus linquunt, curaque solutum: 45  
 Quod, si ridicula hæc, ludibriaque, esse videmus;  
 Re veraque Metus hominum, Curæque sequaces,  
 Nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela;  
 Audacterque inter reges rerumque potenteis  
 Vorsantur, neque fulgorem reverentur ab auro, 50  
 Nec clarum vestis splendorem purpureai:

*instructam armis exhibere imagines pugnae; tunc religiones timidæ quasi perterritæ his rebus bellicis, et formidines mortis ipsius non solum deeedunt ex animo tuo: sed etiam relinquunt cor tuum expers et liberum solitudine. Si vero cernimus hæc esse digna risu, et absurda, si revera timores hominum, et solitudines, quæ comitantur eos, neque timent strepitus armorum, neque crudelia spicula: sed manent audenter inter reges, et rerum dominos; neque metuunt splendorem auri, neque splendidum nitorem vestimenti purpurei: cur ambigis, quin id omne sit in-*



*constabilitas, Ornatas armis statuas, stanteisque animatas.* Wakef.—42 H. vs. deest Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Nard. Gottorp. fr. Mar. Bas. Voss. vet. et L. B.—43 *cum rebus*: sic P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. Delph. tum Hav. Bip. *tumefactæ* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Cr. O. *tumefacto* P. Ald. Gryph. Mar. Bas. V. marg. 1. *tunc facto* Nard. *pacefactæ* Fab. Creech. *tamen effecte* Mus. B. 2.—44 *Effugiant* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. *Cum officiant* Gryph. marg. Bas. marg. pavidî Fab. *timore* Mus. B. 2.—45 *Cum* Mus. B. 2. *vacuum pectus* Delph. Barb. Bip. et al.—46 *ludibra* V. ed. Th. Ra.—47 *Re vera quæ* Ferr. *Revera: quæ* V. ed. Th. Ra. *curasque* Ald.—48 *armorum* deest V. ed. Th. Ra. *ferrea* Mus. B. 2. *tæla* Ferr.—49 *regumque* Mus. B. 2. P. in not.—51 *purpura* Voss. L. B. *purpurai*

#### NOTE

*Belli simulacra*] Gallice, *ordre de bataille, ou reveuës*. Ea est aut navium ordinatio, aut legionum in campo acies, quæ dirigitur antequam configatur. Sic Virg. Geor. 11. 279. præclare belli simulacra describit.

42 *Clussem, lateque, &c.*] Hoc hemistichium cum vs. seq. desideratur in nonnullis codicibus; legiturque: *Fervere cum videas belli simulacra cientes, &c.*

43 *His rebus*] Bellicis.

*Religiones*] Vana superstitio: *vanus* Deorum metus, 1. 63.

45 *Tempus [pectus]* Mentem, animun. Contuens pro contento. Pa-

ræus, *tempus*, quæ pars est capitis, Gallice, *la temple*. Pars pro toto.

46 *Quod, si ridicula, &c.*] His 8. vs. concludit ex dictis hæc omnia, opes, gazas, exercitus, imperia, nobilitatem, et alia ejusmodi non sapientiæ esse munera, sed rationis ipsius egestatem, hoc est, meram stultitiam; cum neque corpus dolore solvant; neque mentem curis liberent.

49 *Rerumque potenteis*] Rerum dominos; principatum tenentes, vs. 13.

50 *Fulgorem ab auro*] Fulgorem auri. Sic iv. 1164. 'ab Iaccho Ceres,' id est, Ceres amica Iacchi.



Quid dubitas, quin omnis sit hæc rationis potestas ?  
 Omnis quom in tenebris præsertim vita laboret.  
 Nam, velutci puerei trepidant, atque omnia cæcis  
 In tenebris metuunt ; sic nos in luce timemus 55  
 Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quam  
 Quæ puerei in tenebris pavitant, finguntque futura.  
 Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque, necesse est,  
 Non radiei solis, neque lucida tela diei,  
 Discutiant ; sed Naturæ species, Ratioque. 60  
 Nunc age, quo motu genitalia materiali  
 Corpora res varias gignant, genitasque resolvant ;

*opia rationis, præcipue quoniam tota vita hominum laboriose degitur in tenebris ignorantia? Etenim sicut infantes metu concutiuntur, et timent omnia in tenebris obscuris: ita nos nonnunquam in die metuimus ea, quæ non sunt magis timenda, quam quæ infantes metuunt in tenebris, et quæ sibi repræsentant in animo evenitura. Ergo oportet ut, non quidem splendor solis, aut clara spicula lucis, sed imago naturæ et lux mentis dissipent hunc metum, atque has tenebras mentis nostræ. Agedum, jam explicabo tibi qua motione corpuscula genitabilia rerum generent res diversas, et interimant generatas; et qua virtute impellantur ad id*

//////////

Voss. vet.—52 *quando omnis* V. ed. Ferr. Th. Ra. *omne sit hoc* P. Ald. Bip. Delph. *egestas* P. Mus. B. 1. Delph. Bip. Preig. vid. Not. Var.—53 *labores* Nard. *roboret* Cant. *ruboret* V. marg. 1.—54 *puerei deest* Mus. B. 2.—56 *minus, quam* Bas. marg. P. in not.—57 *fugiuntque* Mus. B. 1.—58 *terrem* V. ed. Th.

#### NOTÆ

52 *Rationis potestas* [egestas] Stultitia.

54 *Nam, velutci puerei, &c.*] His 7. vss. notat et arguit summam hominum inscitiam, ex qua fit ut, sicut pueri per noctis tenebras, nescii quo ferantur, omnia metuant, et futura sibi mala in animo fingant; ita mortales, veram rerum naturæ cognitionem non habentes, Deos quasi rerum auctores vereantur, pœnasque in morte timeant. Itaque hunc animi metum ac tenebras una rerum notitia discentiat necesse est. Præclara sane comparatio. Quod enim oculi sunt corpori; id rerum cognitio et ratio sunt menti.

56 *Nihilo*] Non, 1. 698.

58 *Hunc igitur, &c.*] Hi 3. vss. positi sunt 1. 147. Quorum notas ibi consule.

61 *Nunc age, quo motu, &c.*] Hactenus de proœmio. His 5. vss. jam proponit argumenta duo futuræ disputationis ab hoc vs. 61. ad vs. 333. Monet enim se dicturum 1. quo motu res cunctas generent atomi; et genitas resolvant. II. Qua vi istud facere cogantur. Quæstio sane hæc non minus curiosa, quam necessaria videtur. Ecce enim atomi, quæ simul concretæ steterint per ævum, evolutæ mox antiquæ stationis immemores? Quisve torpidis illis jam præscam restituat pernicitatem? Quæsitis istis abunde satisfacturus est poëta, quæ pars erat altera, si bene meministi, lucubrationis universæ, quam proposuit, 1. 51. et 52.

*Genitalia*] 1. 53.

*Materiai corpora*] Atomi, 1. 53. not.

Et, qua vi facere id cogantur, quæque sit ollis  
 Reddita mobilitas magnum per inane meandi,  
 Expediam: tu te dictis præbere memento. 65

Nam certe non inter se stipata cohæret  
 Materies; quoniam minui rem quamque videmus,  
 Et quasi longinquo fluere omnia cernimus ævo,  
 Ex oculisque vetustatem subducere nostris;  
 Quom tamen incolomis videatur summa manere; 70

*faciendum; et quænam celeritas movendi se per immensum vacuum sit data illis; tu recordare reddere te ipsum attentum verbis meis. Namque profecto materia prima non cohærescit quasi inter se coarctata, siquidem cernimus quamlibet rem diminui: et videmus res cunctas longa vetustate veluti diffluere, et subtrahere nostris ex oculis longævam ætatem. Quamvis tamen universa natura rerum*

Ra. *animi* deest Mus. B. 2.—63 *quæve* P. Mus. B. 1. 3. Hav. Delph. Ald. Bip. *si tollis* Mus. B. 2. 3.—66 *iter pro inter* Mus. B. 2.—68 *E Cant. Et qua terminus* V. ed.—70 *incolomis* vulg. *in colomis* V. ed. Th. Ra.—71 *decidunt* Mns. B.

## NOTÆ

63 *Ollis*] Antiquæ pro *illis*, 1. 673.

65 *Præbere*] Suppl. attentum, docilem.

66 *Nam certe non inter se, &c.*] His 13. vss. priusquam quæstioni satisfaciatur de atomorum motu, per quem conveniunt ad rerum concreciones, aut dissiliunt ad earundem dissolutiones, probat interim atomos non ita inter se stipatas, coarctatas, ac hærentes cohærescere, ut nulla vi divelli ac moveri queant. Quod quidem probat 1. ex perpetuo ac mutuo inter se rerum incremento et decremento. Quia, quod uni rei decidit, id alteri accedit; et interitus unius rei, alterius est ortus. Ita ut mutua rerum generatione ac corruptione quæque res senescat et florescat; totum vero, hoc est, universa rerum summa maneat incolomis. Hæc autem mutua generatio rerum ac corruptio fieri nequit sine atomorum motu, ut dictum est 1. 344. not. Ergo atomi non stipatæ cohærent. Sed assiduo sunt in motu, cum res perpe-

tuo generentur ac corrumpantur.

*Stipata*] Hærens, coarctata, 1. 330. 346.

67 *Materies*] Atomi.

68 *Fluere*] Occulte dilabi, sensim minui. Sic 1v. 225. Idem dixit 1. 226. Ætas quippe vetusta cunctas res nobis in dies amovet: et in dies aliquid rebus defluit et decedit, quo fit ut cito intereant. Sic flores, sic arbores, sic animalia, propter effluxum corpusculorum, quæ decedunt ipsis, contabescunt, senescunt, et vetustate pereunt.

69 *Ex oculis vetustatem subducere*] I. e. senio tandem confici, et interire, ita ut æterna non sint ac maneant in longum ævum.

70 *Incolomis summa*] Universa rerum natura integra, immutabilis, et in eodem statu semper permanens. Singulæ enim res quidem corrumpuntur, hoc est, rerum individua, ut aiunt: sed species rerum nusquam penitus perimuntur.

Propterea, quia, quæ decedunt corpora quoique,  
 Unde abeunt, minuunt; quo venere, augmine donant:  
 Illa senescere, at hæc contra florescere, cogunt.  
 Nec remorantur ibei: sic rerum summa novatur  
 Semper, et inter se mortales mutua vivunt: 75  
 Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur;  
 Inque brevi spatio mutantur secla animantium,  
 Et, quasi cursores, vitai lampada tradunt.

*videatur remanere integra, eo quod illa corpuscula materiæ, quæ discedunt, minuunt rem, ex qua decedunt; dant vero augmentum rei, ad quam accesserunt: faciunt ut aliæ res consenescant; et contra ut aliæ vigeant: neque tamen sistunt in rebus. Hinc fit ut universa moles rerum perpetuo innovetur; et ut homines vivant mutuo inter se: et ut alia genera animantium crescant: et ut alia diminuuntur: et ut in brevi tempore genera animalium immutentur: et ut sibi*

2. *cunq̄ue* Gif. Par. Delph. et supra 21. teste Hav.—72 *augmina* P. Ald. Gif. *agmine* Gottorp. fr. V. ed. Th. Ra. Voss. marg. Vind. O. Mus. B. 2. 3. Cant. *augminæ* Ferr.—73 *et hæc* Ferr.—74 *ubi* Mus. B. 2. *novatur* Voss. L. B. *novamus*

## NOTÆ

71 *Corpora*] Atomi.

*Quoique* [*cunq̄ue*] Tmesis est vocis quæcunq̄ue. Lamb. *cuique*. Supp. rei. Idem sensus.

72 *Unde*] Ex qua re, ex quibus rebus.

*Quo*] Ad quam rem, vel ad quas res.

73 *Senescere*] Minui, fluere, interire.

*Florescere*] Crescere, vigere, augeri.

74 *Nec remorantur ibei*] I. e. nec ea corpora prima, quæ rebus gignendis ac augendis adveniunt, diu permanent iis, sed irrequieto motu novas dissolutiones faciunt, novasque ideo generationes alias promovent. Qua vicissitudine res mutuo generantur et corrumpuntur: homines vivunt et moriuntur: animalia crescunt et minuuntur, &c.

75 *Mortales*] Homines; per antonomasiam.

*Mutua*] Adverbialiter sumtum; id est, mutuo, vicissim. Sic III. 80. et alibi passim.

76 *Aliæ gentes*] Alia genera viventium et animantium.

77 *Secla animantium*] Animalia, individua ipsa animalium, ut aiunt: I. 20. 468. &c.

78 *Et, quasi cursores, &c.*] Præclara comparatio, quam nobis aperit Pausanias his verbis: 'In Academia Promethei erat ara, a qua homines in urbem lampadas accensas præferentes decurrebant: inque eo certamen erat, ut accensæ conservarentur lampadæ inter celerem cursum. Cujus enim fax extincta fuerat, is victoriam successori cedebat, eademque ratione ille tertio alteri.' Hæc autem festa celebrabantur Athenis in honorem Vulcani, dicebanturque *λαμπαδισταί*: victor vero in ejusmodi ludis *λαμπαδηφόρος* vocabatur. Cíc. I. de N. Deor. et Scholiastes Aristoph. in Ranis. Igitur sicut cursor extincta face cedit victoriam sequenti: ita vivens extincta vitæ luce cedit alteri viventi quasi facem vitæ. Sic vitæ vegetantis reliquum in herba cedit in sensilem bovis vitam: sic animalis vitæ reliquum in bove cedit in hominis vitam: sic vita hominis cedit in vermes; et ita vicissim.

Si cessare putas rerum primordia posse,  
Cessandoque novos rerum progignere motus;  
Avius a vera longe ratione vagaris.

80

Nam, quoniam per inane vagantur, cuncta necesse est  
Aut gravitate sua ferri primordia rerum,  
Aut ictu forte alterius: nam, concita, sæpe,

*vicissim reddant faces vitæ, adinstar cursorum. Si crelis principia rerum posse quiescere a motu, et quiescendo procreare novas rerum motiones, deflectens procul a rei veritate erras. Namque, cum omnia principia rerum volitent per vacuum immensum, oportet ut ea moveantur vel suo pondere, vel plaga fortasse*

Mus. B. 2. —78 traduntur V. ed. Th. Ra.—83 fieri Cant.—84 Aut ictu uiferri Gryph. marg. Lamb. Bas. marg. P. in not. *concita sæpe* Cant. V. marg. 2. Voss. marg. Gif. *cita sæpe* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *percita sæpe* P. in not. *cita su-*

## NOTE

79 *Si cessare putas, &c.*] His 9. vss. probat 11. atomos non stipatas cohærere: sed citas moveri per inane magnum; quod colligit ex illarum soliditate. Cum enim solidissimæ sint atomi, ut probatum 1. 487. et seqq. sane constat eas esse graves et ponderosas. Qui vero graves sunt et ponderosæ, hinc fiat necesse est, ut suapte natura, hoc est, gravitate sua, suisque ponderibus, deorsum, seu ad lineam, quam vocant, perpendicularem, ferantur. Item quia solidæ sunt, ac durissimæ, hinc fit, ut obviam sibi conflictæ resilire possint in oppositas partes, hoc est, sursum et deorsum per eandem lineam; quoniam in inani immenso, nihil est ab earum tergo, quod impediat, quin conflictæ resulent in partes oppositas. Hinc duplicem jam habes atomorum motum, deorsum et sursum; illum naturalem ex propensione: hunc violentum ex ictu seu mutua repercussione. Ceteros deinde motus infra astruet poëta.

84 *Concita, sæpe* [*superne*] Desuper. Loquitur autem ex vulgi sententia. Neque enim in immenso inani, supremum, infimum, dextrum, sinistrumve locum esse voluit, quod sicut medio, ita extremis carere do-

cuit lib. 1. a vs. 1052. ad finem libri: sed eam in universo ac toto immenso regionem sursum vocat, ex qua, sine ullo tamen termino, adveniant atomi: deorsum vero eam, in quam, sine medio quoque, abeant. Scilicet unius nostri situs rationem habet Lucretius. Hinc fit, ut ea sursum regio dicatur atomis, ex quacumque advenierint, sive desuper, sive infra, sive ab ortu, sive ab occasu, sive a dextra, sive a sinistra, &c. Ea vero deorsum regio dicatur iisdem atomis, in quacumque ferantur, sive sursum, sive deorsum, sive dextrorsum, sive sinistrorsum, sive in ortum, sive in occasum, &c. Quam interpretationem ex Epicuri sententia rite assecutus est Cicero Fin. 1. his verbis: 'Censet [Epicurus] eadem illa individua et solida corpora ferri deorsum pondere ad lineam; et hunc naturalem esse omnium corporum motum. Deinde ibidem homo acutus, cum illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur, et ut dixi, ad lineam, nunquam fore ut atomus altera alteram posset attingere. Itaque attulit rem commentitiam. Declinare dixit atomum perpaululum, quo nihil posset fieri minus: ita effici complexiones,

Obvia quom flixere, fit, ut divorsa repente 85  
 Dissiliant : neque enim mirum, durissima quæ sint,  
 Ponderibus solidis, neque quidquam a tergo ibus obstet.  
 Et, quo jactari magis omnia materiali  
 Corpora pervideas, reminiscere, totius imum  
 Nihil esse in summa ; neque habere, ubi corpora prima 90  
 Consistant : quoniam spatium sine fine modoque est,  
 Imensumque patere in cunctas undique parteis  
 Pluribus ostendit ; certa et ratione probatum est.

*alterius. Enimvero ubi mota desuper percusserunt sese obviam facta, accidit, ut subito resiliant in oppositas partes ; nec vero id mirum est, quippe quæ solidissima constant gravitate plena ; nec aliquid sit, quod obsistat a tergo. Atque ut eo magis perspicuis cuncta principia rerum cila moveri, recordare nullum esse infimum locum universi in universo : neque corpora prima habere locum, in quo conquiescant ; siquidem inane magnum est absque termino et mensura ; et probari multis verbis illud extendi infinitum ex omni parte in omnes partes ; idque demon-*

~~~~~

perne P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3.—85 *cum fluxere* P. Nard. Bas. Ald. *conflexere* Gottorp. fr. *confluxere* Voss. vet. et L. B. *confluxere* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Bodl. Cr. *fit uti* Voss. L. B. *ut uti* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. Bodl. et Cr. *ita ut* V. marg. 2. *fit in* Voss. marg. *velut* Mus. B. 1. *ita uti* O. *divisa* Mus. B. 2.—86 *Dissiliant* Mus. B. 2. *Dissolvant* Bodl. Voss. vet. et L. B.—87 *Corporibus* Gassend. *nec quidquam* Mus. B. 2. *tergibus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *a tergoribus stet* quidam.—90 *Suma* V. ed. Th. Ra. ibi Mus. B. 2.—93 *ostendit vel ostendit* sic Vind. V. ed. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *ostendi* reliqui. *certa et sic* Vind. Ferr. V. ed.

NOTÆ

et copulationes, et adhæiones atomorum inter se, ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi, quæque in eo essent.' Sed de hoc declinationis motu jam infra disputabitur futurus.

85 *Flixere*] Confluxere, sese percussere, per occursum mutuo se contigere. Nonnulli legunt *fluxere* ; male.

Divorsa] Adverbialiter : id est, in diversas partes, nempe in oppositas et contrarias partes resiliant ex mutuo conflictu.

87 *A tergo* [*tergis*] A tergo ; bene. Olim *a tergibus*.

Obstet] Supp. quominus diversa repente dissiliant.

88 *Et, quo jactari, &c.*] His 6. vs. probat III. atomos non stipatas coherescere, sed irrequieto motu per magnum inane volitare, ex eo quod I. 1052. et seqq. docuerit in immenso toto non esse medium seu imum, aut centrum aliquod, in quo consistent ac conquiescant. Igitur jactari, ferri, et moveri debent perpetuo per inane magnum.

89 *Totius*] Immensi, inanis, universi, I. 984.

90 *In summa*] In toto, in universo, v. 70.

91 *Spatium*] Inane vacans. lib. I. vs. 335. not.

93 *Pluribus ostendit* [*ostendi*] I. 1052. et seqq.

Quod quoniam constat, nimirum nulla quies est
 Reddita corporibus primis per inane profundum ; 95
 Sed magis, adsiduo varioque exercita motu,
 Partim intervallis magnis conflictata resultant,
 Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab ictu.
 Et, quæquomque, magis condense conciliatu,
 Exiguis intervallis, convecta resultant, 100

stratum est evidentibus argumentis. Quod cum certum sit, scilicet nulla quies data est primis principiis per spatium vacans immensum : sed potius jactata perpetuo et diverso motu pars illorum mutuo collisa dissiliunt a se invicem per longa spatia, pars vero ex plaga mutua conciliantur parvis intervallis. Et ea omnia principia, quæ concilio magis stipato copulata resiliunt brevibus spatiis, quasi ipsa implicata sint

Th. Ra. Ald. P. et certa vulg. Integer vs. deest Mus. B. 2.—94 Sed Mus. B. 2. multa quies Gottorp. fr. Bodl. Cr. Vind. O. Mus. B. 3. ulla Mus. B. 2. invita Voss. marg.—95 primum Mus. B. 2.—96 que deest Mus. B. 2.—97 Pars nonnulli. vid. Not. Var. vi. 1257. conflictata sic P. in Not. confulta P. Vind. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Mar. Gryph. Nard. Bas. Fab. Voss. marg. confulta O. consulta V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Bodl. Cr. connexa Voss. Anal. iii. 112.—98 brevius Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. nexantur Ferr. Vind. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Gif. marg. Bodl. Cr. Gryph. marg. Bas. marg. P. in not. V. marg. 1. Bodl. aricta Voss. vet.—99 contenso Gif. Par. Mus. B. 1. 3. Cant. sed in Mus. B. 3. corr. in marg.—100 connecta V. ed. Mus. B. 1. 3. Gif. marg. Par. connisa P.

NOTÆ

94 Quod quoniam constat, &c.] His 14. vss. arguit ex dictis, et explicat qua ratione atomi sic volitantes per inane magnum copulente sese et complectantur in rerum concreciones, cum solidarum ac durarum, tum rararum ac mollium. Itaque res solidas et duras, qualia sunt saxa, ferum, et alia de horum genere, fieri docet ex mutuo ictu atomorum, quæ tamen inter se conflictatæ non magnis intervallis a se invicem dissiliunt, sed quæ cætu condense sese complectantur, et in res coalescant minus aut magis solidas, pro minoribus aut majoribus spatiis, quibus a se resiliunt. Molles vero res et raras fieri, cum atomi repercuti longius a se invicem recedunt, nec nisi rariori cætu sese complectantur : qualis est aer,

et lux solis, et aliæ res ejusmodi.

Constat] Certum stat, ac sine controversia.

95 Per inane profundum] Per spatium immensum totius, seu universi, i. vs. 957. 1101.

96 Varioque] Nimirum, saltem ex dictis, sursum et deorsum.

98 Pars etiam] Alii, partim etiam. Utrumque bene.

Nexantur] Nexo, as, frequentativum a verbo necto. Bene. Alii texantur, i. e. jactantur, minus recte; sic enim sese explicat vs. 100. 'connexa resultant.'

99 Condense] Condensato, stipato, bene. Alii contenso; minus recte.

100 Convectoria [Connexa] Copulata; Bene. Alii vectoria, quasi comportata; male.

Indupedita suis perplexis ipsa figuris ;
 Hæc validas saxi radices, et fera ferri
 Corpora constituunt, et cætera de genere horum
 Paucula : quæ porro magnum per inane vagantur,
 Cætera dissiliunt longe, longèque recursant, 105
 In magnis intervallis ; hæc aëra rarum
 Subficiunt nobis, et splendida lumina solis.

Multaque præterea magnum per inane vagantur,
 Conciliis rerum quæ sunt rejecta, nec usquam
 Consociare etiam coitus potuere recepta : 110
 Quoius, utei memoro, rei simulacrum, et imago,
 Ante oculos semper nobis vorsatur, et instat.

sibi mutuo ex figuris suis implexis : ea, inquam, conflant solidas radices lapidum, et dura corpora ferri, et ceteras perpaucas res ejusdem generis. Quæ vero principia volitant per immensum vacuum, et quæ repulsa recedunt procul, et remeant procul in magnis spatiis ; ea suppeditant nobis aëra, qui non est densus, et lucidam lucem solis. Et præter hæc corpora, plura alia volitant per immensum vacuum, quæ repulsa sunt de cætibus rerum, et quæ nunquam potuerunt simul convenire, nec etiam conciliare suos motus. Cujus rei, ut hic narro, signum et species ponitur et astat perpetuo nobis ante oculos. Namque conspice, quandocunque lux

in not. connexa Hav. Delph. Ald. Bip. resultat Ald.—101 *Endupedita* Mus. B. 1.—104 *Pauticia* Mus. B. 1. *Paucina* Mus. B. 2. *Paucira* Mus. B. 3. quæ deest Mus. B. 3. per deest V. ed. Th. Ra.—105 *Cætera* : sic omn. Mss. et vet. edd. Et cita vulg.—109 *Concilia* V. ed. *Concilio* ab V. marg. 1. *Concilio* a conj. Wakef. *Concilia* Ferr. Th. Ra. *dejecta* Cont.—110 *Consonare* V. ed. Th. Ra.—111 *memorabo* Gif. marg. P. in not. *memoror* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. *simulacra* Voss. vet. et L. B.—

NOTE

101 *Indupedita*] Vcl *endupedita*, i. e. *impedita*, i. 241.

Perplexis figuris] Inter se implicatis. Aliæ enim atomorum figuræ sunt rotundæ, aliæ angulares, aliæ hamatæ, aliæ asperæ, &c. Quo fit ut aliæ aliis facilius aut difficilius conciliantur ; infra vs. 335. et seqq.

102 *Validas*] Firmas, duras, solidas.

Fera] Dura, acuta.

108 *Multaque præterea, &c.*] His 16. vss. docet non omnes atomos, quæ per inane magnum volitant, conciliari et coalescere in rerum concrectiones : sed multas a conciliis rejectas

Delph. et Var. Clus.

Lucret.

nusquam consociari magis, quam ramenta, quæ per radios solis perpetuo volitare, moveri, variisque modis vagari cernimus. Neque tamen putes velim hæc ramenta pulveris, quæ per aëra volitare cernimus in ipsis radiis solaribus, atomos esse ; corpuscula enim sunt, quæ ex atomis constant, et quibus error ille vagus seu motus est ab atomis. Æmulantur atomos in hoc, quod irrequieto motu per inane perpetuo ferantur, et quod parva sint corpora.

109 *Conciliis . . . rejecta*] Quæ coherere, conciliari, aut consociari non potuerunt.

O

Contemplator enim, quom solis lumina quomque
 Insertei fundunt radiei per opaca domorum :
 Multa minuta, modis multis, per inane videbis 115
 Corpora misceri, radiorum lumine in ipso ;
 Et, velut æterno certamine, prælia pugnasque
 Edere, turmatim certantia ; nec dare pausam,
 Conciliis et discidiis exercita crebris :
 Conjicere ut possis ex hoc, primordia rerum, 120
 Quale sit, in magno jactari semper inani ;
 Dum taxat rerum magnarum parva potest res
 Exemplare dare, et vestigia notitiae.
 Hoc etiam magis hæc animum te advortere par est

solis immittit intus radios per loca domorum cæca et obscura, cernes in ipsa luce radiorum plura parva corpuscula immisceri simul pluribus modis per ipsum aëra ; et quasi catervatim pugnantia committere certamina et conflictus perpetuo prælio ; neque dare sibi quietem, quia jactantur frequentibus cætibus et separationibus. Ita ut queas ex hac re cognoscere, quid sit principia rerum agitari perpetuo in immenso vacuo. Scilicet enim res parva potest saltem præbere exemplum magnarum rerum, et indicia veræ cognitionis. Convenit etiam te convertere mentem ad hæc corpora,

113 *quom deest* V. ed. Th. Ra. *lumina cuique* Mus. B. 2.—114 *Inferti* Voss. vet. *Insertim* Delph. vulg. *fundant* Bodl. V. ed. Th. Ra. *fundat* P. Ald. sed *fundunt* P. in not. *radiei* Gottorp. fr. Voss. L. B. neque aliud habendum est rō *radi* Voss. vet. *radios* reliqui.—117 *pignas* V. ed. Th. Ra. *que deest* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3.—119 *dissidiis* Cant.—120 *Corripere* Bodl. Cr. *Conicere* Ferr.—121 *Quide* Gottorp. fr. *Quidre* V. marg. 1. *Quare sic* Bodl. et Cr. *sic* V. ed.—122 *Duntaxat* Ald.—123 *notitiae* Ferr. V. ed. Th. Ra. *noctitiae* Mus. B. 2.—124 *mage ad hæc* Gryph. Nard. Bas. P. Ald. *huc* V. marg. 1. *hoc* Bodl. *advere* V. ed. Th. Ra.—125 *turbata*

NOTE

- 113 *Contemplator*] Contemplant, aspice. Sic vi. 188. et Virg. Geor. i. 187.
 114 *Insertei*] *insertim*] A verbo, in- sero, ui, ertum. Quasi per vim in- trudentem. Nonnulli legunt, non in- epte, *inserti fundunt radii*.
 115 *Minuta . . . Corpora*] Ramenta pulveris.
 116 *Per inane*] Per aëra.
 117 *Pausam*] Quietem, cessationem,
 118 *Contemplator*] Contemplant, aspice. Sic vi. 188. et Virg. Geor. i. 187.
 119 *Discidiis*] Dissolutionibus, i. 221. et alibi.
 124 *Hoc etiam magis, &c.*] His 8. vss. monet aliam atomorum similitu- dinem esse observandam cum ramentis istis, quæ per radios solis videmus volitare: nimirum sicut cernimus illa ramenta pulveris, quæ corpus- cula sunt, moveri tamen variis modis, modoque turmatim misceri, modo dis- silire; ita conjicere licet atomos, quæ corpuscula sunt cæca, cæcos edere motus per inane magnum, nec sibi dare pausam.
 125 *Hæc animum advortere*] Supp. ad : i. e. animum advertere ad hæc.

Corpora, quæ in solis radiis turbare videntur ; 125
 Quod tales turbæ motus quoque materiai
 Significant clandestinos cæcosque subesse.
 Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis
 Conmutare viam, retroque repulsa revorti,
 Nunc huc, nunc illuc, in cunctas undique parteis. 130
 Scilicet hicc' a principiis est omnibus error :
 Prima moventur enim per se primordia rerum ;
 Inde ea, quæ parvo sunt corpora conciliatu,
 Et quasi proxima sunt ad vires principiorum,

quæ cernuntur moveri in radiis solis ; quoniam tales motiones signant etiam inesse corporibus materiae motus latentes, et quos non videre est. Namque cernes in radiis solis plura corpuscula percussa ictibus clandestinis mutare viam suam, et rejecta retrogredi modo in hanc, modo in illum partem, et tandem in omnes partes. Nimirum hic vagus cursus venit ab ipsis primordiis rerum. Namque prima rerum principia moventur ex seipsis : deinde res illæ, quæ constant ex paucis cætu principiorum, et quæ veluti proxime accedunt ad vires primordiorum, pulsantur et moventur latentibus



V. marg. 1.—127 *clandestinos* V. ed. Th. Ra.—128 *ubi* Mus. B. 2. *percita* Cant.—130 *undique* : sic Gottorp. fr. P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Voss. marg. Gassend. *denique* reliqui.—131 *Scilicet* V. ed. Th. Ra.—132 *Primo* Mus. B. 2.—133 *conciliata* Voss. vet. et L. B. Cant.—134 *Ec quai* V. ed. Th. Ra. *quæ* V. marg. 1. *sunt* deest Ferr.—135 *Letibus* V.

NOTE

125 *Turbare*] Moveri, volitare, vagari, errare.

126 *Materiai*] I. e. Corporibus primis, atomis.

127 *Clandestinos cæcosque*] I. e. qui sub sensus, nempe sub oculos, non cadant ; i. 278. 295. &c.

128 *Multa*] Supp. ramenta illa pulveris.

Plagis cæcis] Ictibus, qui sensibus non percipiuntur.

131 *Scilicet hicc' a principiis, &c.*] Docet autem ramenta illa, quæ per radios solis volitant, motum et errorem suum habere ab ipsis rerum principiis, seu atomis, ex quibus ipsa constant, quantumvis minuta videantur.

132 *Prima moventur, &c.*] His 9. vss. docet Poëta atomos, seu rerum pri-

mordia moveri per se et ex seipsis : ceteras vero res motum omnem habere ab atomis ; cum hoc tamen ordine, ut, quæ res concretæ paucioribus constant atomis, et ad vires atomorum proxime accedunt, eæ rebus majoribus motum incutiant : res vero majores motum pariter impertiantur corporibus majusculis ; et ita de ceteris. Hinc colligere licet atomos non solum esse prima rerum principia, sed et primam causam motus rerum. Quam impiam Epicuri sententiam damnat fides, quæ nos docet Deum unum esse primum motorem et auctorem rerum.

133 *Parvo sunt conciliatu*] Hoc est, paucarum atomorum cætu constant : parva sunt corpora : parva mole constant.

Ictibus illorum cæcis impulsa, cientur; 135
 Ipsaque, quæ porro paullo majora, lacessunt.
 Sic a principiis adscendit motus, et exit
 Paullatim nostros ad sensus; ut moveantur
 Illa quoque, in solis quæ lumine cernere quimus;
 Nec quibus id faciant plagis adparet aperte. 140
 Nunc, quæ mobilitas sit reddita materiai
 Corporibus, paucis licet hinc cognoscere, Memmi.
 Primum, Aurora novo quom spargit lumine terras,

plagis eorum: et hæ res minores verberant et cient res alias, quæ sunt paulo majores. Ita motus omnis exurgit a primordiis, et ex iis egreditur pedetentim ad nostros sensus, ut illa ramenta pulveris, quæ possumus videre in radiis solis, etiam moveantur; neque tamen licet videre manifeste quibus ictibus faciunt istud. Jam vero facile est tibi, o Memmi, paucis verbis inde agnoscere, quæ pernicitas meandi data sit principiis rerum. Principio ubi Aurora perfundit terras nova luce, et diversæ aves

ed. Th. Ra. *gientur* Voss. vet. et L. B. sed in Voss. L. B. altera lect. est *repos.* erasa priori, et in Voss. vet. superscr. *o* super literam primam.—136 *Ictaque* Gif. marg. V. marg. 1. Gryph. marg. que deest V. marg. 2. Voss. L. B. V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. *majore* V. marg. 1.—137 *ostendit motus* Bodl. Cr.—140 *Ne* Voss. vet.—142 *hic* P. hen Mus. B. 1.—145 *opplet* Mus. B. 2.—

NOTE

136 *Ipsaque*] Supp. parva illa corpora, quæ sunt icta ab atomis, feriunt et lacessunt majora corpora. Nonnulli legunt *ictaque*; non male.

138 *Nostros ad sensus*] Puta ad oculos, ad tactum, aut ad alium sensum.

139 *In solis quæ lumine*] Nimirum ramenta illa pulveris, quæ per solis radios volitare cernimus.

141 *Nunc quæ mobilitas, &c.*] His 26. vs. probat iv. ex dictis atomis non solum moveri per inane magnum; sed velocissime moveri. Argumentatur autem a minori ad majus, ut aiunt; argumentumque petit a calore et luce solis. Sic autem instat: Si calor et lumen solis, quæ sunt corpora concreta, pæne tamen in instanti temporis ab una hemispherii parte meant ad aliam; totumque complent subito aëra, qui corpusculis reluctantibus repletur; quanto magis atomi, quæ

corpora sunt simplicissima, ferri possunt velociter, et volitare per ipsum inane magnum? Rem autem illustrat carminis elegantia. Deinde addit atomos neque mente neque consilio retardari, quoniam citius moveantur, cum rationis sint expertes et consilii.

Mobilitas reddita] Velocitas data: pernicitas attributa.

Materiai Corporibus] Atomis, rerum primordiis.

142 *Memmi*] Cui opus hoc scribit et dicat, i. 26. et 44.

143 *Spargit lumine terras*] Sic Virg. *Æn.* iv. 584. 'Et jam prima novo spargebat lumine terras.' Et Georg. i. 'Aut cum Sole novo terras irrorat Eous.' Metaphora ducta ab aquis ad lumen et calorem, quæ sunt quasi effluvia solis. Sic Lucret. infra vs. 147. 211. et v. 282. et passim.

Et variæ volucres, nemora avia pervolitantés
 Aëra per tenerum, liquidis loca vocibus obplent ; 145
 Quam subito soleat sol ortus tempore tali
 Convestire sua perfundens omnia luce,
 Omnibus in promptu manifestumque esse videmus.
 At vapor is, quem sol mittit, lumenque serenum,
 Non per inane meat vacuum ; quo tardius ire 150
 Cogitur, aërias quod sic diverberet undas :
 Nec singillatim corpuscula quæque, vapores,
 Sed complexa, meant inter se, conque globata :
 Quapropter simul inter se retrahuntur ; et extra

volitantes per sylvas invias implent sonoris cantibus omnia loca per tenuem aëra, tunc cernimus notum esse, et in aperto omnibus hominibus, quam cito sol exortus consuecat in tali tempore cooperire et aspergere cuncta suo lumine. Verum calor ille, quem sol jacit, et lux clara quam vibrat, non transit per vacuum, quod sit vacans ; unde fit, ut necesse sit illi meare lentius, eo quod sol scindit aquas aërias : nec singula corpuscula caloris ac lucis transeunt separatim, sed vadunt implicata inter se, et conglomerata. Quamobrem non solum invicem retardantur, sed etiam

147 *convitère* Mus. B. 2. *profundens* V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. marg. P.—149 *Ac V. ed. Ut V. marg. 1. vaporis* Th. Ra. *submitit* pro *sol mittit* Mus. B. 2.—151 *quo si* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. *sudum* ascribitur, *quod sol* P. V. ed. Gif. Par. Bodl. Gryph. Nard. Bas. Cont. Ferr. Th. Ra. Ald. Delph. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. sed *sol* in Mus. B. 1. super *rasura* scrib. *quasi quom vel cum* vulg. *diverberat* P. Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. Cant.—152 *singillatim* Vind. *singulatim* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *vapores* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Bas. *vaporis* vulg.—153 *cunque* P. V. ed. Th. Ra. Ald.—154 *retrahuntur* : sic Gottorp. fr. P. Mus. B. 1. et Priscian. VIII. p. 802. *trahuntur* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Bodl. *turbantur* Cant. Gryph. Nard. Bas. marg. V. marg. 1. *tardantur*

NOTÆ

144 *Nemora pervolitantes*] Volitantes per nemora.

145 *Aëra per tenerum*] Sic I. 208. ‘Tencras in aëris auras.’ Et vs. 180. &c.

Liquidis vocibus] Claris, vel flexilibus. Sic Virg. Geor. I. ‘Tum liquidas corvi presso ter gutture voces Aut quater ingeminant.’

147 *Convestire*] Cooperire, illustrare. Sic Virg. Æn. VI. 640. ‘Largior hic campos æther et lumine vestit.’

Perfundens] Aspergens, vs. 143.

149 *Vapor*] Calor, ardor, I. 463.

et alibi passim. Sic infra vs. 152.

150 *Non per inane meat vacuum*] Hoc est, meat per inane, quod non est vacuum, et expers omni corpore. Meat quippe calor solis per aëra, qui multis atomis et corporibus repletur, quæ reluctari possunt, ne citius eat calor ille.

151 *Aërias... undas*] Aëra liquidum, humidum. Sic Virg. Georg. I.

Diverberet] Scindit, et quasi luciendo transmeat.

153 *Conque globata*] Tmesis. conglomerataque.

154 *Retrahuntur*] Quasi retro tra-

Obficiuntur, utei cogantur tardius ire. 155
 At, quæ sunt solida primordia simplicitate,
 Quom per inane meant vacuum, nec res remoræ fit
 Ulla foris, atque ipsa, suis e partibus unum,
 Unum, in quem cœpere, locum connixa feruntur ;
 Debent nimirum præcellere mobilitate, 160
 Et multo citius ferri, quam lumina solis ;
 Multiplexque loci spatium transcurrere eodem
 Tempore, quo solis pervolgant fulgura cœlum :

impediuntur foris, ita ut necesse sit illis meare lentius. Verum principia, quæ constant solida et simplici natura, quia transeunt per vacuum, quod est vacans, et quia nulla res extra retardat illa, et quia ipsa sunt quid simplex e suis partibus, et quia nixa rapiuntur in unum locum, in quem ire cœperunt ; scilicet profecto debent prædita esse pernecitate, et longe celerius moveri, quam lux solis ; et transmeare pari instanti temporis intervallum majoris spatii, quam lumina solis com-

Lamb.—157 *nec res semor autem* Gottorp. fr. *res ceremoravit* V. marg. 1. *res remorata est* V. marg. 2. *necrescere moravit* Voss. L. B. *nec res se remoravit* Voss. vet. *crescere moræ* Bodl. Cr. *ne crescere mora est* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3. *nec crescere mora est* Bodl. *nec res remoratur* vulg.—158 *foras* Bas. *quin ipsa* Fab.—159 *in quam* Voss. vet. *connexa* P. Vind. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Gryph. Mar. V. marg. 1. Ferr. Ald. *convexa* O. Mus. B. 1. *ferantur* Fab.—160 *procellere* Ferr.—162 *Multiplicesque* Gottorp. fr. *Multiplicisque* Gif.

NOTÆ

hantur, ne citius eant. Scilicet corpuscula illa luminis et caloris solis non uno instanti permeant per totum aëra ; nec sigillatim eunt ; sed conglobata meant, et sese implicant, ne citius eant. Alii legunt, *tardantur*. Alii *turbantur*.

Extra] Foris, vs. 158. i. e. ab externis corporibus, nimirum ab aëriis undis, hoc est, ab ipso aëris humido corpore. Sic vs. 158.

155 *Obficiuntur*] Impediuntur. Sic IV. 766. ‘ effecti sensus : ’ i. e. impediti et obstructi : ct vs. 774. ‘ effecto lumine.’

156 *Solida simplicitate*] Ut probatum est I. 566. 575. &c.

157 *Quom per inane meant vacuum*] Nimirum per inane magnum, quod, præter prima ipsa corpora, seu atomos, omni corpore expers est, I. 330. et seqq.

158 *Ipsa, suis e partibus unum*] Id est, ipsa rerum primordia sunt corpus simplex ; sunt quid unum ex suismet partibus ; hoc est, non constant ex diversis partibus. Sic I. 604. ‘ Quæ minimis stipata cohærent partibus ante Non ex ullorum conventu conciliata, Sed magis æterna pollentia simplicitate.’

159 *Connixa*] Connisa, luctantia, certantia. Alii *connexa*, i. e. complexa, perplexa.

162 *Multiplexque loci spatium, &c.*] I. e. majus et amplius spatium ac intervallum. Hi duo vs. repetuntur IV. 208.

163 *Pervolgant*] Pervolitant, permeant : vel, complent, celebrant perfundunt. Lambin. Sic vs. 346. IV. 208.

Solis fulgura] Fulgores, lumina solis. I. 726.

Nam neque consilio debent tardata morari,
Nec persectari primordia singula quæque,
Ut videant, qua quidque geratur cum ratione.

165

At quædam contra hæc, ignarei, materiai
Naturam non posse, Deum sine numine, reddi
Tanto opere humanis rationibus admoderate;

plent totum cælum. Neque enim principia debent mente aliqua sagaci retardari, et lente moveri, neque debent scrutari singulas quasque res, ut cognoscant quo modo res quæque administretur. Sed adversus hanc rationem quidem inscii putant naturam principiorum non posse, sine potentia Deorum, immutare tempestates annorum rationibus, adeo constantibus, et humanæ rationi consentaneis; et pro-

Par. Delphi. Fab. Cout. V. marg. 1.—164 Deest Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Cant.—165 *perscrutari* P. Mus. B. 1. marg. Hav. Ald. Bip. Delphi. *perfectari* Gottorp. fr.—166 *videant* et litera posterior *roû Ut desunt* Mus. B. 1. *quidæ gerantur* Cant.—167 *ignorari* V. ed. Th. Ra.—168 *rentur pro reddi* Mus. B. 3. et multæ edd.—169 *Tanto opere*: sic Gottorp. fr. V. ed. Th. Ra. *Tantopere* vulg. *humani* Th. Ra. *at moderate* Vind. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. *admoderare* superscr. *ac moderate* P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gryph. Bas. Nard. Cr. conj. *at moderatis* V. marg. 1. *et mo-*

NOTÆ

164 *Nam neque consilio, &c.*] His 3. vss. satisfacit instantiæ, quæ fieri potuit: nimirum, Quidni mente aliqua, sive sua sive aliena, retardarentur atomi? inquiet aliquis. At id fieri non potest, respondet Lucretius; quia atomi non consilio aut mente, sed necessitate suæ naturæ moventur. Sic 1. 1020. et seqq.

165 *Persectari* [*perscrutari*] *Perpicere*, cognoscere. Alii, *persectari*.

Singula quæque] Singulas quasque res: non autem, singula quæque primordia, ut male interpretati sunt nonnulli.

167 *At quædam contra hæc, &c.*] His 16. vss. ex occasione data Stoicos arguit insectiæ, qui mundum a Deo creatum propter homines crediderint, quia sibi finxerunt rerum stas et ratas mutationes fieri non posse sine Deorum opera et potentia; nec fruges stas ita ac certis anni temporibus creari; nec genus humanum ita propagari; nec res ceteras ita

certo ordine, et tempore stato, quo videmus, in mundo fieri posse. Quasi vero, inquit Lucretius, natura atomorum satis per se, et sine Deorum numine, propensa non sit in hominum certa commoda. Deinde jactat se, omni etiam primordiorum notitia remota, posse ex ipsis cæli rationibus, hoc est, ex ipso cælo petitis, et aliis pluribus argumentis probare posse, neque atomorum naturam, neque naturam universam a Deo creatam esse, ac divina providentia gubernari. Quam disputationem in aliud tempus aliumve in locum differt; nimirum v. 157. et seqq. et 417. et seqq. Impia sane hæc Lucretii sententia est.

Ignarei] Epicureo fastu vocat Stoicos ignaros, quibus Epicureorum secta infensa erat.

Materiai Naturam] Atomos, primordia rerum.

169 *Admoderate* [*moderatis*] *Temperatis*, constantibus, stas, ratis, certis.

Tempora mutare annorum, frugesque creare ; 170
 Et jam cætera, mortaleis quæ suadet adire,
 Ipsaque deducit, dux vitæ, dia Voluptas,
 Ut res per Veneris blanditum secla propagent,
 Ne genus obcidat humanum : quorum omnia caussa
 Constituisse Deos quom fingunt omnibus rebus, 175
 Magno opere a vera labsei ratione videntur.
 Nam, quam vis rerum ignorem primordia, quæ sint,
 Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim
 Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,
 Nequaquam nobis divinitus esse creatam 180
 Naturam mundi : quamquam hæc sint prædita culpa ;

creare segetes ; atque etiam alias res, quas hæc divina voluptas, quæ magistra est vitæ, persuadet homines petere, et inducit ut per vias generationis multiplicent speciem suam cum voluptate, ne gens hominum pereat ; propter quos homines comminiscuntur omnia facta fuisse a Diis. Verum in hisce rebus omnibus videntur longe aberrasse a veritate rei. Namque, etsi non noverim quæ sint principia rerum, attamen audeo probare ex ipsis rationibus cœli, et ostendere ex pluribus aliis rebus, naturam mundi nullatenus fuisse a Diis procreatam a Diis propter nos, quippe quæ constet tanto defectu et tantis incommodis. Quas quidem res infra manifestas red-

derare Cant.—171 Et jam : sic Mss. et edd. vet. Etiam V. ed. Th. Ra. Nec jam vulg. quæ cætera, m. suadet Voss. vet.—172 deducet Gottorp. fr. in Voluptas Mus. B. 2.—173 Et P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. O. Mus. B. 3. blanditum : sic Vind. Mus. B. 1. Lamb. conj. Hav. Bip. Delph. blanditum P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Bas. blanditur Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. propaget Mus. B. 2. Ald.—174 Nec Vind.—175 quom fingunt : sic Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. confingunt P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. confingunt Mus. B. 1. fingunt : sed in omnibus vulg.—178 Non tamen Cant.—179 in rebus Mus. B. 2.—181 quanquam hæc sint : sic Mus. B. 3. Cant. quanquam hæc sunt P. Gryph. et marg. Bas. marg. sint deest Mus. B. 2. 3. hæc sint desunt Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. quanque V. ed.

NOTÆ

172 *Ipsaque deducit, &c.*] Sic de Veneris, quæ voluptas est ipsa, loquitur l. a vs. 10. ad vs. 25.

Dux vitæ] Sic l. 22. de voluptatis Dea : ' Quæ quoniam rerum naturam sola gubernas.'

Dia] Divina, l. 23.

173 *Res per Veneris*] Per generationis vias.

Blanditum] Blandiendo. Sic aliis locis 'insertim,' 'propritim,' 'cur-sim,' &c.

Secla propagent] Sic l. 21.

174 *Quorum*] Supp. mortaliam, h. e. hominum, vs. 171.

175 *Omnibus [omnibu']* Omnibus, litera s elisa, ut syllaba corripitur. Sic passim alibi.

177 *Nam, quam vis rerum, &c.*] Hi 5. vss. repetuntur v. 196.

178 *Ex cœli rationibus*] Ex ipsa cœli natura, ex ipso cœlo. l. 50.

179 *Reddere*] Ostendere, ob oculos ponere, colligere, declarare.

181 *Naturam mundi*] Mundum.

Prædita culpa] Defectibus abundans

Quæ tibi posterius, Memmi, faciemus aperta :
Nunc id, quod super est, de motibus expediemus.

Nunc locus est, ut opinor, in hiis illud quoque rebus
Confirmare tibi ; nullam rem posse sua vi 185
Corpoream sursum ferri, sursumque meare.

demus tibi, o Memmi. Nunc autem absolvemus id, quod restat de motu atomorum. Jam opportuna est occasio hic, ut puto, probare etiam tibi istud in hisce rebus ; nimirum nullam rem corporealem posse sua virtute attoni in altum, et in altum ab-



Par. Mus. B. 1. Th. Ra. *quæ tanta est vulg.*—183 Hunc vs. rejicit Lamb. *expediemus* Mus. B. 2. Ferr.—184 *quoque illud* Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3.—185 *suavi* V. ed. Th. Ra.—186 *meari* Ferr. V. ed. Th. Ra.

NOTE

ac incommodis. Sic Cic. Verr. II. vocat Verrem ‘scelere præditum.’ Sic Lucret. v. 200. idem repetit, ubi memorat ‘culpæ omnes,’ seu defectus ac incommoda, quibus mundus ipse abundans nocet hominibus.

182 *Posterius*] Infra, nempe, ut dixi, v. 200. et seqq.

183 *Nunc id, quod super est, &c.*] His 33. vss. expedit modo quæ de duplici motu atomorum, naturali, et violento, supererant. Dixerat quippe supra vs. 79. et seqq. not. atomos naturali motu deorsum deprimi, violento vero sursum tolli. Quia vero nove rat sensus ipsos huic doctrinæ contradicere, cum videatur ignis naturaliter sursum ferri, segetes in altum naturali alimento crescere pariter ac plantæ et arbores ; sanguis e venis missus alte exultare et spargere cruorem : jam docet nullam rem, neque ignem, neque segetes, neque sanguinem vi sua ac suo naturali nisu ferri sursum ; sed quia violentia comprimuntur. Rem illustrat exemplo, probatque a simili. Nam v. g. videmus tigna, et trabes, quæ gravi pondere pollent, non nisi magna vi tamen in profundum aquarum deprimi posse, cum directa saltem deprimuntur : quinimo, quantum in se est, emergere

et exilire ex aquis plus media sui parte. Neque tamen dubitandum est, ‘Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.’ Igitur non vi sua sursum tolluntur flammæ et aliæ res ejusdem naturæ, quæ sursum feruntur : sed violentia, et compressione rei alterius ; v. g. ignis ab aëre pressus ascendit in altum : sanguis compressus vinculis, aut nimia sanguinis copia emicat alte : segetes alimento e terra jugiter misso crescunt in altum, quia pars alimenti partem aliam trudit, et hæc alia alteram ; et quantum ponderis rebus illis, quantumvis levissimis, inest, illud deorsum res illas pugnat deducere. Quod et exemplo nocturnarum flammarum confirmat, quæ per æthera volitantes non sursum tamen, sed deorsum in terras, qua natura dedit meatum, labuntur. Sic enim stellas e cælo cadere nonnunquam videre est : sic coruscationes ac fulmina descendunt : sic ardor et lumen solis deorsum ad nos veniunt. Scilicet quia hæc faces nocturnæ per aëra volitantes ; hæc stellæ de cælo cadentes ; hæc fulmina deorsum labentia ; hic calor e sole ad nos effluens, non impediuntur, quominus, quantum in se est, deorsum ferantur. Hinc colligere est

Nec tibi dent in eo flammæ corpora fraudem ;
 Sursus enim vorsus gignuntur, et augmina sumunt :
 Et sursum nitidæ fruges, arbustaque, crescunt :
 Pondera, quantum in se est, quom deorsum cuncta ferantur.
 Nec, quom subsiliunt ignes ad tecta domorum, 191
 Et celeri flamma degustant tigna, trabeisque,
 Sponte sua facere id sine vi subicente putandum est :
 Quod genus, e nostro quom missus corpore sanguis
 Emicat, exsultans alte, spargitque cruorem. 195
 Nonne vides etiam, quanta vi tigna, trabeisque,
 Respuat humor aquæ ? Non, quo magis ursimus altum

ire. Neque corpora flammæ nectant tibi dolum in hac re ; namque et flammæ generantur, et accipiunt augmentum sursum : et lætæ segetes, et arbores augentur sursum : contra vero gravia corpora omnia, quantum possunt, deprimuntur in imum. Neque etiam credendum est, quando ignes sursum ascendunt ad tecta domorum, et lambunt veloci flamma tigna et trabes, facere istud ex sua vi, et sine virtute impellente illos. Quale genus est etiam sanguis, ubi laxatus e corpore nostro exilit saliens sursum, et diffundit saniem suam. Nonne etiam cernis quanta violentia liquor aquæ repulset tigna et trabes ? Etenim quo magis impulimus illa ligna

//////////

Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1.—187 *Nec*: sic V. ed. Lamb. *Nc* vulg. *dent timeo* P. Vind. Mus. B. 2. Cant. Gif. marg. Gryph. Nard. Bodl. Th. Ra. Ald. *de niteo* Mus. B. 1. *dem timeo* V. ed. *dent in timeo* Mus. B. 3.—188 *versum* Mus. B. 2. *et deest* Mus. B. 2. *agmina* Gottorp. fr. V. ed. Bodl. *augmina* Ald. Mus. B. 2.—189 *itidem fruges* V. ed. Th. Ra.—190 *in quantum* Mus. B. 2. *ferant* Ald.—192 *signa* Voss. vet.—193 *facte* V. ed. Th. Ra. *vi deest* Mus. B. 2. *subigente* Hav. Bip. Delph. *subjecta* Gif. Par. Gryph. Nard. Cout. Bas. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—194 *commisus* Mus. B. 1. 2.—196 *in tigna* Mus. B. 2.—197 *Non* sic solus Mus. B. 2. *Nam*

NOTÆ

nullam rem corpoream vi sua sursum ferri, sed violentia tantum : naturali vero nisu deorsum deprimi, quia corpore constat. Hinc duplex atomorum, quæ corpora sunt, motus astruitur ; naturalis et violentus.

187 *In eo*] Alii *timeo*. Idem sensus.

Flammæ corpora] Flammæ ; quæ corporeæ sunt : ignes.

188 *Sursus . . . vorsus*] Antiqua locutio, pro ‘ sursum versus.’

Augmina sumunt] Angescunt, crescunt.

189 *Nitidæ fruges*] i. 253.

190 *Pondera*] Pondere constantia

corpora : gravitate prædita.

191 *Subsiliunt*] Sursum saliant.

192 *Degustant*] Depascunt, lambunt, absumunt. Virg. *Æn.* II. et Horat. Sat. I. 5. ‘ Nam vaga per veterem delapso flamma culinam Vulcano summum properabat lambere tectum.’

193 *Subicente*] Impellente, Lamb. bene. Alii *subjecta*; male.

194 *Quod genus, e*] Quale genus est ; cuius generis est ; qualis est snpp. sanguis. Sic III. 222. 278. 433. IV. 271. v. 479. &c.

195 *Cruorem*] Sanguineas guttas ; cruentum humorem.

197 *Quo magis* [*quam magi*] . . .

Directa, et magna vi multæ pressimus ægre,
 Tam cupide sursum revomit magis, atque remittit;
 Plus ut parte foras emergant, exsiliantque? 200
 Nec tamen hæc, quantum est in se, dubitamus, opinor,
 Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.
 Sic igitur debent flammæ quoque posse per auras
 Aëris, expressæ sursum, subcedere, quamquam
 Pondera, quantum in se est, deorsum deducere pugnent.
 Nocturnasque faceis, cœli sublime volanteis, 206
 Nonne vides longos flammarum ducere tractus,

recta in profundum aquarum, et pollentes magna virtute depressimus ea difficulter, eo magis avide aqua rejecta et repellit illa in altum, ita ut plus media sui parte exeant, et exultent extra aquas. Neque tamen dubitamus, ut puto, quin hæc omnia, quantum datum est ipsis, delabantur in inum per inane vacans. Similiter ergo flammæ emissæ per medios flatus aëris debent posse cedere in altum, quamvis pondus illarum, quantum potest, certet deprimerè illas in inum. Nonne etiam cernis nocturnas flammæ atheris, quæ volitant per altum, facere quasi longas vias ignis,

reliqui quam magis Hav. Bip. Delph. ursinus sic P. in not. Gif. L. B. Par. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1. Voss. L. B. sed *urgimus* a sec. m. *urgimus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Vind. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Gryph. Nard. Bodl. Cr. *urgimur* Gottorp. fr. *urgimur* Bas. *mersinus* Lamb. Bip. Delph. alter Voss. vet. et L. B. Cant. *alta* Vind. Bodl. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *alte* Gif. Par. P. V. marg. 1.—198 in pro vi Mus. B. 2. *ri multa* V. ed. Th. Ra. Bodl. *egere altu* V. ed. Th. Ra. alter *ægre* Mus. B. 2.—199 *Tum* Mus. B. 2. *cupido* V. ed. Th. Ra. *removet* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. marg. P. Bodl. Cr. Bodl. Voss. L. B.—202 *feruntur* Mus. B. 1. 2.—203 *quoque debent flammæ* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 3. Cant. et eod. ordine Mus. B. 2. sed *quocumque* leg. pro *quoque*.—205 *Pondere* Voss. vet. *est in se* V. marg. 1. *inest* V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. *ducere* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—206 *Sub luna*

NOTE

Tam, &c.] Sic i. 536. *Magi'* autem pro *magis*, littera s elisa, ut syllaba corripiatur. Nisi forte, ut quibusdam placet, legeris *ursinus*, pro *mersinus*: tunc enim non *magi'*, sed *magis* legendum esset.

199 *Revomit*] Alii *removet*: minus eleganter.

201 *Quantum est in se*] Sua vi.

204 *Subcedere*] Cedere, moveri, ferri, exilire.

205 *Quantum in se est*] Quantum possunt.

Deducere] Deprimere, deferre.

206 *Sublime*] Per altum; quasi ad-

verbialiter. Sic iv. 133. et vi. 96. Sic Virg. Geor. III. 'Jamque humiles, jamque elati sublime videntur...ferri.'

207 *Nonne vides, &c.*] Sic Virg. imitatus hæc Geor. i. 365. 'Sæpe etiam stellas vento impendente videbis Præcipites cælo labi, noctisque per umbras, Flammarum longos a tergo albescere tractus.' Loquitur autem ex vulgi opinione; neque enim de cælo cadunt stellæ: sed quædam flammarum scintillæ, quæ in aëre micant, et per aëra discurrunt accensæ.

In quasquomque dedit parteis natura meatum ?
 Non cadere in terra stellas, et sidera, cernis ?
 Sol etiam summo de vortice dissipat omneis 210
 Ardorem in parteis, et lumine conserit arva :
 In terras igitur quoque solis vergitur ardor.
 Transvorsosque volare per imbreis fulmina cernis :
 Nunc heic, nunc illic, abruptei nubibus, ignes
 Concursant ; cadit in terras vis flammea volgo. 215
 Illud in hiis quoque te rebus cognoscere avemus :

in quascumque partes natura dedit illis cursum? Nonne vides stellas et astra decidere in terram? Sol quoque ex alto culmine cœli dispergit calorem in omnes partes, et conspergit agros luce. Ergo calor solis nititur etiam in terras: et vides fulmina cœli volitare per medios nimbos oblique: fulgura avulsa modo hinc, modo inde e nubibus pervagantur: vis ignea plerumque decidit in terras. Cupimus etiam in hac materia te scire hoc, quod sequitur, nempe, quando cor-

V. ed. *Sub lunæ* Th. Ra.—208 *partem* Mus. B. 1.—209 *terra* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *sydera* V. ed. Th. Ra.—210 *summa* Mus. B. 2. *æthereo de v.* Mus. B. 1. *discipat* Mus. B. 2.—211 *arvem* Gottorp. fr.—212 *spargitur* quidam pro *vergitur*.—213 *Terras versos* V. ed.—216 *habemus* Vind. V. ed. Bodl. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Th. Ra. Ferr. sed in Voss. vet. corr.—218

NOTÆ

210 *Dissipat*] Dissipat. i. 351. 632.

211 *Lumine conserit arva*] Sic vs. 147. i. e. complet, collustrat; dispergit lumen per arva.

212 *Vergitur*] Nititur, propendet, profunditur. Quidam legunt, *spargitur*.

213 *Transvorsos*] Ab una parte in aliam: oblique; non recte. Neque enim fulmen, nisi post longam discur-sationem per nubes et æthera, decidit in terras.

214 *Abruptei nubibus, ignes*] Sic Virg. *Æn.* III. 199. 'Ingeminant abrupti nubibus ignes.' Et Papin. *Theb.* i. 'nec non abrupta tremiscunt Fulgura.' Itaque per 'ignes' notat fulgura, seu coruscationes. Gallice, *l'éclair*.

215 *Vis flammea*] Fulmen: Gallice, *le carreau du foudre*. Sic vi. 296. 'extemplo cadit igneus ille Vortex, quem patrio vocitamus nomine fulmen.'

216 *Illud in hiis quoque, &c.*] His 77. vss. nempe ab h. vs. 216. ad vs. 293. disputat de atomorum motu, quem declinationis motum appellat. Hactenus igitur de atomorum utroque motu, naturali deorsum, et violento sursum. Jam tertium motus genus in atomis notat et explicat, quem naturalem etiam motum esse vult, sed declinationis. Nimirum hunc tertium motum excogitasse dicitur Epicurus: i. ad evitandam fati necessitatem; quod minus caverat Democritus, teste Cic. i. N. Deor. II. ad plagas genitales ciendas, dubitans ne duo illi priores sufficerent ad novam rerum generationem; teste eodem Cic. i. Fin. his verbis: 'Censet [Epicurus] illa solida corpora materiæ ferri suo deorsum pondere ad lineam: hunc naturalem esse omnium corporum motum. Deinde ibidem homo acutus, cum illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur, et, ut dixi,

Corpora, quom deorsum rectum, per inane, feruntur,
 Ponderibus propriis incerto tempore ferme,
 Incertisque locis, spatio depellere paullum :
 Tantum, quod minimum mutatum dicere possis. 220

*p*ora materiæ innata sua gravitate decidunt recte per vacuum magnum, tunc pulsare sese paululum e loco, quem tenebant, sed incerto fere tempore, et regionibus fere incertis, adeo ut queas solum dicere motum mutatum esse paululum.

in certo V. ed. Th. Ra. *firmæ* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. Th. Ra. *firmæ* Ferr. *firment* Mus. B. 2.—219 *In certisque* V. ed. Th. Ra. *depellere* sic Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Mar. Gottorp. fr. Bodl. Cr. Voss. vet. et L. B. *secedere* Lamb. *decedere* P. in not. Bip. *se pellere* vulg.—220 *momen pro minimum* Mus. B. 2. Bip. Hav. *nomen* Cout. *mutatus* Turneb. Adv. xvi. 2.—

NOTÆ

ad lineam, nunquam fore ut atomus altera alteram posset attingere; itaque attulit rem commentitiam. Declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus. Ita effici copulationes, et complexiones, et adhæSIONES atomorum inter se, ex quo efficeretur mundus, omnesque partes mundi; quæque in eo sunt.' Quam causam sic infirmat ibid. Cicero: 'Ait declinare atomos sine causa, quo nihil turpius est physico. Et illum motum naturalem omnium ponderum e regione inferiore locum petentium sine causa eripuit atomis. Nec tamen id, cujus causa hæc finxerat, assecutus est: nam sive omnes atomi declinabunt, nullæ unquam colærescent. Sive aliæ declinabunt, aliæ suo nutu recte ferentur, primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quæ recte, quæ oblique feruntur... Quæ quidem erunt sine causa.' Alteram vero causam, ob quam Epicurus, et Lucretius post Democritum, voluerunt atomos declinare, jam infra explicabimus et explodemus etiam, vs. 251. et seqq.

Illud in hiis quoque, &c.] His itaque vs. 5. prioribus rem proponit Poëta, aitque atomos deorsum latas declinare paululum, ita ut, neque quo

loco, neque quanto temporis spatio declinent, quisquam percipere tamen queat.

217 *Rectum]* Recta; recta via; recte; ad lineam, ut ait Cic.

218 *Ferme]* Fere; bene ad sensum versus 243. et 244. Alii *firmæ*, quasi constanter, assidue: minus probatur.

219 *Depellere [se pellere]* Bene; sic enim loquitur Cic. de Fat. 'Non enim atomus ab atomo pulsa declinat. Nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendicularum corpora individua rectis lineis, ut placet Epicuro.' Alii legunt *decedere*, quasi deflectere, secedere, declinare.

220 *Tantum, quod]* Id est, ut solum; nisi quod; adeo ut tantum.

Minimum] Bene; notat enim exiguo intervallo motum rectum mutari, id est, ita parum mutari, ut non possit minus. Sic Cic. de Fat. usurpat hanc vocem 'minimum,' ubi ait: 'cur declinet atomus uno minimo, non declinet duobus, aut tribus?' Sic Lucret. infra vs. 243. 'paulum clinare necesse est Corpora, nec plus quam minimum,' &c. Alii legunt, *momen*; quod vocabulum significat exiguum et loci et temporis intervallum. Hinc utraque lectio probatur.

Quod, nisi declinare solerent, omnia deorsum,
 Imbris utei guttæ, caderent per inane profundum ;
 Nec foret obfensus natus, nec plaga creata
 Principiis ; ita nihil umquam natura creasset.

Quod, si forte aliquis credit graviora potesse 225
 Corpora, quo citius rectum per inane feruntur,

Quod si corpora prima non assuescerent deflectere, recte cuncta deciderent per immensum vacuum, sicut guttæ pluvie solent cadere : neque occursum factus foret, neque ictus inflictus foret a primordiis ; et sic nullam rem unquam natura procreasset. Quod si fortasse aliquis putat atomos ponderosiores, quo velocius decidunt

//////////

222 *Imbres* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. ut Vind. Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. Cant.—223 *crearet* Bodl.—224 *nunquam* Mus. B. 2. Cant.—225 *nisi* Bodl. *credat* P. Ald.—226 *ferantur*

NOTÆ

221 *Quod, nisi declinare, &c.*] His 4. vss. affert 1. causam, propter quam atomi deorsum recta cadentes per inane declinent necesse sit, nempe, sicut monui vs. 216. not. ut ad novam rerum generationem fiant adhesiones, et complexiones atomorum. Alias enim, inquit, caderent instar guttarum imbris, quæ separatæ, discretæ, et non complexæ deorsum cadunt in terram, et ultra caderent, nisi terra obsisteret.

222 *Inane profundum*] Omne quod est, immensum vacans spatium, 1. 1100.

223 *Obfensus*] Offensus, us, subst. id est, occursum, conflictus.

225 *Quod, si forte aliquis, &c.*] His 18. vss. occupatio est. Potuit enim aliquis Lucretio objicere inepte excogitatum esse motum declinationis in atomis ad rerum generationes ; cum atomi graviores cadentes recte deorsum, dum præveniunt leviorum casum, infigere possint his levioribus, quas superant, plagam, motumque genitalem ita ciere. Respondet Lucretius talem hominem, quia talia sibi fingeret, toto cælo errare a vera

ratione. Cum enim, inquit, jam satis superque probatum sit atomos omnes moveri per inane, nec in inani esse aliquid, quod earum motum moreretur, necesse est ut leviores atomi æque celeriter moveantur et deorsum ferantur per inane, atque illæ, quæ graviores sunt. Ubi enim nulla est resistentia, ibi momentis æquis corpora ferri debent. Valeret, inquit, hæc quidem ratio, si non esset inane vacans, per quod ferrentur atomi, sed corporibus esset plenum : sicut v. g. quæ corpora cadunt per aquas, et per aërem, ea, pro sua majori aut minori gravitate, magis aut minus celeriter feruntur ; quia nec aqua, nec aër sunt inane vacans : sed alter altera minus moratur corporum lapsum : nempe aër, quia rarior et tenuior est aqua, minus subsistere potest corporibus per ipsum cadentibus : aqua vero, quia crassior, et spissior, magis pondera moratur. Ac per utrumque, aëra et aquam, corpora graviora cadunt citius, quam leviora.

Potesse] Posse. 1. 666.

Incidere ex supero levioribus, atque ita plagas
Gignere, quæ possint genitales reddere motus ;
Avius a vera longe ratione recedit.

Nam per aquas quæquomque cadunt atque aëra deorsum,
Hæc pro ponderibus casus celerare necesse est ; 231

Propterea, quia corpus aquæ naturaque tenuis
Aëris haud possunt æque rem quamque morari ;
Sed citius cedunt, gravioribus exsuperata.

At contra nulli, de nulla parte, neque ullo 235
Tempore, inane potest vacuum subsistere rei ;

recta per immensum vacuum, posse incurrere superne in cas, quæ sunt leviores, et sic citere ictus, qui valeant dare motus genitales ; is, inquam, aberrans a veritate rei procul secedit. Etenim oportet ut corpora, quæ decidunt deorsum v. g. per aquas et per aëra, maturent suos lapsus secundum suam gravitatem ; eo quod corpus aquæ, et corpus tenerum aëris nequeunt retardare æqualiter quamlibet rem : rerum, quia vincuntur, cedunt velocius rebus, quæ sunt ponderosiores. Contra vero inane vacans non potest sub ulla re resistere ex ulla parte, aut in ullo tem-

Gryph. Nard. Bas.—227 *exupero* V. ed. Th. Ra. *e supero* P. Vind. Ald. Bip. Mus. B. 2. Hav. Delph. *ex specto* Mus. B. 2. *plagas* sic Mus. B. 1. 3. et superscr. ead. m. Voss. vet. *plag.* in litura Voss. L. B. *plagis* reliqui.—228 *possit* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mns. B. 1. 2. 3. Cant. *mores pro motus* P. Gryph. et Bas. margg.—229 *recedat* V. ed. Th. Ra.—230 *aerea quæcumque* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *rarum pro deorsum* Voss. vet. et L. B. *arum* Gottorp. fr.—231 *Nec* Cant. *tolerare* Mus. B. 1. P. in not.—233 *Aer* Mus. B. 1. aut Ferr. *aque* Cant.—234 *redunt* Cant. *exsuperatæ* P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3.

NOTÆ

227 *Incidere levioribus*] Cadere in leviora ; hoc est, in ea corpora, quæ propter levitatem tardiora labuntur. Sic vs. 240.

Supero] Superne, vs. 84. et infra vss. 241. 248.

Plagas] Ictus, percussiones.

228 *Genitales motus*] Valentes ad rerum generationem : i. 11. i. e. per quos natura gerat, aut gignat res : infra vss. 242. 571.

230 *Atque aëra*] Atque per aëra.

231 *Pro ponderibus*] Pro minori aut majori gravitate, ut dixi vs. 225. not.

232 *Corpus aquæ*] Aqua.

233 *Æque*] Æqualiter. Namque aër minus est pleno corpore, quam

aqua. Hinc aër minus morari potest corpora gravia, quæ per ipsum deorsum feruntur, quam aqua. Utrumque autem superatum et victum pondere rerum cedit citius rebus gravioribus, quam levioribus.

234 *Citius*] Supp. quam levioribus : vel eo citius.

Cedunt] Meatum præbent ; non subsistunt.

Gravioribus] Supp. quo gravioribus.

Exsuperatæ] Bene. Supp. aër et aqua : non autem *exsuperatæ*, ut quibusdam placet, supp. res leviores.

236 *Subsistere rei*] Sub re resistere : morari rem, ne cadat : vicem fundamenti præstare rebus, i. 1079.

Quin, sua quod natura petit, concedere pergat.
 Omnia quapropter debent per inane quietum
 Æque, ponderibus non æquis, concita ferri.
 Haud igitur poterunt levioribus incidere umquam 240
 Ex supero graviora, neque ictus gignere per se,
 Quei varient motus, per quos natura gerat res.
 Qua re etiam atque etiam paululum inclinare necesse est
 Corpora, nec plus quam minimum; ne fingere motus
 Obliquos videamur, et id res vera refutet. 245

pore, quin statim cedit id, quod sua natura postulat. Quamobrem corpora omnia debent moveri per vacuum immotum, licet non constant æquali gravitate. Nunquam ergo corpora magis ponderosa poterunt cadere superne in minus gratia; neque cedere plagas per se, quæ mutant motiones, per quas natura creet res cunctas. Quapropter necessario oportet corpora prima declinare paululum: non tamen magis, quam minimum, ne videamur excogitare motus transversos inesse illis, et

//////////

Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. *exsuperate* Bodl.—237 *Cum* Vind. Bodl. *Quum* V. ed. Th. Ra. *Quom* Mus. B. 3.—240 *potuerunt* Gottorp. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. V. ed. Ferr. Th. Ra. *nunquam* Mus. B. 1.—242 *gerit* Bodl. *genat* Lamb. Bip.—243 *inclinare* sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Gryph. Bas. Nard. Gottorp. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. *clinare* vulg.—244

NOTÆ

237 *Quin, sua quod natura, &c.*] Id est, quin liberum meatum præbeat; quod quidem inanis natura postulat, ut dixit l. 1079. ubi hic versus primo fuit positus.

238 *Omnia*] Supp. tam levia, quam gravia corpora: res omnes.

Per inane quietum] Quod neque corpora movet, neque corporibus movetur, hoc est, quod neque tangit, neque tangitur; quia corporis experts: namque, ut dixit l. 305. 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.'

239 *Æque, ponderibus non æquis, concita*] H. e. citansi non constant æquali gravitate, aut levitate.

240 *Levioribus incidere*] Cadere in leviora, vs. 227.

241 *Ex supero*] Superne, desuper. vs. 227.

243 *Qua re etiam atque etiam, &c.*] His 8. vs. concludit quam minimum declinare atomos a recta via, dum ex

supe.o deorsum feruntur. Scilicet quia sensus docet nos, atque oculis percipitur pondera, seu corpora gravia, dum deorsum feruntur, nullo modo per obliquam viam, sed recta præcipitari; ne novos motus obliquos atomis assereret gratis, excogitavit Epicurus paululum declinare illas, sed nec plus quam minimum deflectere ad hoc, ut fierent complexiones, adhæiones, et rerum concreciones; nec oculis illam declinationem cerni posse. Quam quidem minimam declinationem motus ab Epicuro fictam esse ad libidinem arguit Cic. l. de Fin. ubi ait illum etiam non assecutum esse, cuius causa hæc finxerat, ut patet ex ejus verbis supra citatis vs. 216. not.

Inclinare [*clinare*] Antiquè pro *inclinare*; hinc vs. 292. *clinamen*. Alii tamen legunt *inclinare*.

244 *Corpora*] Supp. prima; i. e. atomos.

Namque hoc in promptu, manifestumque, esse videmus;
Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,
Ex supero quom præcipitant, quod cernere possis.

Sed nihil omnino recta regione viai

Declinare, quis est, qui possit cernere, sese? 250

Denique, si semper motus connectitur omnis,

ne vera ratio refellat istud. Etenim cernimus hoc esse in aperto, et clarum, nimirum pondera, quantum possunt ex se, non posse ire transverse, quando decidunt superne; saltem ita ut queas videre oculis istud. Verum quis est, qui queat videre nullatenus illa pondera deflectere a recto tractu sui itineris? Tandem si motus om-

nec fingere Bodl.—247 *inest* Vind. V. ed. Bodl. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—248 *E supero—quo* P. Ald. *quo* Gassend. Gryph. et Bas. margg.—249 *potis est pro recta* Mus. B. 1. O.—250 *potest pro quis est* Mus. B. 2.—251 *motu* Ferr. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3.—252

NOTÆ

246 *In promptu*] In aperto: ante oculos positum, vs. 148.

247 *Quantum in se est*] Ex natura sua, vs. 205.

Obliqua] Quasi adverbialiter, pro oblique. Sic vs. 213. vi. 189.

249 *Sed nihil omnino, &c.*] Horum 2. vss. hic est ordo et sensus: Sed quis est, qui possit cernere pondera, dum cadunt deorsum, nihil omnino, i. e. nullatenus deflectere et declinare a recta via? Nemo sane adeo perspicax est. Nimirum quia minimo intervallo declinant, nec plus quam minimo.

250 *Declinare*] Active, ut patet ex voce sequenti 'sese.' Sic Cic. de Fat. 'Quæ ergo nova causa est in Natura, quæ declinet atomum?' Sic Virg. Æn. iv. 'nec dulci declinat lumina somno.'

251 *Denique, si semper, &c.*] His 21. vss. alteram reddit rationem ex Epicuro Lucretius, ob quam atomos paululum declinare voluit; scilicet ne fato fierent omnia. Quod quidem veræ rationi repugnat, cum et homo et brutæ etiam animantes plurima agant ad arbitrium, et ex liberæ mentis voluntate. Sic autem ratio-

cinatur Poëta: Nisi atomi aliquando declinarent, sed semper gravitate necessaria ferrentur deorsum ad lineam, mens hominis et brutarum animantium appetitus ita moverentur atomorum motu, ut cogerentur. Moverentur enim ex antecedente causa, nimirum ex antecedente atomorum motu, qui libertatem omnem tolleret. Namque causa causam sequeretur ex infinito, hoc est, fieret sempiterna causarum series; cum novus motus semper motum exciperet certo ordine, certaque serie. Igitur necesse est atomos paululum declinare, ut certus is ordo, certave series motus non semper convertatur, sed incerto tempore, incertave regione loci fiat, ut libertas homini, et brutis etiam animantibus conservetur. Verum quam turpiter in his Lucretius hallucinatus sit, recte docet Cic. de Fat. ubi sic arguit Epicurum: 'Ad animorum motus voluntarios non est requirenda causa externa; motus enim voluntarius eam naturam in se continet, ut sit in nostra potestate, nobisque pareat, nec id sine causa. Ejus enim causa ipsa est natura.' Scilicet sola causa antecedens exter-

Et veteri exoritur semper novus ordine certo ;
 Nec declinando faciunt primordia motus
 Principium quoddam, quod fati fœdera rumpat,
 Ex infinito ne caussam caussa sequatur : 255
 Libera per terras unde hæc animantibus exstat,
 Unde est hæc, inquam, fatis avolsa, voluntas,
 Per quam progredimur, quo ducit quemque voluptas ;
 Declinamus item motus, nec tempore certo,

nis perpetuo sequitur sese, et si novus motus nascitur ex pristino per ordinem statum, et si principia defectendo non habent quoddam initium motus, quod frangat leges fati, ne scilicet ab æterno una causa subsequatur aliam causam: sane peto undenum in terris inest animalibus hæc libera voluntas, undenam, inquam, hæc eadem voluntas erepta est fatis ipsis, per quam properamus in ea, ad quæ fert quemque meus nostra: neque etiam vitamus motus, et in certo tempore, aut certo regionis loco,

Insertit vs. 305. Gottorp. fr. sed in Voss. vet. desiderantur sequentes vs. usque ad vs. 303. *veteri* Mus. B. 1. *vetere* reliqui. *semper* deest V. marg. 1. Mus. B. 1. *O. novus atque o.* Mus. B. 1. *O. novis atque* V. marg. 1.—253 *Ne* Vind. V. ed. Th. Ra. *Hæc* Mus. B. 1.—254 *nati* Bodl. P. in not. Mus. B. 1. 2. Cant. sed *fati* superser. cad. m. V. marg. 1. *vati* Vind. Mus. B. 3.—255 *nec* Bodl.—257 *inavulsa* Cant. *voluptas* Gryph. Nard. Bas. marg. P. Bodl. Voss. L. B. V. ed. Th. Ra.—258 *qua ducit* Bodl. *quæque* V. ed. Th. Ra. Bodl. Gryph. Cant. *voluntas* P. Vind. Voss. L. B. Mus. B. 3. Ferr. Ald. Gryph. Mar. Gryph.

NOTÆ

na tollit libertatem. Libera autem voluntas, ad hoc ut moveatur, non requirit causam antecedentem externam: sed in se ipsa habet unde moveatur. Non est igitur cur Lucretius atomorum motui externo voluntarios motus hominis aut brutarum etiam animantium tanquam acceptos referat, cum ab ipsa liberæ mentis natura fiant. Bene autem est, quod Lucretius noluit omnia in nobis fieri jubente fati necessitate: male vero quod hanc libertatem motus retulerit ad atomorum declinationem.

Motus connectitur omnis] I. e. si motus motum sequatur aut excipiat certa semper serie, certoque ordine.

254 *Fati fœdera rumpat*] Tollat fatum, seu fati necessitatem.

255 *Ex infinito*] Supp. tempore: i. e. æterna, vel sempiterna, et quæ in in-

finitum semper progrediatur series causarum.

256 *Animantibus*] Hominibus scilicet et brutis, ut jam ipse explicat Poëta.

257 *Fatis avolsa*] Erepta fatis. Quasi, quæ in nobis sit libera voluntas, seu libertas, eam fatis eripuerimus, adeo ut jam nos non fatis agamur, ducamur, aut cogamur.

258 *Quo ducit quemque voluptas*] I. e. dulcis libertas. Quid enim libertate aut voluntate libera dulcins? Sic Virg. II. Eclog. 'trahit sua quemque voluptas.' Nonnulli legunt etiam *voluntas*; bene.

259 *Declinamus item motus, &c.*] His 2. vs. præclare asserit homini libertatem, cum ait hominem non moveri semper certo ordine, certo tempore, certo loco, sed eo ordine, eo tempore, eo loco, quo vult mens humana.

Nec regione loci certa, sed uti ipsa tulit mens? 260
 Nam, dubio procul, hiis rebus sua quoque voluntas
 Principium dat; et hinc motus per membra rigantur.
 Nonne vides etiam, patefactis tempore puncto
 Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum
 Vim cupidam tam de subito, quam mens avet ipsa? 265
 Omnis enim totum per corpus materiali

sed ubi et quando animus ipse voluit? Nam sine dubio voluntas, quæ est uniuscujusque nostrum, dat initium motus his rebus: et ab ea motus ducuntur per artus nostros. Nonne cernis quoque, repagulis reseratis in instanti temporis, vim avidam quadrupedum non posse tamen effundere sese tam cito, quam ipsa mens illorum cupit? Namque tota multitudo atomorum debet colligi per totum corpus illorum, postquam con-

//////
 marg. Nard. Bas. V. marg. 1.—260 ut Mus. B. 3. ubi reliqui. *ipsu* deest Mus. B. 2.—261 *Nec* Mus. B. 2. *sua vique* Ferr. *suavique* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. *voluptas* Cant.—262 *motus* deest V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. *homines* Cant. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1. *reguntur* Gryph. Delph. Bas. marg. V. marg. 1. *geruntur* Gif. Par. Cont. *vagantur* Gassend.—263 *temporis* Delph. Gryph. Nard. Bas. marg. V. marg. 1. *puncto* deest Mus. B. 2. *primo* P. in not.—264 *prorumpere quorum* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3.—265 *et subito* Mus. B. 3. *habet* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—268 *con-*

NOTE

261 *Hiis rebus*] Nempe certo ordinem, certoque regionis loco: vss. 259. 260.

262 *Hinc*] Ab ipsa voluntate, quæ principium et origo motus est in nobis. Sic vss. 269. 270.

Rigantur [*reguntur*] Dantur, administrantur. Alii *vagantur*, id est, eunt, fiunt. Alii *rigantur*, id est, disperguntur, diffunduntur, propagantur. Sic vss. 269. 270.

263 *Nonne vides etiam, &c.*] His 9. vss. docet brutis animantibus etiam inesse mentis libertatem ex eadem atomorum declinatione. Hoc est, arguit, quod in nobis operatur voluntas, id in brutis agere appetitum ex objecti absentis apprehensione, ut aiunt, tanquam præsentis. Hinc non male refert liberæ facultatis imperium primatumque in moram atomorum, quæ præ declinatione minima tardantur, ac faciunt ut aliquatenus libere agant brutæ animantes. Sic,

inquit ille, equi quadrigis alligati non, statim atque carceres sunt patefacti, temporis momento erumpunt, sed avidi cursum meditantur, et quorum, ut ait Papirius: 'Absentemque ferit gravis ungula campum.' Causa vero cur non erumpunt hæc est, nempe materiæ seu atomorum serus apparatus; prius enim tota atomorum copia per artus dispersa colligi debet jussu cordis, quam collecta jubeat equos prorumpere.

Tempore [*Tempori*'] Pro Temporis, elisa litera s.

264 *Carceribus*] Carceres dicti sunt repagula, quibus coercerentur quadrigæ, ne prorumperent ante signum datum.

265 *De subito*] Sic III. 644. i. e. subito, cito. Sic I. 412. 'De plano.' I. e. plane, clare, manifeste.

265 *Mens*] Appetitus ipse innatus, quo ducuntur brutæ animantes. Sic I. 262.

Copia conquiri debet, concita per artus
 Omneis, ut studium mentis connexa sequatur :
 Ut videas initum motus a corde creari,
 Ex animique voluntate id procedere primum; 270
 Inde dari porro per totum corpus, et artus.
 Nec simile est, ut quom, impulsei, procedimus ictu,
 Viribus alterius magnis, magnoque coactu ;
 Nam tum materiem totius corporis omnem
 Perspicuum est nobis invitis ire, rapique, 275
 Donec eam refrenavit per membra voluntas.
 Jamne vides igitur, quamquam vis extera multos

citata fuit per cuncta quæque membra illorum, ut collecta subsequatur propensionem mentis illorum. Ut perspicias principium motus fieri a corde, et illud principium oriri primo a voluntate mentis: hinc vero distribui per totum corpus et membra. Neque idem est, veluti quando pulsus percussione, et valido impetu, et vehementi impulsu alterius progredimur. Etenim tunc manifestum est totum molem totius corporis nostri procedere, et abripi, nobis etiam repugnantibus, usque dum voluntas coercuerit illam per cunctos artus nostros. Nonne ergo nunc cernis, etiamsi



vera Mus. B. 1. *connixa* Gif. Par. Cont. Creech. Gassend.—269 *initum*: sic P. Mus. B. 1. Delph. Lamb. Gassend. *initium* reliqui.—272 *impulsu* Cant.—273 *alternis* Mus. B. 2.—274 *materiem* P. Vind. V. ed. Voss. L. G. Mus. B. 2. *materiam* reliqui.—275 *nobis est* Voss. L. B. *invitus* Ferr.—276 *Donec eam*: sic P. Vind. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *Donec causa* Bodl. V. ed. Th. Ra. *Donec clausa* Gryph. marg. Bas. P. in not. *Donicum eam* vulg. *voluptas* V. marg. 1.—277 *vix* Ald. *extrema* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3. Voss. L. B. *extima* Gif. Mar. Gryph. Nard. Lamb. Bas. P. V.

NOTÆ

267 *Conquiri*] Colligi. Alii *conciri*, pro *conciari*; nec male. Dicitur enim concio, es: et concio, is.

269 *Initum*] *Initus*, us. r. 13. i. e. *initium*.

272 *Nec simile est, &c.*] His 12. vss. probat ab dissimili extare in nobis liberam mentis voluntatem sen libertatem; docetque motum violentum et necessarium a libero distingui in eo, quod ille procedat a vi externa, hic vero ab interna facultate; ita ut, si quando inviti rapimur et coacti procedimus, non a voluntate, sed ab exteriori et alieno impetu magno rapiamur et procedamus; donec voluntas ipsa represserit omnem corporis ma-

teriam. Unde concludit inesse nobis aliquid, ad cuius arbitrium tota corporis materia flectatur et moveatur, quam innatam libertatem vocamus.

274 *Materiem totius corporis*] Totum corpus: totam corporis molem.

275 *Nobis invitis*] Nobis non adjuvantibus, imo reluctantibus. Est enim motus violentus, cuius principium extrinsecus est, nihil adjuvante eo, quod agit. Arist. Ethic. III.

276 *Eam*] Supp. corporis materiem.

277 *Extera*] Externa, aliena. Sic vs. 289. Lamb. *extima*, minus bene.

Pellat, et invitos cogat procedere sæpe,
 Præcipientesque rapi; tamen esse in pectore nostro
 Quiddam, quod contra pugnare, obstareque, possit: 280
 Quoius ad arbitrium quoque copia materiali
 Cogitur interdum flecti per membra, per artus;
 Et projecta refrenatur, retroque residit?
 Qua re, in seminibus quoque idem fateare, necesse est;

violentia externa impellat plures homines, et faciat ut necessario plerumque etiam repugnantes eant, et agat eos præcipientes; attamen esse aliquid in corde nostro, quod queat obsistere contra, et reluctari; ad cuius imperium cætus omnis materiæ corporis nostri necesse habet etiam aliquando moveri et sequi per membra et per artus, et repulsus procul reprimitur, et longe retro sistitur, et quiescit? Quamobrem oportet ut confitearis idem fieri in principiis, nimirum esse aliam

//////
 marg. 1.—278 *Pellat* P. Ald. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Gryph. Cant. *Fallat* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 1. Sns. Bodl. *Pellit* vulg. *ius ritos* V. ed. Th. Ra. *cogat sic* P. Ald. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. *cogit* vulg.—279 *rapi*: sic P. *rapit* reliqui. *injector* pro *in pectore* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. sed V. ed. dat vulg. lect. in marg. *nostro* deest Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3.—280 *Quoddam* P. V. ed. Th. Ra. Ald.—281 *cona* pro *copia* Vind. Mus. B. 1. *cena* Mus. B. 2.—283 *residet* Vind. V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *resedit* Mus. B. 2. *residat* V. marg. 1.—285

NOTÆ

279 *In pectore nostro*] In nobis, vel in mente nostra: continens pro contento.

281 *Copia materiali*] Cætus atomorum in corpore nostro, vel omnis moles totius corporis: vs. 274.

282 *Flecti*] Moveri, sequi, obsequi.

283 *Projecta*] Quasi procul rejecta.

284 *Qua re, in seminibus*] His 10. vs. concludit ex disputatis de libertate, quam hominibus et animantibus asseruit, præter motum deorsum et seorsum, inesse atomis tertium illum motum, quem declinationis appellat. Neque enim, inquit, motus liber in nobis ac in animantibus sequi potest, nisi ex declinatione atomorum. Motus enim liber debet sequi ex aliquo priori: nihil autem in nobis prius est atomis: igitur fieri debet ab atomis. Non potest autem fieri ab atomis deorsum aut sursum etiam latis: quia dum feruntur deorsum, pondere fe-

runtur; dum feruntur sursum, ictu feruntur. Hi duo motus faciunt quidem ne res ex nihilo fiant: sed non faciunt ut res libere agant. Namque motus ab ictu, non interior est, qualis est liber; sed totus est violentus. Motus item a pondere, naturalis est, ac proinde necessarius, qualis liber esse non potest. Igitur liber motus in nobis ad aliquem tertium motum atomorum tanquam acceptus debet referri, nullus alius excogitari potest quam motus declinationis. Ergo motus declinationis bene astruitur atomis, ne omnis omnino in nobis tollatur libertas. Ideo autem astruitur, ut naturalis atomorum motus, qui fit ex pondere, aliquantulum intermittatur, ne motus motum sequatur ex infinito, ut monui vs. 251. not. Scilicet cum voluntas nostra moveat atomos in nobis per tota membra, deberet ab alio moveri, nisi esset ipsa sui primum moveans, ut aiunt, hoc est,

Esse aliam, præter plagas et pondera, causam 285
 Motibus, unde hæc est ollis innata potestas :
 De nihilo quoniam fieri nihil posse videmus.
 Pondus enim prohibet, ne plagis omnia fiant,
 Externa quasi vi: sed, ne mens ipsa necessum
 Intestinum habeat cunctis in rebus agundis, 290
 Et, devicta quasi, cogatur ferre, patique ;
 Id facit exiguum clinamen principiorum,
 Nec regione loci certa, nec tempore certo.
 Nec stipata magis fuit umquam materiai

causam motibus illorum præter ictus, et præter gravitatem, ex qua ingenua nobis est hæc facultas libera, siquidem cernimus nihil posse creari de nihilo. Namque gravitas impedit ne res cunctæ procreentur per ictus, quasi per vim exterioriorem: sed, ne ipsa voluntas animi habeat necessitatem internum in faciendis rebus omnibus, et veluti victa necesse habeat perferre et perpeti, minima declinatio principiorum, quæ fit neque in certo loco, neque in stato tempore, facit istud.

causam Mus. B. 2.—286 est deest V. ed. est nobis Hav. Delph. est illis P. in not.—289 Extrema Delph. res ipsa P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Gif. Par. Gryph. Nard. Bas.—291 Ec V. ed. Th. Ra. quia V. marg. 1.—292 cina-

NOTÆ

principium motus sui: similiter illud aliud deberet ab alio moveri: et sic in infinitum progredieretur. Quod absurdum est. Bene ergo atomorum declinatio astruit liberam illam in nobis facultatem, quæ atomos moveat, quæ aliquando moveri necesse non habeant, certo tempore, certoque loco, cum interdum declinare possint a recta via, qua naturali ex pondere feruntur.

In seminibus] In atomis, in primordiis.

285 Præter plagas et pondera] Præter motum ab ictu et a gravitate, quem appellavimus violentum, et naturalem, supra vs. 79.

Aliam causam] Nempe declinationis motum.

286 Unde] Ex qua, nempe alia causa.

Innata potestas] Libertas, libera facultas mentis.

287 De nihilo quoniam, &c.] I. e. res non fiunt ex nihilo, quia pondus et ictus atomorum id impediunt: at

pondus et ictus atomorum non faciunt, ut nobis innata sit libertas agendi.

289 Mens ipsa] Lamb. bene. Alii *res ipsa*: idem sensus, sed non æque clara verba.

Necessum] Necessitatem: namque, inquit Donatus, lectum est, necessitas, necesse, necessis, necessum, necessus, substant.

290 Intestinum] Intimum, interius, supp. necessum.

292 Clinamen] Declinatio.

293 Nec regione, &c.] Sic vs. 259. 260.

294 Nec stipata magis, &c.] His 14. vss. jam docet atomos seu prima rerum principia in eodem per anteaactam ætatem motu fuisse, ac fore per futura secula, quo nunc sunt. Quod quidem probat ex triplici argumento. 1. Ex ipsa principiorum dispositione, seu natura, quæ talis est, ut neque depravari neque mutari possit unquam, cum neque magis solida neque rariora esse queant, quam sint,

Copia, nec porro majoribus intervallis : 295
 Nam neque adaugescit quidquam, neque deperit inde.
 Quapropter, quo nunc in motu principiorum
 Corpora sunt, in eodem ante acta ætate fuerunt,
 Et posthac semper simili ratione ferentur :
 Et, quæ consuerint gigni, gignentur eadem 300
 Conditione ; et erunt, et crescent, inque valebunt,
 Quantum quoique datum est per fœdera naturæ :
 Nec rerum summam commutare ulla potest vis.

Cæterum catus atomorum nec fuit unquam alias magis condensus, nec majoribus spatiis constans, quam nunc est ; etenim neque aliquid augetur, neque diminuitur ex ea copia. Quamobrem, in quo motu jam sunt ipsa primordia, fuerunt in eodem in præteritis seculis, et erunt impostrocrum pari modo in æternum, et, quæ res solitæ sunt generari, generabuntur eadem lege ; et existent ; et augebuntur ; et vigeant, quantum concessum est cuique rei per leges naturæ. Neque ulla potentia potest mutare universam rerum naturam ; etenim



men Mus. B. 2.—294 *fultum* quam P. Vind. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. *fultu* quam V. marg. 1.—296 *Nam deest* Mus. B. 2. *nec deperit* P. V. ed. Th. Ra. Ald.—298 *sunt deest* Mus. B. 2.—299 *posthæc* Mus. B. 2. *post hæc* Ferr. Ald. *post hæc* V. ed. Th. Ra.—300 *consuerunt* Mus. B. 2. 3. Cant. Hav. Bip. Delph.—301 *crescunt* V. ed. *inque* P. Ald. Bip. Hav. Delph. *vique* V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. *vi quo* Voss. L. B.—302 *est deest* Mus. B. 2.—303 *nulla* Cant.—304 *quæ possit* V.

NOTÆ

neque angeri aut minui, quia simplicissima sunt, ut probatum est I. 596.
 II. ex ipso genitabili eorundem motu, quo res gignuntur, augentur, et aluntur eadem semper et immutabili lege : et quo factæ sunt, creverunt, et nutritæ fuerunt, eadem semper conditione : et quo fiunt, crescent, et alentur, eadem semper ratione ; idque ex ipso fœdere naturæ. III. ex ipsa principiorum perenni præsentia, quippe quia nullus potest dari locus, extra hoc universum, aut in quem ipsa effugiant et recedant, quorum abitu res cunctæ intereant : aut ex quo vis aliqua exterior ac nova veniat, quæ ipsorum motus genitales impediatur, cœtum pervertatur, ac totam rerum summam immutare valeat.

His autem 6. vss. seqq. continetur I. argumentum.

Stipata magis] Solida magis, magis plena.

Copia material] Corpora prima, atomi.

295 *Majoribus intervallis*] Supp. constat. H. e. rarior, et minus solida.

296 *Inde*] Ex copia material. Scilicet neque minuitur, neque augetur atomorum numerus.

300 *Et, quæ consuerunt, &c.*] His 3. vss. continetur II. argumentum.

301 *Inque valebunt*] Tmesis est, pro *invalcbuntque* ; i. e. vigeant, robur acquirunt.

302 *Per fœdera naturæ*] A natura sic jubente.

303 *Nec rerum summam, &c.*] His 5.

Nam neque, quo possit genus ullum materiai
 Ecfugere ex omni, quidquam est ; neque, rursus, in omne
 Unde coorta queat nova vis inrumpere, et omnem 306
 Naturam rerum mutare, et vortere motus.

Illud in hiis rebus non est mirabile, qua re,
 Omnia quom rerum primordia sint in motu,

nec aliquid loci est, in quem ulla corpora materiae possint exire ex universo ; nec contra, ex quo nova potentia queat exoriri, et irruere in universum, et commutare totam summam rerum, et pervertere motus genitales materiae. Hoc autem non est mirum in hisce rebus ; cur scilicet, cum omnia principia rerum sint in motu,

marg. 1.—305 *rursus* deest Vind. Voss. L. B. O. Mus. B. 2. 3. *partis in omnes* V. ed. Th. Ra. *omnes* Vind. Mns. B. 2. 3.—306 *omne* Gottorp. fr.—308 H. vs. cum tribus seqq. deest Vind. Mus. B. 1.—309 *sunt* Cant.—312 *a sensibus*

NOTÆ

vss. continetur III. argumentum, de quo vs. 294. not.

Rerum summam] Res cunctas: universam rerum naturam, vs. 307. Sic vs. 310.

304 *Quo*] In quod. Sic vs. 318. et alibi passim.

Genus ullum materiai] Ullum corpus atomorum, ulla atomus.

305 *Ex omni*] Ex universo, ex immenso inani. Sic l. 957. &c. Quasi totius rerum summæ corruptio fieri nequeat, nisi aut recessu atomorum extra universum, aut adventu aliqujus potentia exterioris, quæ in summam rerum irrumpat et genitales motus pervertat.

In omne] In universum.

308 *Illud in hiis rebus, &c.*] His 25. vss. occupatio est, quam solvit poëta. Potuit enim cuiquam mirum videri atomos perenni et assiduo motu ferri per universum, per omne, per inmensum inane, cum tamen ipsum omne, ipsum universum videatur omnino immotum et quietum. Nihil, inquit, in eo mirandum est. Quod enim aliquando rerum distantia facit, ut distincte et clare res ipsas cernere non possimus, v. g. res, quæ moven-

tur, videantur tamen quasi immotæ ; id atomorum parvitas efficit, ut sicut illarum natura, ita etiam motus non cadat sub sensus nostros. Talis enim est atomorum natura, ut procul ab sensibus nostris stet: sunt quippe corpora cæca, ut dictum est l. 166. Rem autem illustrat uno aut altero exemplo. I. cum oves pascent in colle, si longe steteris ab iis, sane videbuntur et apparebunt tibi tanquam candor quidam, qui quasi consistat in illo colle: et tamen oves illæ pascentes incedunt et reptant. II. cum legiones cient simulacra belli per campos, si longe sederis in edito monte, fulgur armorum apparebit tibi quasi stans et consistens in campis: et tamen splendor ille armorum perpetuo micat, ac se tollit modo in hanc, modo illam partem, pro vario armorum motu. Argumentum autem est a fortiori, ut aiunt: quasi dicat: sunt quædam res, quas bene cernimus oculis; sed quarum motus percipere oculis non possumus. Ergo nil mirum si atomorum motus sub sensus nostros non cadat, cum illarum naturam non videamus.

Summa tamen summa videatur stare quiete ; 310
 Præter quam si quid proprio dat corpore motus.
 Omnis enim longe nostris ab sensibus infra
 Primorum natura jacet : quapropter, ubi ipsam
 Cernere jam nequeas, motus quoque surpere debent :
 Præsertim, quom, quæ possimus cernere, celent 315
 Sæpe tamen motus, spatio diducta locorum.
 Nam sæpe in colli, tondentes pabula læta,
 Lanigeræ reptant pecudes, quo quamque vocantes
 Invitant herbæ, gemmantes rore recenti ;
 Et satiatei agnei ludunt, blandequè coruscant : 320

Universa tamen rerum natura videatur manere in profunda quiete, nisi forte sit aliquid peculiare, quod ex seipso reddat motus. Namque universa natura principiorum ipsa procul removetur ab sensibus nostris. Quamobrem, in quo loco non poteris usquam cernere illa, in eodem loco motus illorum debent sese subducere oculis nostris. Præcipue, quoniam ea, quæ possimus videre, nonnunquam tamen abscondunt nobis suos motus, quia longe remota sunt per intervalla spatii. Namque plerumque pecudes, quæ ferunt lanas, pascentes in monte grata pascua gradiuntur ad eum locum, ad quem gramina nitentia novo rore invitant et vocant quæcumque illarum ; et ipsi agni bene saturati exultant, et hilariter lu-

Mus. B. 3. *absentibus* V. ed. Th. Ra. *sensibus ipsa* Delph.—313 *ipsam* : sic Got-
 torp. fr. Cant. *ipsa* Gif. Par. *ipsos* P. Gryph. marg. Ald. *ipsam* Vind. V. ed.
 Ferr. Th. Ra. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. *illa* Hav. Bip. Delph.—314 *motus*
qua P. Ald. *ibi* Delph. *serpere* P. Gryph. marg. Ald. Bas. marg. *asurpere* V.
 ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 3. Cant. *assurpere* Vind.
assumere Mus. B. 2. *surripere* O.—315 *possemus* P. Ald. *possumus* Th. Ra. *cedent*
 Mus. B. 2.—316 *deducta* Ferr. V. ed. Th. Ra. P. Vind. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3.
 Cant. Bas.—317 *tendentes* Mus. B. 2.—318 *raptant* V. ed. Th. Ra. Ald. P. O.
 Mus. B. 1. *reptant* Ferr.—319 *Immutant* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. *geminan-*
tes V. ed. Th. Ra.—320 *satiat* Voss. vet. et L. B. *sociati* Gassend. *facient*
 Mus. B. 2. *ludum* Mus. B. 2. *croniscant* V. ed. Th. Ra. *chroniscant* Gryph.
 Nard. Bas. P. *toniscant* Bodl. *chorascant* Vind. *coniscant* Hav. Bip. Delph.—

NOTÆ

310 *Summu*] *Universum*, τὸ πᾶν, vs.
 303. &c.

311 *Præter quam si*] *Nisi*.

Quid] *Aliquid peculiare, aliqua*
pars, aut res : v. g. homo, leo, aër,
 aqua, et aliud ejusmodi.

313 *Primorum*] *Principiorum, ato-*
morum.

314 *Surpere*] *Pro subripere, id est,*
subducere sese oculis ; sic Horat.
Od. 4. 13. 'Quæ me surpuerat mihi,'
 &c. *Antiquum verbum.*

317 *In colli*] *In colle, in monte, in*
clivo. Sic vs. 322.

318 *Quo*] *In quæ loca, i. 16.*

319 *Gemmantes rore*] *Perfusæ rore,*
cujus nitore, tanquam gemmæ, nites-
cunt herbæ. Sic v. 462.

320 *Coruscant* [*coniscant*] *Arietant,*
cornibus luctantur et ludunt. Sic
Virg. Georg. II. 526. 'Inter se ad-
versis luctantur cornibus hædi.'
Quintilian. lib. VI. ex Ciceron. con-
tra Pison. 'Caput opponis cum eo
coniscans ;' citatque hunc Lucretii
versum. Male ergo Lamb. coruscant :
alii croniscant.

Omnia quæ nobis longe confusa videntur,
 Et veluti in viridi candor consistere colli.
 Præterea, magnæ legiones quom loca cursu
 Camporum complent, belli simulacra cientes ;
 Fulgur ubi ad cælum se tollit, totaque circum 325
 Ære renidescit tellus ; subterque, virum vi,
 Excitur pedibus sonitus, clamoreque montes
 Ictei rejectant voces ad sidera mundi ;
 Et circum volitant equites, mediosque repente
 Transmittunt, valido quatientes inpete, campos : 330
 Et tamen est quidam locus altis montibus, unde
 Stare videntur ; et in campis consistere fulgur.
 Nunc age, jam deinceps cunctarum exordia rerum,

dunt cornibus. Quæ tamen omnia nobis apparent procul indistincta: et videntur quasi splendor lucis stare sine motu in virenti clivo montis. Deinde, quando magnæ legiones opplent concursu suo spatiosos campos, exhibentes imaginem pug-næ: ibi splendor armorum emicat ad cælum, et omnis terra circum coruscet fulgore armorum, et strepitus excitatur sub pedibus per impetum virorum, et colles percussî clamore remittunt voces ad stellas cæli: et quando equites circumferuntur, et subito transeunt medios campos, concutientes illos vehementi pulsu pedum equorum, et tamen aliquis est locus in cæditis montibus, ex quo fulgor ille apparet consistere, et quasi immotus manere in campis illis. Agedum vero, jam post-

//////////

321 *confuse* Mus. B. 2.—322 *candore* V. ed. Th. Ra.—325 In h. l. P. quem plerique editores secuti sunt, posuit vss. 329. 330. reliquis exempl. tam manu exaratis quam impressis, ordinem nostrum edicentibus. Wakef. *Fulgur* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *ibi* P. Ald. Bip. Hav. Delph. Voss. L. B.—326 *renidescit* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1. sed in Vass. L. B. corr. *redinescit* P. in not.—327 *clamoremque* Vind. *clamor quoque* V. ed. Cant. Th. Ra.—328 *Ictei et ejectat* quidam codd. Hav. et *ejectant* Cant.—330 *quatiens* Mss. B. 2.—331 *altius* Mus. B. 2.—332 *videntur* sic Vind. Gottorp. fr. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. *vide-*

NOTÆ

- 323 *Præterea, magnæ, &c.*] His 10. quartæ conjugat. Sic vi. 409. ‘concit murrura.’
 324 *Belli simulacra cientes*] Sic vs. 42. 328 *Ad sidera mundi*] Ad stellas cæli.
 325 *Fulgur*] Fulgor, splendor, vs. 50. et 332. et alibi passim. 330 *Inpete*] Impetu: dictum est enim, impetis, is; et impetus, us. Sic iv. 418. 901. v. 911. vi. 137. et 326. ‘Inde ubi, non potuit nubes capere impetis auctum.’
 326 *Ære renidescit tellus*] Sic Virg. Georg. ii. 281. ‘late fluctuat omnis Ære videntis tellus,’ &c. Est autem tunc ære, armorum æneorum nitore.
 327 *Excitur*] Fit, excitatur, editur. Dicitur enim excico, es; et excio, is,

Qualia sint, et quam longe distantia formis,
 Percipe ; multigenis quam sint variata figuris : 335
 Non quo multa parum simili sint prædita forma,
 Sed quia non volgo paria omnibus omnia constant.
 Nec mirum : nam, quom sit eorum copia tanta,
 Ut neque finis, utei docui, neque summa sit ulla ;
 Debent nimirum non omnibus omnia prorsum 340
 Esse pari filo, similique adfecta figura.
 Præterea, genus humanum, mutæque natantes

hac accipe qualia sint principia rerum singularum, et quam maxime differant figuris, et quam sint dissimilia variis formis. Non quod pauca sint constantia pari forma: sed quod cuncta non sint vulgo similia cunctis. Nec mirum est; namque cum multitudo illorum sit tam numerosa, ut neque finis, neque numerus ullus sit illorum, ut antea demonstravi, cuncta scilicet non debent esse omnino simili textura cum omnibus, et prædita pari forma. Deinde gens homi-

tur vulg. campos Mus. B. 2.—334 quæ longe V. marg. 1.—335 figuræ V. ed. Th. Ra.—336 Non quod P. Mus. B. 1. 3. Cant. Ald. Bip. Hav. Delph.—337 constat Gottorp. fr. Voss. vet.—339 nec summa Mus. B. 1.—341 filio Mus. B. 2. que deest V. ed. affectu V. ed. effecta Mus. B. 2.—342 multæ Mus. B. 2.

NOTÆ

quam dicimus. Nunc autem ab hoc vs. 333. ad vs. 581. disputat de atomorum figuris, quæ altera est earum qualitas. De his autem tria docet, I. multigenis figuris atomos esse variatas; quod probat ab hoc vs. 333. ad vs. 477. II. Figurarum varias quidem et dissimiles esse species, sed numero finitas; quod astruit a vs. 477. ad vs. 521. III. Sub finitis quibusque figurarum istis speciebus infinitas contineri atomos; quod asserit a vs. 521. ad vs. 527. Sed hæc sigillatim expendamus. Itaque his 9. vss. prioribus docet atomos debere inter se differre figuris ac formis I. quia infinitæ sunt numero. Incongruum enim foret illas omnes eodem esse filo, seu eadem textura; hoc est, eadem forma aut figura exteriore constare.

Exordia] Primordia: corpora prima: atomi.

335 *Multigenis*] Variis, diversis, dissimilibus.

336 *Multa parum*] Pauca. I. e. non quod pauca sint corpora prima prædita simili figura: imo infinita sunt etiam corpora prima prædita pari forma. Namque, ut infra demonstrabit Poëta, infinitæ sunt Atomum sub qualibet diversa figurarum specie.

337 *Volgo*] Vulgo, vss. 215. 693. 700. &c.

Paria omnibus omnia] Omnia simili inter se forma prædita.

339 *Utei docui*] Lib. I. vs. 952. et seqq.

341 *Pari filo*] Simili textura. Metaphora ducta a tela. Sic dicimus orationem esse tenui filo, crasso filo, subtili filo. Sic IV. 86. H. e. forma, figura.

342 *Præterea, genus, &c.*] His 7. vss. probat II. atomos inter se variis formis ac figuris distare, ex variis ac diversis speciebus animalium et rerum, quæ inter se plurimum distant. Sic v. g. homines distant a pecudibus,

Squamigerum pecudes, et læta armenta, feræque,
 Et variæ volucres, lætantia quæ loca aquarum
 Concelebrant, circum ripas funtisque, lacusque, 345
 Et, quæ pervolgant nemora avia pervolitantés:
 Quorum unum quod vis generatim sumere perge;
 Invenies tamen inter se differre figuris.
 Nec ratione alia proles cognoscere matrem,

num, et brutæ mutæ, quæ natant et gerunt squammas, et vegetæ arbores, et belluæ feroces, et diversæ aves, quæ frequentant grata loca circum fontes, et circum lacus; et quæ circumvolantes complent sylvas invias: accipe quodlibet istorum etiam secundum suas species, reperies tamen differre formis inter se. Neque etiam alio modo soboles possent agnoscere matrem, nec mater sobolem.

—343 *armenta*: hæc est editorum Lond. ex conj. emendatio. Mss. et edd. ant. legunt *arbusta*.—344 *liquentia* Fab. *que et loca* Mus. B. 1.—345 *circum ipsas* V. ed. Bodl. *ipsos circum* P. Ald. Bas. marg.—346 *qua* V. ed. Th. Ra.—347 *Horum* Gottorp. fr. Viud. Bip. Hav. Delph.—348 *distare* P. Vind. V. ed.

NOTÆ

pecudes a piscibus, pisces a feris, feræ a volucribus, volucres ab arboribus; et contra. Quinimo ipsa etiam enjusque speciei individua, ut vocant, quælibet inter se vulgo differunt forma et figura. Namque non omnes equi, non omnes tauri, non omnes oves, non omnes canes, (item de ceteris sentiendum,) simili sunt figura, ut satis constat. Hæc autem omnia fiunt ex atomis: igitur atomorum diversæ sunt figuræ.

Mutæque natantes] Hæc duo epitheta piscibus sunt maxime propria. Quanquam Aristoteles et alii nonnulli tradiderunt non omnes pisces esse mutos.

343 *Squamigerum pecudes*] Pisces. Squamigerum, pro Squamigerorum. Sic Plautus Psend. dixit pecudes de piscibus: 'hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt.' Scilicet pecus, ndis, dicitur de omni animante, præterquam de homine.

344 *Variæ volucres*] Dissimiles; vel diversicolores.

345 *Concelebrant*] Frequentant, colunt. 1. 4.

346 *Pervolgant*] Percurrunt, penetrant, circumvolitant: vs. 163.

347 *Unum quod vis generatim*] Quodlibet enjusvis speciei individuum, ut aiunt.

Sumere perge] Sume: quasi sume sigillatim unum post alterum.

348 *Differre [distare] figuris*] Alii *distare figurus*. Alii *differre figuris*. Idem.

349 *Nec ratione alia, &c.*] His 22. vss. probat III. Lucretius atomos inter se distare formis; secus enim non possent fœtus animalium agnoscere matrem, nec mater fœtus. Qui enim possent, nisi differrent figuris? Quod autem et proles animalium agnoscat matrem, et mater prolem, id ostendit exemplo vaccæ, quæ vitulum amissum, aut ad aras macatum quærit per colles, per prata, per agros, nec alius sibi obvius vitulus mentem oblectat. 'Usque adeo quiddam proprium notumque requirit.' Probat et exemplo hædorum et agnorum, quorum balatum agnoscunt matres; et qui ad sua quisque matris ubera decurrunt.

Nec mater posset prolem : quod posse videmus ; 350
 Nec minus, atque homines, inter se nota cluere.
 Nam sæpe ante Deum vitulus delubra decora
 Turicremas propter mactatus concidit aras,
 Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen :
 At mater, virideis saltus orbata peragrans, 355
 Linquit humi pedibus vestigia pressa bisulcis ;
 Omnia convisens oculis loca, si queat usquam
 Conspicere amissum fœtum : completque querelis
 Frundiferum nemus, adsistens ; et crebra revisit
 Ad stabulum, desiderio perfixa juvenci. 360

Quod quidem cernimus posse facere, nec secus ac homines hæc animalia sibi esse cognita invicem. Namque plerumque vitulus occisus ante pulchra simulacra Deorum cadit juxta altaria, quibus thura fumant, evomens de pectore ferentem fluxum cruoris: sed tamen mater ipsa privata prole percurrens sylvas virentes, relinquit vestigia impressu pedibus bifidis in terra, perlustrans oculis cuncta loca, si possit aticubi perspicere prolem, quam amisit; et repetit questibus sylvam proximam frondiferam; et frequens revisit ad bovine, percussa cupiline vituli amissi.



Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Delph. *figuras* Mus. B. 1. O.—351 *nota cluere*: sic Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. P. in not. *nocluere* Gottorp. fr. *vota cluere* Vind. Bodl. Ferr. *voca cluire* V. ed. Th. Ra. *nota cleuare* Mus. B. 2. *voce cluere* P. Ald. Gryph. marg.—352 *nitulus* V. ed. Th. Ra.—353 *Turicremas* V. ed. Th. Ra. *Thuricremas* Ald.—356 *Non quit* Voss. L. B. O. Cant. V. marg. 1. Bas. marg. Ferr. *Inquit* Gottorp. fr. *Non quid* Vind. Bodl. *Nam quid* V. ed. Th. Ra. *Num quid* Mus. B. 1. 2. V. marg. 2. *Non quod* Mus. B. 3.—357 *conviscens* Mus. B. 2.—359 *adsistens* Gottorp. fr. *adsittens* Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. vulg. lect. reponitur. *assidens* V. marg. 1. *reviscit* Mus. B. 2.

NOTÆ

351 *Nota cluere*] Cognita esse. Est enim clueo, es, idem ac sum, videor, &c. i. 450.

352 *Delubra*] Simulacra, statuas. Delubrum enim dictum est quasi delibrum: estque fustis delibratus, hoc est, lignum teres, cui detractus est cortex, quod pro Deo venerabatur, inquit Festus. Sumitur et pro templo, in quo simulacra Deorum sunt.

353 *Turicremas*] *Thuricremas*, a, um, quasi cremans thura. Sic Virg. Æn. iv. ‘*Thuricremis cum dona imponeret aris.*’

354 *Sanguinis exspirans, &c.*] Sic Virg. Æn. ix. ‘*Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen.*’ Notatur quippe copia sanguinis emissi.

355 *At mater, &c.*] De materno affectu erga fœtus vide Oppian. ‘*Allevr. a. vs. 724.*’ et Ovid. Fast. iv.

356 *Bisulcis*] Bifidis.

358 *Querelis*] Mugitibus, questibus.

359 *Adsistens*] Proximum.

Crebra] Frequens, pro, crebro, frequenter. Sic Virg. Geor. iii. ‘*pede terram crebra ferit.*’ Sic Geor. iv. ‘*sera*’ pro sero.

360 *Ad stabulum . . . revisit*] Elegans syntaxis. Sic v. 635. vi. 1236. ‘*Visere ad agros,*’ &c. Sic Terent. Hecyr. ‘*Nunc ad eam visam.*’

Desiderio perfixa juvenci] Dolore confecta de amisso fœtu. Sic iii. 306.

Nec teneræ salices, atque herbæ, rore vigentes,
 Fluminaque illa queunt, summis labentia ripis,
 Oblectare animum, subitamque avortere curam :
 Nec vitulorum aliæ species per pabula læta
 Derivare queunt animum, curamque levare : 365
 Usque adeo quiddam proprium, notumque requirit.
 Præterea, teneri tremulis cum vocibus hædei
 Cornigeras norunt matres ; agnique petulci
 Balatum pecudes : ita, quod natura reposit, 370
 Ad sua quisque, feri decurrunt ubera lactis.
 Postremo, quod vis frumentum ; non tamen omne,

Neque salices teneræ, nec gramina crescentia rore, nec ulli fluvii decurrentes plenis ripis, possunt oblectare mentem illius, ac removere sollicitudinem subitanam: neque aliæ species juvenorum possunt per pascua grata avocare illam ad aliud et liberare illam sollicitudine. Tantum desiderat aliquid sibi suum et sibi cognitum. Deinde capreoli tenelli cum suis vocibus tremantibus agnoscunt matres suas cornutas: et agni exultantes agnoscunt pariter oves balantes: sic unusquisque ferre convolant ad mamma suas lactis, quod quidem natura postulat ab illis. Denique non cernes quodlibet omne frumentum ita esse simile inter se in

remisit V. ed. Th. Ra.—361 *Ne* Mus. B. 2. *virentes* Gassend. et Macrob. Saturn. vi. 2. *vientes* Voss. vet.—362 *illa*: sic Gottorp. fr. Voss. vet. *ulla* reliqui. *querunt* Mus. B. 2.—363 *summam* pro *subitam* Mus. B. 2.—365 *alio*, *curaque* Gottorp. fr. Mus. B. 2. 3. Hav. Bip. Delph.—366 *requirunt* Mus. B. 2.—367 *in vocibus* Macrob. Saturn. vi. 5.—368 *Corniferas* Macrob. *notunt* V. ed. Th. Ra.—369 *Balatum*: sic P. V. ed. Bodl. Voss. vet. Cant. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Nard. Bas. *Balatu* Tollins in Fortuit. p. 222. *Balantum* reliqui. *pecudis* P. V. ed. Bodl. Gif. marg. Nard. Bas. Th. Ra. Ald. *peposcit* Bas.—370 *feri* sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. P. Bodl. *ferre* vulg. *decurrit* Sus.—371 *frusmentum* Mus. B. 2.—372 *Quodque* P. Vind. Mus.

NOTÆ

361 *Rore vigentes*] Quia vigorem et vires ex rore ducunt herbæ.

363 *Animum*] Sensum, aut phantasiam. Neque enim mens aut animus inest brutis, sed anima tantum et sensus. Sic vs. 265. et 1. 262.

365 *Derivare queunt animum* [*alio*] Convertere ad aliud, supp. animum, vs. 363. Sic iv. 1057. 'Atque alio convertere mentem.' Id est, avocare, avertere, traducere. Sic loquitur Cic.: 'alio responsionem suam derivavit.' Alii legunt, *Derivare queunt, animum curaque levare.*

368 *Petulci*] Petulantes et petulci

appellantur, inquit Festus, 'qui protervo impetu et crebro petunt aliquem lædendi gratia.' Hædi, quia cornibus ludunt et lædunt dicuntur petulci.

369 *Balatum* [*Balantes*] *pecudes*] Oves, quæ balantes vocant et quærudant agnos. Alii, *balantum pecudes*, quasi *ovium greges*, ut loquitur Virg. Æn. vii. 538. 'Quinque greges illi balantum,' &c. Scilicet pecus, udis, dicitur de omni animanti præter quam de homine, vs. 343.

371 *Postremo, quod vis, &c.*] His 6. vs. probat III. Lucretius atomos in-

Quidque suo genere, inter se simile esse videbis,
 Quin intercurrat quædam distantia formis :
 Concharumque genus parili ratione videmus
 Pingere telluris gremium, qua mollibus undis 375
 Litoris incurvi bibulam pavit æquor arenam.
 Qua re etiam atque etiam simili ratione necesse est,
 Natura quoniam constant, neque facta manu sunt
 Unius ad certam formam primordia rerum,
 Dissimili inter se quadam volitare figura. 380
 Perfacile est animi ratione exsolvere nobis,

suo quodque genere, ut tamen quædam differentia non interveniat ex figuris. Cernimus etiam simili modo genus concharum ornare sinum terræ quasi picturis in ea parte, qua mare abluit mollibus suis fluctibus arenam bibulam curvati litoris. Quapropter, cum principia rerum sint a natura, neque sint compacta manu artificis ad unam ideam unius figuræ, maxime oportet pari modo ut quædam illorum ferantur diversa inter se forma. Nunc autem maxime facile est nobis expli-

//////////

B. 2. Cant. Ald. Bip. Quicquam Ferr. in post suo vulg. edd. inserunt sed deest P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. se deest V. ed. Th. Ra.—373 Quando Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Mus. B. 2. 3. Bodl. Quid Voss. vet. O. Mus. B. 1. intercurrant Hav. ex conj. in marg.—375 Pinguior Mus. B. 2. Pignere Ferr. gremium V. ed. Th. Ra.—376 bibulam Mus. B. 2. lavit P. Gif. marg. Delph. Gassend. Nonius.—378 constat Mus. B. 1.—380 quadam vulg.—381 Mus. B. 2. ut vulg. edd. habet jam post est et omittit nobis.—382

NOTÆ

ter se figuris distare; argumentumque repetit ab exemplis frumentorum et concharum; quæ, licet res sint inanimatæ, varias tamen referunt figuras. Neque enim omne quodvis frumentum simili forma constat, non generatim solum, sed et secundum singula fere grana frumenti. Nec pariter conchæ omnes, quas cernere est in littoribus maris, simili sunt forma aut figura. Ergo a fortiori nec simili sunt figura atomi, ex quibus hæ res dissimiles constant.

375 *Pingere*] Variare: variis figuris ornare: vs. 627.

Mollibus undis] Quippe quæ facile cedunt corporibus aliis, ut dixit lib. I. v. 282.

376 *Bibulam*] Sic Virg. Geor. I. 114. 'Collectum humorem bibula diduxit arena.'

Pavit [lavit] Bene. Alii pavit: ab antiquo verbo *pavire*, quod est *ferrire*.

377 *Qua re etiam atque, &c.*] His 4. vss. concludit denique varias esse, et dissimiles atomorum formas et figuras; quia atomi natura constant: non autem arte factæ sunt ad aliquam unicam ideam, ad quam fieri solent pleraque artis opera.

380 *Volitare*] Ferri, moveri, metaphora est; i. e. esse, constare.

381 *Perfacile est [jam] animi, &c.*] His 96. vss. hoc est, ab hoc vs. 381. ad 477. varia problemata rerum pro variis sensibus solvit ex his atomorum diversis figuris. His itaque 7. vss. prioribus explicat I. problema de igne, quod ad animi rationem pertinet. Rationem igitur reddit cur fulmineus ignis penetratior sit, quam terreus

Qua re fulmineus multo penetratior ignis,
 Quam noster, fluat, e tedis terrestribus ortus.
 Dicere enim possis cœlestem fulminis ignem,
 Subtilem magis, e parvis constare figuris ;
 Atque ideo transire foramina, quæ nequit ignis
 Noster hic, e lignis ortus, tedaque creatus.

385

Præterea, lumen per cornum transit ; at imber

care per rationem mentis, cur ignis fulmineus longe magis penetrabilior permanet, quam noster ignis, qui natus est e terrenis facibus. Namque poteris dicere ignem cœlestem fulminis tenuem componi ex minoribus formis atomorum ; et idcirco transire per meatus, per quos noster hic terrenus ignis, qui natus et generatus est e lignis et e facibus, non potest transire. Deinde lux

//////////

fulmineis V. ed. Th. Ra. *flumineus* Voss. vet. et L. B. sed corr. *penetratius* P. Vind. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Ald. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. *penetrabilis* V. ed. Th. Ra. *petralior igne* Gottorp. fr. *penetralibilis* V. marg. 1.—383 e *terris* Mus. B. 2. et *tædis* V. ed. Th. Ra. et *thædis* Ferr. artus V. ed. Th. Ra.—384 *Dicere jam* P. Ald. tum Mus. B. 1. eam V. ed. Th. Ra.—385 et *parvis* P. Mus. B. 2. Gif. marg. Gryph. marg. Cr. conj. Bodl. ac p. Voss. vet.—387 *hic* deest Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. Bas. *Noster qui* V. marg. 1. Cant. *de lignis* Mus. B. 2. 3. Gryph. Nard. Bas.—388 *cornu* P. Vind. V. ed. Bodl. Gottorp. fr. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.

NOTÆ

hic noster. Ratio est, inquit, quia fulmineus seu cœlestis ignis constat ex atomis, quæ diversas habent formas ac figuras a formis et figuris, quas habent atomi, ex quibus terrenus noster ignis coalescit. Minores quippe sunt atomi, quæ fabricant fulminis ignem, quam quæ nostrum ignem ex tedis ac lignis genitum procreant. Hinc ergo ex Lucretii doctrina aliæ aliis minores, majoresve sunt atomi. Sic idem ait vs. 389. 'Luminis illa minima corpora sunt,' &c.

Animi ratione] Per intelligentiam.

382 *Penetratior*] Qui facilis penetrat. Alii *penetratius* ; idem sensus. Fulminis autem ignis illæsa lagena vinum afficit : parcit vaginæ, et ferrum liquefacit : et alia ejusmodi mira facit, quæ noster ignis non præstat.

383 *Fluat*] Sese insinuet : penetret : permanet : pervadat, &c.

Tedis] Teda, genus est arborum,

quæ picem et resinam gignunt. Cujusmodi sunt sex, pinus, pinaster, abies, picea, latex, teda, teste Plinio XVI. 10. Ex teda autem fiebant olim faces. Quia vero faces censæ præferiebantur nubentibus, quæ a sponis per noctem domum ducebantur, hinc tedæ pro nuptiis etiam usurpari solent. Hic autem per tedas intelligit Poëta ligna crassiora, ex quibus ignis noster fieri plerumque solet.

385 *Magis, e parvis*] E minoribus. Sic vs. 389.

387 *Tedaque creatus*] Quasi crassior, et majoribus atomorum figuris constans.

388 *Præterea, lumen, &c.*] His 3. vss. solvit II. problema, quod ad visus sensum pertinet : rationemque reddit, cur lumen per cornu, seu per laternam corneam : non vero imbrem per idem cornu transire cernimus. Scilicet, quia luminis atomi sunt minoribus figuris, quam atomi imbris ; quasi

Respuitur. Qua re? nisi luminis illa minora
 Corpora sunt, quam de quibus est liquor almus aquarum.
 Et, quam vis subito, per colum vina videmus 391
 Perfluere; at contra tardum contatur olivom:
 Aut, quia nimirum majoribus est elementis,
 Aut magis hamatis inter se, perque plicatis;
 Atque ideo fit, utei non tam diducta repente 395
 Inter se possint primordia singula quæque

penetrat cornu: sed pluvia repellitur. Cur, nisi quia illa corpora lucis sunt magis parva, quam ea, de quibus fecundus humor aquarum constat? Et licet cernamus vina transire cito per colum; attamen oleum pigrum moratur fluendo per colum, sive quod scilicet oleum constat ex principiis majoribus, sive quod constat ex principiis magis uluncis, et implicitis inter se. Et idcirco accidit, ut singula quæque principia nequeant distrahi a se invicem, et transire tam

//////////

cornua Gryph. ac V. ed. Th. Ra. et Mus. B. 2.—389 nil luminis Mus. B. 2.—390 de quis Mus. B. 2. liquora almus Cant. liquor alinus V. ed. Th. Ra. liquor alimus Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. corr. liquosa limus Mus. B. 2. 3.—391 collum Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B.—392 ac contra Mus. B. 2. contatur V. ed. Th. Ra. cunctatur vulg. olivam V. ed. Th. Ra.—393 H. vs. et seq. permutantur V. ed. Th. Ra. Bodl. aut elementis Mus. B. 2.—394 perque deest V. ed. plicates V. ed. Th. Ra.—395 tam deest V. ed. Th. Ra. deducta V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. P. Cant. Delph.—396 possit Mus. B. 1. 3. Cant.—397 per-

NOTÆ

atomi, quibus constat lumen, sint tere-
 reti figura: quibus vero constat im-
 ber, eæ sint figura obtusa et magis
 impedita.

Per cornu] Per laternam corneam.

389 *Minora corpora]* Minores atomi.
 Videtur sane Lucretius secum ipse
 pugnare. Namque lib. I. acriter pug-
 navit in asserendis atomis individuis,
 et quibus nihil minus esse possit:
 nunc autem statuit atomos alias aliis
 minores, majoresve. Igitur non ita
 sunt parvæ, ut nihil minus iis esse
 possit. Ergo et minimo minus datur.
 Quod viderint Lucretii sectatores.

390 *Liquor almus aquarum]* Almam
 vocat aquam, quia facit ad rerum ge-
 nerationem, ex humore quippe et ca-
 lore cuncta generantur. Sed de hoc
 vocab. I. 2.

391 *Et, quam vis subito, &c.]* His 7.
 vs. 3. solvit III. problema de vino et
Delph. et Var. Clus. Lucrcl.

oleo; quorum illud subito transit per
 colum: hoc vero tardius moratur flu-
 endo. Cur autem, nisi quia vinum
 constat ex atomis minoribus, aut læ-
 vioribus; oleum vero ex atomis ma-
 joribus, aut magis inter se implicitis,
 quæ impediunt ne tam subito fiat
 oleum per quæque coli foramina,
 quam vinum transit?

Colum] Colum, i, vas est ad colan-
 dum aptum, Gallice, *un sus, un couloir,*
un tamis.

393 *Majoribus elementis]* Majoribus
 atomis, quæ elementa dicuntur, quia
 principia sunt rerum.

394 *Perque plicatis]* Tmesis voca-
 huli *perplicatisque*: i. e. valde per-
 plexis, implicitis.

395 *Diducta]* Distracta a se invi-
 cem. Bene; ideo enim non trans-
 eunt atomi olei, quia quasi in seipsas
 compactæ sunt, et implicatæ, nec a

Singula per quousque foramina permanare.

Huc adcedit, utei mellis lactisque liquores,
 Jocundo sensu linguæ, tractentur in ore ;
 At contra tetra absinthii natura ferique 400
 Centaurii fedo pertorquent ora sapore ;
 Ut facile adgnoscas e lævibus atque rotundis
 Esse ea, quæ sensus jocunde tangere possunt :
 At contra, quæ amara, atque aspera, quomque videntur,
 Hæc magis hamatis inter se nexa teneri ; 405

subito per singulos quosque coli meatus. Adde quod liquores mellis et lactis versentur in ore cum grato gustu linguæ. Contra vero natura amara absinthii, et agrestis centaureæ distorquent ora tetra suo sapore. Ut inde cognoscas facile eas res, quæ possunt afficere dulciter sensus, constare ex atomis levigatis et teretibus: contra vero, quæcunque res sunt amaræ et horridæ, has compactas esse inter

manere Voss. vet. Mus. B. 2.—398 Nunc Mus. B. 2. Hoc Gif. accidit Mus. B. 2. liquoris Mus. B. 1. 2.—399 linguæ V. ed. Th. Ra.—400 absinti V. ed. Th. Ra. absintia Mus. B. 2. ferique Mus. B. 2. natura, fecimus V. ed. Th. Ra.—402 agnoscis V. ed. Th. Ra. levibus O. Mus. B. 1.—403 possunt Mus. B. 2.—404 quæ ut amare atque et quæ P. in Not.—405 amatis Mus. B. 1. 2. cunque teneri

NOTÆ

se invicem distractæ. Alii *deducta*, quasi ‘attenuata,’ ‘subtilia ;’ nec male.

397 *Quousque*] Supp. coli, aut alterius vasis ad colandum apti.

398 *Huc adcedit utei, &c.*] His 10. vss. solvit IV. problema de melle et lacte, quæ gustui dulcia sunt: et de absinthio, quod amarum est valde. Mel autem et lac ideo dulciaesse vult, quia constant ex atomis levigatis et rotundis, quæ palatum jucunde afficiunt: absinthium vero amarum sentiri, quia constat ex atomis hamatis, et acerbis, quæ linguam et palatum aspere lædunt, et rumpunt.

400 *Ferique Centaurii*] Supp. natura. I. e. centaurium, vel centaureum, vel centaurea. Quæ herba est amarissima, sic dicta a Chirone Centauro, qui illius vim et usum invenit. Is enim cum arma Herculis tractaret, sagitta percussus in pede, seipsum

centaurea sanavit. Dixit autem Lucretius ‘feri’ vel ob centaurei amaritudinem indomitam, vel ob Chironis immanitatem, cujus pars superior humana fuit, posterior vero ferina, nempe equina. Hinc vocat Virg. III. Georg. ‘grave olentia centaurea ;’ et Lucret. IV. 123. ‘tristia centaurea.’ Sed de hac herba Plin. XXV. 6.

401 *Pertorquent ora*] Id est, efficiunt ut, qui ea gustat ac mandit, os distorqueat præ amaritudine: quemadmodum, qui herbam Sardoam degustarint, mori dicuntur ore distorto. Hinc illud adagium: risus Sardonijs. Sardoia quippe nervos oris contrahit, et ora rictu diducit.

404 *Quæ*] Diphthongus æ corripitur propter sequentem vocalem.

Quomque] Tmesis vocabuli quæcumque.

405 *Nexa teneri*] Stipata et perplexa cohaerescere.

Proptereaque solere vias rescindere nostris
Sensibus, introituque suo perrumpere corpus.

Omnia postremo bona sensibus, et mala tactu,

Dissimili inter se pugnant perfecta figura :

Ne tu forte putes, serræ stridentis acerbum

410

Horrorem constare elementis lævibus æque,

Aç Musæa mele, per chordas organice quæ

Mobilibus digitis expergefata figurant :

Neu simili penetrare putes primordia forma

se ex atomis magis aduncis: et ideo consuescere aperire aditum ad nostros sensus, et ingressu suo lacerare corpus nostrum. Denique res omnes, quæ videntur gratæ sensibus, et malæ suo contactu, contrariæ sunt sibi invicem, quia constant dissimili forma: ne tu fortasse credas asperum stridorem serræ stridentis componi ex principis æque levigatis, atque musicos cantus, quos organici formant et excitant flexilibus suis digitis. Vel ne credas principia pari figura intrare in nares homi-

//////////

Gassend. *tueri* Cant.—406 *Præterea* V. ed. Th. Ra. Ald. Bas. marg. *solare* Mus. B. 2. *restringere* Gryph. Nard.—408 *male tactu* Mus. B. 2.—410 *Neu* Mus. B. 2. *Nee* Gassend.—411 *Honorem* Mus. B. 2. *lenibus* O. Mus. B. 1.—*Ac musala* Ferr. *musæ* V. ed. Th. Ra. *organicaque* V. ed. Th. Ra. *organici quæ* Mus. B. 1.—413 *Mobilibus*: sic Vind. Mus. B. 3. P. in not. Bip. Delph. Hav.

NOTÆ

406 *Rescindere*] Rumpere, aperire. Alii *restringere*, comprimere, contrahere; minus recte, neque enim amaritudo contrahit vias ad gustatum, quasi ne gustetur: imo aperit ita vias, ut ejus foetidus sapor nimis sentiatur. Namque, ut sese explicat Poëta vers. seq. amara perrumpunt corpus introitu suo.

408 *Omnia postremo, &c.*] His 6. vs. solvit v. problema de stridore serræ, et de modulamine dulci organorum. Quorum ille male afficit aures: hoc vero jucunde tangit eas. Ratio in promptu est, quia quæ bene tangunt sensus, ea levigatis constant atomis: quæ vero male et acerbe afficiunt corpus, ea acerbis et asperis constant atomis.

409 *Perfecta*] Constantia, prædita, composita.

410 *Acerbum*] Metaphora est a gustu ad auditum. Acerbitas enim

gustu sentitur, quæ sapore vehementer astringente, vel ut aliis placet, aperiente, misere fauces afficit.

411 *Horrorem*] Ingratum sonum, qui lædit aures; qualis est stridor cardinum in foribus; aut axis in curru rotis; aut serræ, cum acuitur.

Elementis] Atomis, primordiis, vs. 393.

412 *Musæa mele*] Musicos cantus, sic vs. 504. Mele quippe vox est Græca μέλη, quæ cantum musicum significat. Hinc Melici Poëtæ, quorum carmina non ad lyram, sed ad alia organa musica canerentur, inquit Quintil. xi. 12. Sic etiam Lucret. v. 336. ‘modo organici melicos peperere sonores.’

Organice] Qui digitis pulsantes organa suaves eliciunt sonos. Sic lib. v. citat.

413 *Expergefata*] Organa enim, nisi digitis quasi expergefiant, muta

In nareis hominum, quom tetra cadavera torrent, 415
 Et quom scena croco Cilici perfusa recens est,
 Araque Panchæos exhalat propter odores :
 Neve bonos rerum simili constare colores
 Semine constituas, oculos quei pascere possunt,

num, quando illi fœda cadavera cremant, et quando scena recenter conspersa est croco Cilicio, et altaria fumant ob odores Panchæos. Noli etiam statuere gratos illos colores, qui possunt delectare oculos, componi paribus rerum principiis, ac

//////////

Nobilibus reliqui.—414 penetrare V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. putent Mus. B. 2.—415 terra corrent V. ed. tetra corrent Th. Ra.—416 croco simili Mus. B. 2.—419

NOTE

sunt, nec ullum edunt sonorem, quasi sopore aliquo tenerentur. Metaphora ducta ab hominibus ad organa, quæ vocem humanam imitantur.

Figurant] Formant, conformant, fingunt, reddunt, faciunt, variant.

414 *Neu simili penetrare, &c.]* His 4. vss. solvit VI. problema de odore tetra cadaveris cremati; et de croco præsertim Cilicio, qui suavitatem odoris afflat, dum spargitur in scenis; et de thure, quod in aris crematum odoriferum est. Scilicet quia ille fœdus odor constat atomis asperis: hic vero suavis coalescit ex levibus atomis.

415 *Torrent]* Supp. homines. Tangit morem receptum apud veteres de cremandis cadaveribus, qui jam invaluit. De his Virg. *Æn.* II. 203. et seqq. et alii.

416 *Et quom scena croco, &c.]* Tangit et antiquum morem apud veteres de spargendo croco per scenam, dum fabulæ erant recitandæ, qui suaves odores afflaret spectantibus. Sueton. in Neron. XXV. Horat. Epist. ad Aug. 'Recte necne crocum floresque perambulet Attæ Fabula si dubitem,' &c.

Scena] Græca vox σκηνή, a voce σκιά, umbra. Primum enim sub frondibus, seu sub arborum opacarum umbra fabulæ recitabantur. Deinde in tabernaculis; postea in theatris;

quæ tandem inde scenæ nomen retinent.

Croco Cilici] Crocus, et crocum dicitur: Cilix, et Cilicius, a, um. Crocus autem Cilix maxime laudatur, sicut olenm Venafranum, aut vinum Falernum apud Romanos. Plin. XXVII, 6. Crocus autem flos est odorifer, Gallice *safra*n.

417 *Panchæos]* Arabicos, Panchaia enim Arabia regio est, in qua arbores sponte thus emittunt. Virg. *Æn.* II. 'Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.'

418 *Neve bonos, &c.]* His 8. vss. solvit VII. problema de coloribus qui pascunt et juvant oculos: et contra, qui pungunt aut lædunt eosdem. Ratio est in promptu juxta doctrinam Lucretii. Qui enim colores creant oculos, eos constare levibus atomis necesse est: qui vero pungunt, aut lædunt oculos, ii constant ex atomis asperis, aut squalidis.

419 *Semine]* Primordio, principiis, atomis.

Oculos pascere] Metaphora a gustu aut gula ad visum ducta. I. e. delectare, quasi satiare pictura. Sic I. 36. 'Pascit amore avidos inhians in te, Dea, visus.' Sic Virg. *Æn.* IV. 'Animum pictura pascit inani.' Terent. in Phorm. 'Restabat nihil aliud, nisi pascere oculos.'

Et quei compungunt aciem, lacrumareque cogunt, 420
Aut feda specie tetrei, turpesque, videntur.

Omnis enim, sensus quæ mulcet quomque videntum,
Haud sine principali aliquo lævore creata est :

At contra, quæquomque molesta atque aspera constat,
Non aliquo sine materiæ squalore reperta est. 425

Sunt etiam, quæ jam nec lævia jure putantur

illos, qui offendunt visum, et faciunt flere: aut ac illos, qui cernuntur fædi, et horridi turpi colore. Namque res ea omnis, quæ delectat et adjuvat sensus, non est facta sine aliqua levitate primordiali: contra vero, res ea omnis, quæ est noxia, et horrida, non est inventa sine aliquo horrore principii. Sunt etiam cor-

//////////

possunt. In h. l. rasuram habet Mus. B. 2.—420 compungunt Mus. B. 2. compungunt Ferr. V. ed. Th. Ra. compungunt Mus. B. 3.—421 tetrei, turpesque desunt Mus. B. fedi turpesque Voss. marg. Voss. vet. qui olidi turpesque V. marg. 1. O. Cant. solidi t. Mus. B. 3. soli t. Vind. celi t. Mus. B. 2. cæli t. V. ed. Ferr. Th. Ra. turpes olidique Mar.—422 Omnis e. species Gottorp. fr. Voss. marg. qui Vind. multat Mar. Gryph. Nard. Bas. P. in not. caussa pro quomque Mus. B. 2. et edd. vulg. videntur Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. videntes Voss. marg. videndo O. juratque P. Mus. B. 2. et edd. vulg.—423 Aut Ferr. V. ed. Th. Ra. Gottorp. fr. O. Gryph. Nard. Bas. principali V. ed. Mus. B. 1. 2. Cant. Th. Ra. Par. Gryph. Bas. levior Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. Gryph. Bas. Nard. lirore Mus. B. 2.—424 Aut Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. Bas. constant Cant.—425 Post h. vs. inserunt At quæ lenis, et est jucundo prædita sensu, Hæc aliquo sine seminio brevior creata est Gryph. Nard. Bas. P. sed in P. gravior pro brevior.—426 quæ rara V.

NOTÆ

420 *Aciam*] Supp. oculorum; i. e. oculos, vel pupillam ipsam oculorum. Cicer. N. Deor. 2. 'Acies ipsa, quæ cernimus, quæ pupilla vocatur.' Acies tria significat. i. acumen gladii. ii. exercitum instructum. iii. pupillam oculi.

421 *Tetrei*] Bene. Gifan. *cæli*, quasi cærulei aut cæsii; qui duo colores fædi videntur. Male omnino.

423 *Principali . . . lævore*] Principiis levibus, ac levigatis. Sic v. 217. 'Principiale tempus, &c.'

425 *Materiæ squalore*] Materia squalida, fædis principiiis. Porro post hunc versum sequuntur hi duo in vulgaribus codicibus: *At quæ lenis et est jucundo prædita sensu, Hæc aliquo sine seminio gravior creata est.* Ve-

rum merito respuuntur ab omnibus interpretibus: neque enim addunt ad duorum sequentium, aut ad rei, intelligentiam. Secus enim duo sequentes rejiciendi forent, quasi superflui.

426 *Sunt etiam, quæ jam nec, &c.*] His 5. vs. solvit VIII. problema de fæcula et inula; quæ duo sunt condimenta. Alterum, nempe fæcula, erat condimentum acidum ex vini fæce factum, inquit Turneb. in illud Horat. Satir. II. 8. 'acria circum Rapula, lactuca, radices: qualia lassarum Pervellunt stomachum cicer, halle, fæcula Coa,' &c. Alterum vero, nempe inula, condimentum erat dulce, factum ex dulci amaritudine radice inulæ; quæ herba est folia ferens ver-

Esse, neque omnino flexis mucronibus unca ;

Sed magis angellis paullum prostantibus, ac quæ

Titillare magis sensus, quam lædere, possint :

Fæcula jam quo de genere est, inulæque sapes. 430

Denique, jam calidos igneis, gelidamque pruina,

pora prima, quæ nec levigata nunc, nec prorsus hamata, quasi habeant apices aduncos, merito esse creduntur : sed quæ potius habeant parvos angulos paululum prominentes, et quæ queant potius jucunde tangere sensus, quam vexare. Cujus generis est etiam fæcula, et condimenta inulæ. Postremo tactus uterque, frigoris



ed. lenia Mus. B. 1.—427 *muttonibus* V. ed. *uncaque* V. ed. Mus. B. 1.—428 *angellis* : sic O. Mus. B. 1. 3. Cant. P. in not. Voss. marg. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Cont. Bas. V. marg. 1. *angeliis* Gottorp. fr. Voss. vet. et L. B. *angulus* Vind. *agellum* Mus. B. 2. *angululis* P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. et edd. vulg. *an gelus* Ferr. *prostrantibus* O. Mus. B. 1. *ac quæ* desunt Vind. Voss. vet. Mus. B. 1. 2. 3. *æque* V. ed. Th. Ra. *et quæ* vulg.—429 *possint* : sic P. V. cd. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *possit* reliqui.—430 *Fetula* Mus. B. 1. *quo jam* Voss. vet. *vinique sapes* P. Vind. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. *invia* Voss. L. B. *vitæ* Gryph. marg. Bas. marg. P. in not. Cant. *vinæ* Mus. B. 1. 2. *que* deest Mus. B. 2. *ut inulæque* O.—431

NOTÆ

basçi, quem Gallice vocant *Bouillon blanc*, nisi quod oblongiora et angustiora surgant : radice subcandida. Colum. XII. 46. De qua et Horat. Satir. II. 8. ‘Erucas virides inulis ego primus amaris Monstravi incoquere,’ &c. Gallice *de l’aulnée*. Alii autem non *inulæ*, sed *viciæ* legunt. Vicia autem genus est leguminis. Virg. Geor. I. ‘Aut tenues fætus viciæ, tristisque lupini.’ Gallice *de la vesce*. Prior lectio magis probatur. Igitur ideo fæculæ condimentum saporis est acidi : inulæ vero condimentum quasi saporis amari, quia non ex asperis aut levigatis omnino constant atomis ; sed ex utrisque fractis aliquatenus, hoc est, ex atomis quæ habeant minusculos angulos et obtusos apices, qui sensum, nempe gustum, titillare, ac jucunde tantum tangere valeant ; non autem lædere, perrumpere, ac male afficere.

427 *Flexis mucronibus unca*] Hamata.

428 *Angellis*] Alii *angulatis*. Idem ; i. e. parvos angulos habentibus.

429 *Titillare*] Neque asperiore, neque jucundiore tactu afficere sensus ; Gallice *chatouiller*. Hic autem per metaphoram usurpatur pro, leviter afficere.

430 *Fæcula*] Vs. 426. not.

Inulæ] Vs. 426. not.

431 *Denique, jam calidos, &c.*] His 13. vss. solvit IX. problema de calore et frigore, seu, ut ipse loquitur, de igne et gelida pruina, id est gelu : quæ tactu sentiuntur. Tactum autem omnium sensuum certissimum esse ait ; triplicemque distinguit pro triplici modo, quo corpus tangi potest. Tangitur enim corpus per rem sensilem vel extrinsecus ipsi advenientem : vel extra ipsum egredientem : vel intra ipsum moventem. Triplici autem modo res sensilis, sive accedens ad corpus, sive egrediens e corpore, sive movens intra corpus, potest tangere ; nimirum vel jucunde, vel aspere, vel medio quodam inter hæc temperamento ; scilicet pro vel levibus, vel asperis, vel mediis inter has figuris atomorum, ex quibus constat.

Dissimili dentata modo, compungere sensus
Corporis, indicio nobis est tactus uterque.

Tactus enim, tactus, pro Divom numina sancta !
Corporis est sensus, vel quom res extera sese 435
Insinuat, vel quom lædit, quæ in corpore nata est,
Aut juvat egrediens genitaleis per Veneris res :
Aut, ex obfensu quom turbant corpore in ipso

et gelu, indicat etiam nobis ignes calidos et gelu frigidum, quasi armata essent dentibus, vexare dispari ratione sensus corporis nostri. Tactus enim, tactus, inquam, (per Deos immortales,) est proprius sensus corporis; sive quando res externa ingerit sese intra corpus; sive quando res, quæ ingenita est corpori, vexat illud; nimirum vel cum exiliens e corpore per res genitales Veneris delectat illud; vel cum primordia ex occurso commotu inter se in ipso corpore

//////////

pruinam Ferr.—432 tentata P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Bodl. Gryph. Nard. Bas. ex cod. Pomponii Læti P. restituit *dentata*, et V. marg. legit *admorsa*.—433 *ac tactus* Mus. B. 2. *sensus* Gassend.—434 *corpora sancta* Lond. ed. *lumina* s. Barb.—435 *Corpore* V. ed. Th. Ra.—437 *Aut vivat* Mus. B. 1. *egradicus* Mus. B. 2. 3. *gradicus* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. *ingredicus* Ald. P. sed *egrediens* P. in not. vox deest Voss. L. B.—438 *offensa* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gif. marg. Gryph.

NOTÆ

432 *Dentata*] Hamata, horrida, aculeata: quasi dentes habentia.

433 *Tactus uterque*] Nimirum ipsius ignis et gelidæ pruinae, sen gela.

434 *Tactus enim . . . corporis est sensus*] Sic i. 305. 'Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.'

Pro Divom numina] Exclamatio, qua uti solemus in rebus, quibus diffisi hominum fidei ad Deos confugimus. Sic vs. 1091. 'Divom' autem pro Divorum dixit.

435 *Res extera*] Quale est frigus aut calor, quæ sese insinuant in corporis membra. En prima pars divisionis rerum tactilium, vs. 431. not.

436 *Quæ in corpore nata est*] Res interna, quæ egrediens e corpore vel lædit corpus, vel juvat et oblectat illud. En secunda pars divisionis rerum tactilium, vs. 431. not.

437 *Genitaleis*] Quæ ad generationem faciunt, i. 11. et alibi passim.

Per Veneris res] Sic vs. 173. i. c.

per vias generationis.

438 *Aut ex obfensu*] En tertia divisionis pars, vs. 431. not. Res enim interna potest tangere corpus non tantum egrediendo extra illud, sed etiam manens intra ipsum, et movens illud. Sic atomi ex offensu, hoc est, ex occurso et mutua plaga, sese percutientes intra corporis partes, distorquent eam corporis partem, in qua sic se offendunt, pariuntque dolorem minorem, aut majorem, pro minori aut majori suo offensu, quo minus aut magis resilientes quasi corpus turbant, confundant, aut etiam distorquent. Dolor enim gignitur ex partium concussionem, divisionem. Sic v. g. cum quis manu sibi partem corporis ferit, movet, turbat, confundit, concutit, ac quasi distorquet atomos, quæ eam corporis partem componunt. Hinc dolor sentitur. Sic infra vs. 960. et seqq.

Obfensu] Dicitur offensus, us: sic vs. 223.

Semina, confundunt inter se concita sensum :

Ut, si forte manu quam vis jam corporis ipse 440

Tute tibi partem ferias, atque experiare.

Quapropter longe formas distare necesse est

Principiis, varios quæ possint edere sensus.

Denique, quæ nobis durata ac spissa videntur,

Hæc magis hamatis inter sese esse necesse est, 445

Et quasi ramosis alte compacta teneri.

In quo jam genere in primis adamantina saxa

Prima acie constant, ictus contemnere sueta ;

nostro perturbant, et confundunt sensum; veluti, si forsan tutemet tibi ipsi percutias manu aliquam partem corporis, bene tunc experiari posses. Quare oportet ut figuræ in primordiis procul multum inter se differant, quippe quæ queant reddere tam diversos sensus. Tandem res, quæ apparent nobis solidatæ, et condensæ, necesse est ut eæ conflatæ ex primordiis magis aduncis inter se, et veluti habentibus ramos alte constant. Cujus generis nunc præcipue lapides adamantini sunt tanquam in primo ugmine, qui solent respuere plagas: sunt etiam

Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald. *corpora* Delph.—439 *confunduntque* vulg. edd. *compunguntque* Creech. *sensu* Gottorp. fr.—440 *Uc* V. ed. *quamos corpore* V. ed. Th. Ra.—441 *æque experiare* vulg. edd.—443 *ædere* V. ed. Th. Ra. *ladere* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg.—445 *esse deest* V. ed. Th. Ra.—446 *quasi ramis* V. ed. Th. Ra. *quasi ramos* Vind. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *quasi per ramos* P. O. Cant. Gif. marg. Gryph. Bas. V. marg. 1. *quia sint ramis* P. in. not. Gryph. marg. *quiu sunt hamis* Bas. marg.—447 *nam genere*

NOTÆ

Turbant] Turbas excitant, concutiunt. Sic vs. 125.

439 *Semina*] Atomis: prima corpora.

442 *Quapropter longe, &c.*] Postquam magis præcipua sensuum objecta in testimonium dedit, concludit rite necesse esse varias atomorum existere figuras, quæ tam varios sensus edant.

444 *Denique, quæ nobis, &c.*] Non contentus Poëta de diversis sensuum objectis, quæ in rei argumentum attulit, jam conatur etiam ex aliis rebus concretis diversas easdem figuras atomis asserere. His itaque 13. vss. prioribus adducit res duras et molles aut fluidas in rei testimonium, quarum illas, qualis est adamas, saxa, et

ferrum, ex atomis hamatis, et quasi ramosis, has vero, ex levibus ac rotundis, coalescere confingit. Quod est x. problema, quod solvit.

446 *Ramosis*] Supp. principiis. Quæ quidem quasi per ramos fusa et ducta constant, ut magis cohærescant. Alii *per ramos*; idem sensus.

447 *Adamantina saxa*] Adamas lapis est pretiosus, et quidem durissimus, quem nulla vis domare potest, aut frangere; namque, ut ait Plin. xxxvii. 4. 'Incudibus deprehenditur ita respuens ictum, ut ferrum utrimque dissultet.' Quanquam compertum est hircorum sanguine resolvi posse.

448 *Prima acie*] Primo ordine. v. 420.

Et validei silices, ac duri robora ferri,
 Æraque, quæ claustris restantia vociferantur. 450
 Illa quidem debent ex lævibus atque rotundis
 Esse magis, fluido quæ corpore liquida constant;
 Namque papaveris haustus item est facilis quod aquarum:
 Nec retinentur enim inter se glomeramina quæque,
 Et procursus item proclive volubilis exstat.
 Omnia postremo, quæ puncto tempore cernis 455

solida saxa; et durities validi ferri; et æra, quæ resistantia sub pondere januarum, edunt sonitum. Illæ vero res, quæ molles componuntur ex corpore fluxo, debent constare ex atomis magis levigatis et teretibus; neque enim quæque illarum corpuscula globosa inter se cœrentur: et cursus earum pariter labilis est in facilem lapsus. Denique oportet ut res omnes, quas vides existere tantum per

//////////

Mus. B. 2. 3. Ferr.—448 *Prona* Mus. B. 2.—449 *dura* V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—450 *quæque* Ferr. V. ed. Th. Ra. *voce ferantur* Ferr. V. ed. Th. Ra.—451 *Illæ autem* Vind. Mus. B. 3. Cant. Bip. Hav. *lenibus* O. Mus. B. 2. V. marg. 1.—452 *fluido* V. ed. Th. Ra. *quæ corpora* V. marg. 1. *constat* O. Mus. B. 2. 3. Porro, qui sequitur vs. communi fere editorum consensu, pro adulterino habetur, atque ab h. loci sententia alieniss. cum vero in omn. Mss. et pr. edd. ut videtur, compareat, de contextu nolui ejectum, sed solummodo numerorum ordine exceptum, ne hinc omnium sequentium series turbaretur. *Wakef.*—454 *percussus* P. Gottorp. fr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. Cant. Gryph. marg. Bas. marg. *percussus* P. in not. *procursus* Mus. B. 1. 3. *in proclive* vulg. edd. sed *in* non agnoscunt Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Gottorp. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Hic desinit cod.

NOTE

449 *Robora ferri*] Durities ferri: sic I. 880. 'robore saxi.' Metaphora est. Robur enim proprie dicitur de duro quercus corpore.

450 *Claustris restantia*] Resistentia sub pondere januarum: i. e. Cardines portarum, qui ex ære constant. Vel: 'restantia claustris æra,' i. e. obices et pessuli, qui januis affixi restant et hærent. Quasi claustra sint januæ clausæ. Sic I. 416. 'claustra vitæ:' i. e. limen et janua lethi, ut ait III. 397. Sic etiam I. 72. 'claustra naturæ refringere;' id est, secreta Naturæ revelare, aut penetrare. Hinc alii legunt *claustris extantia*.

453 *Glomeramina*] Corpora globosa: atomi rotundæ, et volubiles, ex quibus constant res fluidæ.

454 *Procursus*] Cursus porrotenus continuatus. Hoc est, volubiles sunt res fluidæ, et labiles in proclive; quia constant ex atomis, quæ labuntur instar glomeraminum; nec inter se retineri possunt.

455 *Omnia postremo, &c.*] His 8. vss. solvit XI. problema de fumo, nebulis, et igne, et aliis rebus ejusdem generis, quæ aliquatenus fluidæ sunt. Docet autem has res constare ex atomis non exquisite levibus ac rotundis: neque tamen constare etiam ex atomis inter se perplexis, qualibus sentes et spinæ constant: licet oculos interdum pungant, nempe fumus: et saxa penetrent, et in calcem reducant, nempe ignis: sed cum fluidis, et rotundis atomis misceri etiam atomos minus acutas, et as-

Diffugere, ut fumum, nebulas, flammisque, necesse est,
 Si minus omnia sunt e lævibus atque rotundis,
 At non esse tamen perplexis indupedita;
 Pungere utei possint corpus, penetrareque saxa,
 Nec tamen hæerere inter se; quod quisque videmus 460
 Sentibus esse datum: facile ut cognoscere possis,
 Non e perplexis, sed acutis, esse elementis.

Sed, quod amara vides eadem, quæ fluvida constant,
 Sudor utei maris est, minime mirabile quouiquam.

instans temporis, v. g. fumum, vapores, et flammæ, evanescent, si omnes constant ex atomis minus levigatis et teretiõs: sed non necesse est ut compactæ sint ex atomis implicitis et hamatis, ut queant lædere sensus corporis, et permeare lapides: non oportet tamen ut inter se cohaerescant; quod quidem nos singuli cernimus concessum esse spinis. Ita ut huic queas facile noscere non constare ex principiis implicitis inter se, sed ex aculeatis. At quod cernis easdem res, quæ liquidæ sunt, esse simul amaras, veluti est aqua marina; id non debet videri admira-

//////////

Gottorp.—456 *Effugere* P. Ald. *Affugere* V. ed. Bodl. Mus. B. Ferr. Th. Ra.—457 *omnibus* Mus. B. 3. Lamb. Bip. *lenibus* O. Mus. B. 2. *elevibus* Ferr. V. ed. Th. Ra.—458 *adplexis* Voss. vet.—459 *Pangere* Ferr. V. ed. Th. Ra. *Frangere* Mus. B. 1. *possunt* V. ed. Ferr. Th. Ra. *penetrare* Mus. B. 2. *que deest* O.—460 *quod eumque* Gryph. marg. Bas. marg. P. V. marg. 1. Voss. marg. Bodl. Voss. vet. et L. B.—461 *Sensibus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Voss. vet. et L. B. *e se datum* Voss. vet. et L. B. *se datum* Vind. Mus. B. 1. 3. *sedatum* Mus. B. 2. O.—461 *Udor* Creech. *amarus ut est* Fab. *matris ut est* Gryph.

NOTÆ

peras, quam quæ spinis miscentur.

Puncto tempore [tempori] Tempori, pro, temporis. I. e. brevissimo tempore.

456 *Nebulas*] Vapores, caligines, quibus oculi læduntur.

458 *Indupedita [endopedita]* Vel *indupedita*: i. e. impedita, vs. 101.

459 *Pungere corpus*] Puta officere oculis, mordere oculos. Quod facit fumus, et nebula.

Penetrare saxa] Quod facit ignis, qui lapides in calcem et cineres redigit.

460 *Nec tamen hæerere inter se, &c.*] I. e. nec tamen inter se perplexa retineri, quomodo spinarum atomi acutæ inter se retinentur. I. e. nihil impedit, inquit, ut res fluidæ misceantur atomis acutis, qualibus constant etiam spinæ.

462 *Elementis*] Principiis, atomis: vs. 393. 411.

463 *Sed, quod amara vides, &c.*] His 7. vs. solvit XII. problema de rebus fluidis simul et amaris: docetque res eas, qualis est aqua marina, constare ex atomis levibus simul et rotundis; sed squalidis, non autem hamatis. Scilicet sic sese explicat Poëta, ne pugnantis loquatur. Namque supra vs. 404. docuit amara et aspera constare ex atomis hamatis, et inter se perplexis. Item vs. 451. docuit fluida constare ex atomis levibus. Quod quidem repugnat. Igitur hic jam docet amara fluida constare ex atomis levibus, et globosis simul ac squalidis; i. e. tristibus, plenis doloris, injucundis.

461 *Sudor maris*] Aqua marina, quam Empedocles docuit esse sudo-

Nam, quod fluidum est, e lævibus atque rotundis 465
 Est; et lævibus atque rotundis mixta doloris
 Corpora: nec tamen hæc retineri hamata necessum:
 Scilicet; esse globosa tamen, quom squalida constant,
 Provolvi simul, ut possint conlædere sensus.
 Et, quod mixta putes magis aspera lævibus esse 470
 Principiis, unde est Neptuni corpus acerbum;
 Est ratio secernendi, seorsumque videndi.

bile cuiquam. Namque res ea, quæ liquida est, constat ex atomis levigatis et teretibus: sed atomi doloris intermixtæ sunt atomis levigatis et teretibus: neque tamen necesse est ut hæ atomi perplexæ inter se cohereant. Nimirum necesse est illas esse rotundas, etiamsi sint horridæ, ut una queant profluere et pungere sensus. Atque ut magis credas atomos hamatas intermixtas esse atomis levigatis, ex quibus nascitur corpus amarum Neptuni, ratio est aliqua distinguendi, et sigillatim

minime id vulg. edd. mirabile habendum P. in not. Hav. Bip. mirabilis Mus. B. 2. mirabile debet Voss. vet. et L. B. debet minime mirabile cuiquam V. marg. 1.—465 Nam qui Mus. B. 2. fluidus Vind. Voss. vet. O. Mus. B. 2. Cant. V. marg. 1.—466 et: sic dedi ex conj. Wakef. e Voss. vet. et L. B. Bas. marg. at Hav. Bip. Delph. rotundi Vind. admixta P. Vind. V. ed. Th. Ra. Ald. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. dolori V. marg. 2. volare P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald. dolore V. ed. Th. Ra.—467 nec tantum P. retinere P. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. necessum sic P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. necesse est reliqui.—468 est V. ed. Th. Ra. constat Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2.—469 Pervolvi Mus. B. 2. collidere O. Mus. B. 1. lædere Mus. B. 2. et lædere reliqui.—470 At Voss. vet. quid V. ed. Th. Ra. quo Vind. Mus. B. 1. Cant. et vulg. edd.—472 Esse Vind. se cernendi V. ed. Cant.

NOTÆ

rem terræ, teste Arist. Meteor. II. c. 3. Vel ‘sudor maris?’ i. e. spuma maris, i. e. quæ salsa et amara est.

465 *Fluidum*] Dactylus; neque enim litera *m* eliditur ante vocalem sequentem, sed breviatur. *Fluidum* autem pro, fluidum. Sic vs. 463. et alibi passim.

466 *Doloris Corpora*] Atomus acerbæ, asperæ, squalidæ. Licet enim globosæ sint, quia tamen minus politæ sunt ac levigatæ, tristem inferunt sensum.

467 *Necessum*] Necesse est. Sic vs. 724.

468 *Scilicet*] Scire licet. Sic Terent. Heaut. Sic Plant. ‘Videlicet’ pro, videre licet.

Squalida] Horrida, hamata, aspera.

470 *Et, quod mixta putes, &c.*] His 7. vss. confirmat ex ipsa sensuum fide ac evidenti experimento aquam marinam constare ex atomis levibus et asperis. Namque, si maris aqua percolatur per terras, dulcescit; quia relinquit supra terras virus amarum, quod ex asperis atomis constat; solasque retinet leves atomos, quæ dulces sunt.

471 *Unde*] Ex quibus.

Neptuni corpus] Mare, aqua marina. Neptunus enim, quia Deus maris, usurpatur a poetis pro ipso mari. Sic vs. 654.

Acerbum] Salsum et amarum.

Humor dulcis, ubei per terras crebrius idem
 Percolatur, ut in foveam fluat, ac mansuescat.
 Liquit enim supra tetri primordia viri ;
 Aspera, quo magis in terris hærescere possint.

475

Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ,

cernendi; namque aqua maris dulcescit, cum eadem frequentius pertransit per terras, ut defluat in fossam aliquam, et ibi dulcescat. Relinquit enim super terras principia amara veneni insuavis: unde fit ut possint eo facilius remanere in terra. Quod cum demonstraverim, persequar addere rem, quæ inde consentanea sit et reddat testimo-

//////////

Th. Ra.—473 *dulcis*: sic P. Bodl. Voss. L. B. Gif. marg. Gryph. *dulcet* Lamb. *dulcit* vulg. idem erasum est Mus. B. 2.—475 *Nequit* V. ed. Th. Ra. Bas. marg. *Inquit* Vind. Ferr. *Liquit* Hav. Bip. Delph. *tetri supra* P. *separare* V. ed. Bas. marg. *supera tetri* Vind. *superate* Mus. B. 1. 2. 3. *superante salo* Cant. V. marg. 1. *superando atri* vel *tetri* V. marg. 2. *trimordia* Ferr. *mordia* Vind. *rerum* pro *vir* Mus. B. 3.—476 *horrescere* V. ed. Th. Ra. Gryph. marg. Bas. marg. Ald. P. *possunt* vulg.—477 *qua* Mus. B. 2.—478 *Et* Creech. *acta*

NOTE

473 *Dulcis* [*dulcit*] Antique; pro 'dulcet,' 'dulcescit.' Sic olim 'frigit,' pro 'friget.'

474 *Mansuescat*] Dulcescat. Quasi acerbitatem deponat aut sævitiam; metaphora ducta a feris, quæ mansuetæ fiunt.

475 *Supra* [*supera*] Pro supra, I. 532. i. e. in superiori terræ parte.

Tetri...viri] Salsæ amaritudinis. Sic amaritudo salsa maris dicitur quoque virus I. 720.

477 *Quod quoniam docui, &c.*] Hactenus de dissimilibus atomorum figuris, quæ prima pars fuit disputationis propositæ supra vs. 333. not. Nunc alteram ejusdem disputationis partem aggreditur; docetque finitas esse figurarum rationes, non autem infinitas; id est, differentias figurarum esse finitas, idque variis ex absurdis confirmat, quæ inde sequerentur. Quorum I. continetur Ius 22. vss. Hoc autem repetit ex atomorum parvo corpore, seu parvitate, quæ non patitur, ut infinita ratione figurarum atomi possint variari. Namque ejusmodi varia figuratio, ut ita dicam, variari non potest nisi pro diverso

augmine; quæ enim res non haberent diversum augmen, hoc est, quæ non constarent ex diversis partibus, sane variari non possent. Atqui si infinitæ essent figuræ diversæ atomorum, sequeretur ut essent aliquæ atomi, quæ infinito constarent augmine, hoc est, quæ infinitis partibus, atque immensa magnitudine coalescerent; quod est absurdum. Namque sit v. g. atomus aliqua, quæ tribus vel quatuor, aut pluribus, sed finitis partibus constet; ejus figura variari poterit tantum finita ratione; quoquo modo partes illius disponeris, transposueris susleque, dextrorsum, sinistrorsum, et alia quavis ratione. Igitur si infinito modo variare volueris partes atomi cujusvis, debet ea atomus constare infinitis partibus; si vero constet infinitis partibus, erit ergo immani maximitate. Quod est absurdum; et quod fieri non posse probatum est, lib. I. ubi atomis dari certam frangendi finem, et minimum quid ostensum est. Hoc idem argumentum sic Epicurus prosequitur apud Laërt. lib. x. 'Corpora individua, et plena [atomi], ex quibus

Ex hoc apta, fidem ducat: primordia rerum

Finita variare figurarum ratione.

Quod, si non ita sit, rursus jam semina quædam 480

Esse infinito debebunt corporis auctu.

Nam, quod eadem una quoius vis in brevitate

nium, principia rerum mutari secundum finitum modum formarum. Quod nisi sic esset, contra jam primordia quædam debebunt constare ex infinito augmine magnitudinis. Etenim formæ principiorum non possunt plurimum mutari inter se in una

//////////

P. in not. ducit Voss. vet. et L. B. Hav. Bip.—479 *Finitas* P. V. ed. Bodl. O. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Gryph. Nard. Bas. et Mus. B. 2. in rasura. *variata* Voss. vet. *rationes* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Gryph. Nard. Bas.—480 *rara* pro *jam* Cant.—481 *debebant* V. ed. Th. Ra. *debeunt* Mus. B. 2. *corporum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2.—482 *Nam quod* sic P. Ald. *Namque et* in Mus. B. 2. *Namque* in reliqui.

NOTÆ

res compositæ concretæque gignuntur, et in quæ dissolvuntur, comprehendendi non possunt re et usu; figurarum autem differentiis possunt. Non enim fieri potest ut tot rerum naturalium differentia ex figuris re comprehendens nascantur. In unaquaque autem signatione simpliciter infinita sunt corpora individua: differentiis vero non sunt infinita: sed, eo tantum quod re comprehendendi non possunt, infinita. Quæ argumenti ratio cum facile non sit cuivis obvia, placet eam illustrare exemplo facili: sunt v. g. viginti quatuor literæ tantum, non autem infinitæ. Hinc fit ut his non infinitæ, sed finitæ tantum syllabæ ac voces fieri possint. Namque ex duabus literis, v. g. A et B, duæ creantur voces, AB et BA. Ex tribus literis, sex creantur voces, vel syllabæ: ex quatuor literis 24. voces: ex quaque literis, 120. voces: ex sex, 720. cx septem, 5040: ex octo, 40320: ex novem, 362880: ex decem, 3628800. Et ita deinceps, donec numerus 24. literarum expleatur, ut iterum fusius dicetur infra vs. 687. not. At quantumvis multæ fiant voces seu syllabæ, et mente qui-

dem non comprehensibiles: re tamen nunquam infinitæ formabuntur. Cum ex finito infinitum fieri nequeat. Ita, licet multimodæ sint figurarum rationes, non infinitæ tamen esse queunt; quia, ut recte docet Poëta, 'formarum novitatem corporis augmen Subsequitur.'

Pergam connectere] Jam connectam. Sic vs. 237. et III. 179. 421. 423. et alibi. Porro hi 2. vs. repetuntur infra vs. 521.

478 *Apta*] Apte connexa, apte pendens, consentanea.

479 *Variare*] Absolute; pro, variari, mutari.

480 *Semina quædam*] Quædam prima corpora; quædam atomi.

481 *Infinito corporis auctu*] Infinita magnitudine: immenso corpore.

482 *Quoius vis* [*cujuscujus*] Sic Lamb. sicut enim dicitur 'quidquid' pro 'quidque:' ita 'cujuscujus,' pro 'cujusque' fieri ac dici posse censet. Alii legunt *cujusvis*, ita ut hic versus sit ex Enniana mensura; neque litera *m* in voce 'eadem' elidatur ante sequentem vocalem vocis 'una.' Ultraque lectio probatur.

Brevitate Corporis] Parvitate atomi.

Corporis inter se multum variare figuræ
 Non possunt : face enim minimis e partibus esse
 Corpora prima ; tribus, vel paullo pluribus, auge : 485
 Nempe, ubi eas parteis unius corporis omneis,
 Summa atque ima, locans, transmutans dextera lævis,
 Omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo
 Formarum speciem totius corporis ejus ;
 Quod super est, si forte voles variare figuras, 490
 Addendum parteis alias erit : inde sequetur,
 Adsimili ratione, alias ut postulet ordo,
 Si tu forte voles etiam variare figuras.
 Ergo formarum novitatem corporis augmen
 Subsequitur : qua re non est ut credere possis, 495

et eadem parvitate cujusque principii. Namque finge primordia rerum constare ex tribus partibus v. g. vel amplifica, si vis, ex paulo pluribus : scilicet postquam ponens domnes illas partes unius principii primi sursum et deorsum, transponensve exterarum partes in sinistras, observaveris per experientiam his omnibus modis, quantum speciem figurarum totius illius principii quæque positura reddat ; quod reliquum est, si forsitan cupies mutare adhuc formas, oportebit adjicere alias partes : deinde pari modo consequens erit, ut positura poscat alias partes, si tu forsitan cupies adhuc mutare formas. Igitur augmentum atomi sequitur novam variantiam figurarum ;

//////////

media ima Mus. B. 2. brevi Mus. B. 2.—483 se deest V. ed. Th. Ra.—484 Non possum Mus. B. 1. face enim : sic Cant. V. marg. 1. fac enim Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. Hav. Bip. Delph. fateor P. Mus. B. 1. Gryph. marg. Bas. marg. Ald. fateamur V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. fateamur Ferr.—485 præ tribus Ferr. V. ed. Th. Ra. partibus uti Mus. B. 2. euge Mus. B. 2.—487 transmutas Ferr. V. ed. Th. Ra. Cant. transmittas Mus. B. 2. lævius Voss. vet. sed superser. lævis.—488 Omnimodi Voss. vet. et L. B. Omnimodo Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. Omnimode Bas.—489 Formæ Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. Bip. Hav. corporis augmen Gassend.—490 vales Ferr. Th. Ra. V. ed. Vind. Voss. vet. et L. B. Bodl. velis Gassend. Tres. vss. seqq. desunt Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—492 A simili Bas. P. At simili V. marg. 1. O. Cant.—494 formæ Mus. B. 1. Hav. Bip. corporum V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th.

NOTÆ

465 *Tribus, vel paullo pluribus*] Vel paulo pluribus tantum, non autem infinitis. Quod quidem fieri nequit, cum atomi infinitas partes non habeant ; alias enim infinita essent magnitudinæ.

486 *Unius corporis*] Unius atomi.

487 *Summa atque ima, locans*] Sursum, deorsum, susdeque disponens. Hæ voces ‘summa,’ et ‘ima’ sumun-

tur quasi adverbialiter ; sic alibi ‘crebra’ pro ‘crebro,’ ‘diversa,’ pro ‘diverse,’ ‘adversa,’ pro ‘adversus,’ &c.

491 *Addendum parteis erit*] Hellenismus : i. e. addendæ partes erant. Sic r. 112. 139. &c.

495 *Non est*] Supp. causa, ratio, locus. I. e. non potest fieri.

Esse infinitis distantia semina formis;
 Ne quaedam cogas inmani maxumitate
 Esse: supra quod jam docui non esse probare.

Jam tibi Barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens
 Purpura, Thessalico concharum tincta colore; 500
 Aurca, pavonum ridenti inbuta lepore,
 Pepla, novo rerum superata colore, jacent:
 Contemptus sudos smyrnæ, mellisque sapes;

quapropter non est ratio, ut queas credere primordia differre infinitis figuris, ne facias quaedam constare ex immensa magnitudine; quod antea jam ostendi non posse demonstrari. Et vero jam vestimenta extranea; et purpura Melibœa nitens, quippe quæ tincta sit Thessalico colore ostrearum, et aurata genera pavonum perfusa ridenti venustate colorum, despicerentur quasi victa novo colore rerum: et odor myrrhæ spretus foret: et sapes mellis despicerentur, et cantus cygnorum,

Ra.—497 *Nam Mus. B. 2.*—498 *esse probare*: sic P. in not. *posse vulg. probare* sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. *probari vulg. edd.*—500 *Thalussico* P. in not. *tecta* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. *colore, et Aurca vulg. edd.*—501 H. vs. *deest* Voss. L. B. *rident* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. P. Bodl. Voss. vet.—502 *Sed nova* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. *Sedula quæ* Gryph. Nard. Bas. P. in not. *Sæcla novo* Hav. Bip. Delph. *nova* Voss. L. B. *si rerum* Ferr. V. ed. Th. Ra. P. Bodl.—503 *suodor* V. ed. *udor* Voss. vet. et L. B. *odor* P. Vind. Bodl. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Bip. Hav. Delph. *smyrnæ* P. Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 3. Voss. vet. et L. B. Th. Ra. Ald. *smirnæ*

NOTÆ

496 *Semina formis*] Atomi figuris.

497 *Inmani maxumitate*] I. e. infinita et immensa magnitudine. Rara vox, et vix alteri usitata. Sic Plautus dixit, 'optimitas,' 'opulentitas.'

498 *Supra docui*] Lib. I. ubi minimas atomos esse docuit, nec sub oculos cadere, propter earum brevitatem.

499 *Jam tibi Barbaricæ, &c.*] His 8. vs. absurdum it. continetur, quod sequeretur, si fieri posset, ut atomi crescerent in immanem magnitudinem. Namque res omnes, quæ jam apud nos plurimi æstimantur, continuo vilescerent et despicerentur, quia aliæ majores et pretiosiores esse possent. Sic vestibus Barbaricis, hoc est, Babylonis et Phrygiis, olim apud Romanos pretiosis, aliæ pretiosiores essent: sic purpura Melibœa

olim optima, alia esset melior et fulgentior: sic colore pavonum ridenti clarior alius esset: sic myrrha odorifera alia esset magis odorifera: sic melle dulci mel dulcius esset: sic Apollinis carmine jucundo carmen jucundius esset.

Barbaricæ] Babylonicæ, aut Phrygiæ. Babylonii et Phryges olim Romanis dicti sunt Barbari, sic IV. 1023. Deinde hi populi lanas purpureo tingebant colore.

Melibœa...Purpura] Sic dicta a nomine urbis, in qua tingebatur crure concharum. Est autem et Melibœa urbs Thessaliæ. Hinc addidit vs. seq. 'Thessalico colore.'

502 *Pepla* [*Sæcla*] Genera, gens, vs. 77. 173. et lib. I. passim.

503 *Smyrnæ* [*myrrhæ*] Alii *smyrnæ*. Idem. Smyrna enim Græcis est aro-

Et cycnea mele, Phœbeaque, dædala chordis,
Carmina, consimili ratione obpressa silerent : 505
Namque aliis aliud præstantius exoreretur.

Cedere item retro possent in deteriores
Omnia sic parteis, ut diximus in meliores :
Namque aliis aliud retro quoque tetrius esset
Naribus, auribus, atque oculis, orisque saponi. 510
Quæ quoniam non sunt, quin rebus reddita certa
Finis utrimque tenet summam ; fateare necesse est,

et versus Apollinis, qui varietate grata chordarum cantantur, pari modo despecta conticescerent ; etenim aliud excellentius aliis nasceretur. Similiter ita res omnes possent retroverti in partes peiores, sicut diximus venire in præstantiores. Etenim alia res longe aliis etiam foret fœdior naribus, auribus, et oculis, et gustui linguæ. Quæ omnia cum non reperta sint in rebus, et cum terminus limitatus cœrceat cubctam rerum naturam ex utraque parte ; oportet ut confitearis semina rerum

//////////

Cant. myrrhæ Mus. B. 1. 2. et edd. vulg.—504 *cyngæa* Mus. B. 2. *cyreneam* Cant. *elaphæbæa* Mus. B. 1. Cant. *idem Phæbeu* Mus. B. 2.—506 *exoreretur* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *exorerentur* Mus. B. 1. vss. 507. 508. transpositi leguntur Mus. B. 1. vss. 506. 507. 508. desunt Voss. vet. et L. B.—509 *retroque ut acrius* V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. O. Ferr. Th. Ra. *retroque ut tetrius* Mus. B. 1.—511 *certaque* Gif. Par. *certa et Bip.* Hav. Delph.

NOTÆ

matic genus, quam alio nomine vocant myrrham, quæ ex arbuscula odorifera in Arabia nascitur.

504 *Cycnea mele*] Olorum cantus. Cycni enim seu olores morituri dicuntur suaviter canere. Martial. XIII. 77. ‘ Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui.’ Est autem ‘ mele’ vox Græca, vs. 412.

Phæbea] Quæ sunt Apollinis.

Dædala] Varia, diversa, 1. 7.

Chordis] Supp. lyræ aut citharæ, qua canentem poëtæ faciunt Apollinem.

505 *Silerent*] Non canerentur, sed despicerentur.

506 *Exoreretur*] Tertiar conjugationis. Sic 1. 181.

507 *Cedere item, &c.*] Iis 4. vss. continetur III. absurdum, quod inde sequeretur si atomi immani constarent magnitudine ; namque res qua-

cunque pessima fieri possent deteriores. Quo enim plus tetri fœtoris v. g. inesset in re, eo deterior esset naribus : quo plus squalidi coloris haberet, eo magis læderet oculos : quo plus insipidi saporis haberet, eo magis insuavis gustui esset : et ita de ceteris. Atque ita sensibus objecta nulla diuturna adessent : sed suavitatem exciperet fastidium, aut molestia : et contra, ob varias atomorum figuras alienantes. Quo quid absurdius ?

511 *Quæ quoniam, &c.*] His 5. vss. concludit itaque figuras atomorum non esse infinita ratione diversas, cum nec rerum concretarum, quæ ex atomis fiunt, nec atomi cujusque materies, aut moles potius non sit infinita, ac immensa ; sed finita, et certa magnitudine prædita constet.

Reddita] Concessa et data a natura.

512 *Utrimque*] I. e. ab utroque extremo ; nimirum a rebus melioribus,

Materiam quoque finitis differre figuris.

Denique, ab ignibus ad gelidas hiemisque pruinas
 Finitum est, retroque pari ratione remensum est. 515
 Omnis enim, calor ac frigus: medicique tepores
 Inter utrasque jacent, explentes ordine summam.
 Ergo finita distant ratione creata:
 Ancipiti quoniam mucroni utrimque notantur;
 Hinc flammis, illinc rigidis insessa pruinis. 520

distare etiam formis finitis. Postremo terminus est redditus ab ignibus ad gelu hyemis: et contra simili modo iterum mensuratus est terminus. Namque calor æque frigus terminat; et calores remissiores sunt intermedii inter utrumque, implentes ex ordine totum numerum. Igitur res illæ genitæ differunt modo finito, cum ab utraque parte terminentur quasi duplici gladio: obsessæ nimirum caloribus

//////////

512 *utrumque* Mus. B. 2.—513 *Materiam* P. Bas. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *infinitis* Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra.—515 *est* in fine deest Bas. Bodl. Mus. B. 1.—516 *Finis enim* Gryph. Nard. Bas. *Finit enim* Hav. Bip. Delph. *frigidus* Bas. marg.—517 *utrumque* vulg. *summa* Voss. L. B.—519 *Ancipi* Viud. *mucrone* P. Voss. L. B. Ald. Bip. Hav. Delph. *utrumque* Viud. Mus. B. 1. 2. *rocantur* Mus. B. 2.—520 *insessa* Viud. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. Gif. Par. Turneb. Adv. xxvii. 14. *infensa* V. ed. Ferr. Th. Ra.

NOTÆ

ad res deteriores: vel contra. Neque enim infinitæ res esse possunt inter utrumque. Quælibet quippe res quasi vallatur certis finibus, nec in infinitam magnitudinem aut parvitatem abire potest: igitur ne in infinitum promoveri præstantiam, aut in infinitum retro cedere vilitatem rerum dixeris.

Summam] Universam rem; quamlibet rem: res cunctas.

513 *Materiam*] Atomis.

514 *Denique, ab ignibus, &c.*] His 7. vss. denique confirmat res quaslibet certis finiri qualitatibus, quas dicimus, quæ hinc inde rebus ita sint extremæ, ut extra illas nullæ extent. Citat in exemplum ignem et pruina, quibus fines præscribunt calor et frigus. Præter enim calorem et frigus quid magis inest alterutri? Est enim ignis calidissimus: pruina vero frigidissima.

515 *Finitum est*] Supp. negotium: i. e. finis est datus, vel finitum est spatium.

Retroque] Et contra.

Remensum est] Supp. negotium, vel spatium: i. e. non infinitum est spatium, cum retro mensurari queat.

517 *Summam*] Totum id, quod calor et frigus complectuntur, et adimplent inter se ipsa.

518 *Creatæ*] Res creatæ: v. g. medii tepores, qui sunt, et differunt finita ratione.

519 *Ancipiti mucroni*] Metaphora est: i. e. duplici extremo; duplici termino, nempe hinc calore, illinc frigore v. g. medii tepores notantur.

520 *Flammis*] Calore. Res pro effectu.

Rigidis pruinis] Frigore. Res pariter pro effectu.

Insessa] Obsessa, circumfusa, circumcincta, intersepta.

Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ,
 Ex hoc apta, fidem ducat: primordia rerum,
 Inter se simili quæ sunt perfecta figura,
 Infinita cluere: et enim, distantia quom sit
 Formarum finita, necesse est, quæ similes sint, 525
 Esse infinitas; aut summam materiai
 Finitam constare: id, quod non esse probavi.

Quod quoniam docui, nunc suaviloquis ego paucis
 Versibus obtendam, corpuscula materiai
 Ex infinito summam rerum usque tenere, 530

ab una parte, et diris frigoribus ab alia. Quod cum ostenderim, persequar addere rem, quæ inde commode sequens reddit testimonium, ea principia rerum, quæ prædita sunt inter se pari forma, esse infinita; namque, quoniam differentia figurarum est finita, oportet ut figuræ, quæ pares constant, sint infinitæ; vel ut universa materies rerum sit finita; quod demonstravi non posse esse. Quod cum ostenderim, jam agendum, demonstrabo paucis carminibus suaviter dictis, corpora prima rerum occupare ab æterno tempore universam naturam rerum, producta in ævum pro-

~~~~~

Ald. P. Gryph. marg. Bas. marg. *intensa* Cant. *obsessa* P. in not.—522 *ducat*: sic P. Vind. Voss. vet. *ducit* reliqui.—524 *cluere* Vind. Mus. B. 2. 3. Ferr. *cluere* V. ed. Th. Ra. *et* deest V. ed. Th. Ra.—526 *summa* Cant.—527 *Finita* Vind. Mus. B. 2. 3. *probam* V. ed. Th. Ra.—528 Deest Gryph. marg. V. ed. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. *age* Vind. et vulg. edd.—529 *materia* Mus. B. 1.—

#### NOTE

521 *Quod quoniam docui, &c.*] Jam tertiam disputationis partem, quam vs. 333. not. proposuerat, Poëta aggredditur, et absolvit his 7. vss. Nimirum cujusque similis figuræ atomos esse infinitas. Quod quidem rite sequi docet ex eo, quod 1. 951. et seqq. probaverit atomos infinitas volitare per inane: et ex eo, quod jam supra demonstraverit finitas esse figuras atomorum. Namque nisi infinitæ essent atomi sub quaque simili figura, sane finita esset summa materiæ, hoc est, finitus esset atomorum numerus; cum finitæ sint figuræ diversæ. Infinitæ autem sunt atomi, ergo sub quaque simili figura debent infinitæ constare atomi.

*Quod quoniam, &c.*] Hi 2. vss. positi sunt vs. 477.

523 *Perfecta*] Prædita, constantia, vs. 409.

524 *Cluere*] Esse, vs. 351. *Distantia*] Dissimilitudo.

525 *Quæ similes sint*] Quæ simili figura præditæ sint.

526 *Summam materiai*] Atomorum numerum.

527 *Probavi*] 1. 951. et seqq.

528 *Quod quoniam, &c.*] His 4. vss. jam aliam quæstionem proponit, utrum infinitæ atomi sint per inane, ex quibus quæque res procreentur. Asserit autem infinitas esse; probatque postea variis argumentis usque ad vs. 581.

*Suaviloquis*] Sic 1. 924.

529 *Corpuscula materiai*] Atomos.

530 *Ex infinito usque*] Supp. tempore: i. e. ab æterno. Sic passim alibi.

*Summam rerum tenere*] Componere res cunctas.



Undique protelo plagarum continuato.

Nam, quod rara vides magis esse animalia quædam,  
 Fecundamque magis naturam cernis in illis;  
 At regione, locoque alio, terrisque remotis,  
 Multa licet genere esse in eo; numerumque repleri: 535  
 Sic, uti quadrupedum cum primis esse videmus

*flictu ictuum ex omnibus partibus. Etenim, quia cernis quædam animantia esse aliis rariora, et quia cernis in iis naturam non esse æque fertilem; nihilominus multa possunt esse ejusdem generis in alia regione, et in aliis terræ tractibus, et in regionibus longinquis; et sic summa eorum impleri. Veluti præsertim cernimus*

531 *procelo* V. ed. Th. Ra. *pro telo* Mus. B. 1. *pro tello* Mns. B. 2.—533 *magis*: sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. minus edd. vulg.—534 *Deest* V. ed. Th. Ra.—535 *genera* Gryph. P. V. ed.

#### NOTE

531 *Protelo*] Impulsu, tenore. Sic 1v. 190. 'Protelum' enim antiqui dixerunt pro jugi et assiduo tenore quidpiam agendi. Aliquando adverbialiter dicitur protelo, i. e. longe, procul, continuo tenore. Lucil. Sat. 6. Plinius dixit ix. 15. 'protela boum,' i. e. boum tractus.

532 *Nam, quod rara vides, &c.*] His 37. vss. præoccupat et solvit objectionem, quæ adversus infinitatem atomorum fieri potuit. Namque, dicit aliquis, si infinitæ essent atomi, ex quibus res singulæ procreentur et crescant, sane quædam animalia non deberent aliis esse rariora, cum infinitæ essent atomi ad quodlibet animalium genus procreandum. Atqui cernimus raros esse elephantos; rariore etiam phænices; et alia ejusmodi. Respondet Lucretius duplici modo. 1. Negat quædam animalia aliis esse rariora. Namque si alicubi rari sunt, v. g. elephantum, alibi abundant. In Europa quidem rari sunt elephantum: at in Africa et in Asia, saltem in India, quæ Asiæ regio est, plurimi sunt. Itaque numerus semper expletur. 2. Concedit raritatem etiam esse

quædam animalia, ut unum cujusque sit speciei, qualem phænixem fingunt: tamen negat illud unicum animal etiam non potuisse creari, nec ali, nec crescere, nisi sint infinitæ atomi, quæ ad ejus generationem, alimentum, et augmentum concurrerint. Quod præclara illustrat comparatione. Sicut enim per naufragium cunctæ navis partes huc illuc disjectæ vagantur per aquas maris, ita singula corpora prima disjecta per inane magnum vagarentur semper, nec usquam congressa convenirent ad rem quamlibet procreandam, nisi infinita essent similes et ejusdem formæ. Namque 'Unde, ubi, qua vi, et quo pacto congressa coibunt, Materiæ tanto in pelago, turbaque aliena?' Experientia autem docet res etiam singulares, unicas, et rariore procreari et crescere. Igitur sunt infinitæ similes atomi, ex quibus res singulæ procreantur et crescunt.

533 *Magis [minus]* Alii *magis*. Ita ut sensus sit, quod alia animalia rariora sint, alia minus rara, quia fecundiori constant natura.

In genere anguimanos elephantos; India quorum  
 Milibus e multis vallo munitur eburno,  
 Ut penitus nequeat penetrari: tanta ferarum  
 Vis est; quarum nos perpauca exempla videmus. 540  
 Sed tamen, id quoque utei concedam, quam lubet esto  
 Unica res quædam nativo corpore sola,  
 Quoi similis toto terrarum non sit in orbi;  
 Infinita tamen nisi erit vis materiai,  
 Unde ea progigni possit concepta, creati 545  
 Non poterit: neque, quod super est, procreescere, alique.  
 Quippe et enim sumant oculi, finita per omne

*in genere animalium quadrupedum esse elephantos, qui habent manus flexiles in modum serpentis; quorum ex multis milibus India circumvallatur munimento eburneo, ita ut non possit omnino intrari in illam: adeo magna est copia istarum belluarum, quarum nos cernimus hic paucissima exempla. Attamen ut hoc etiam admittam; sit v. g. res aliqua, quam volueris, unica et sola constans corpore mortali, cui par altera non sit in omni globo terrarum; nisi tamen copia materiæ primæ fuerit infinita, ex qua scilicet queat concipi et generari, nunquam poterit procreari; neque, quod reliquum est, poterit crescere, et nutriri. Namque oculi v. g.*

~~~~~

Voss. vet. et L. B.—537 *anguimanus* P. Vind: V. ed. O. Ferr. Ald. *elefantos* Mus. B. 1.—538 *Melibus* V. ed. Th. Ra. *Milibus* Voss. vet. et L. B. *Molibus* Bas. marg. *est multis* Mus. B. 2. *valli* Voss. L. B.—541 *ut* Mus. B. 2. *quam jubet* Mus. B. 3. Voss. vet. et L. B. *quamlibet* V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. Hav. —543 *orbi*: sic Voss. vet. et L. B. *orbe* reliqui. *in deest* Voss. L. B.—547

NOTE

537 *Anguimanos elephantos*] Anguimani dicuntur elephanti propter manus, quas habent, flexiles, lubricas, et volubiles in modum serpentis. Sic v. 1302. Scilicet, ut ait Cic. II. de N. Deor. ‘manus etiam data est elephantis,’ quæ dicitur proboscis. Gallice *trompe*.

India] Asiæ regio notissima, elephantorum feracissima. Polyb. Hist. v. Virg. Geor. II. 57. Plin. VIII. 10. Neque enim in Europa nascuntur elephanti, sed in Africa et in Asia præsertim. Quint. Curt. lib. VIII. Manil. IV. 738. ‘Et duplici clausos elephantos carcere terræ.’

538 *Vallo, munitur eburno*] Ebur, dens est elephantorum, quo, testibus Plin. et Polyb. citat. domicilia et

stabula armentorum clauduntur apud Indos.

539 *Ferarum*] Elephantorum.

541 *Sed tamen, &c.*] Hic incipit II. responsio ad objectionem vs. 532. not.

Quam lubet] Quamlibet, quam placeat, quam volueris.

542 *Nativo*] Mortali, quod generatur.

544 *Vis materiæ*] Copia atomorum, quæ ad eam unam rem gignendam valeant.

547 *Quippe et enim*] Namque.

Sumant] I. e. detur quod oculi videant, &c.

Per omne] Per immensum inane: vs. 305.

Corpora jactari unius genitalia rei ;
 Unde, ubi, qua vi, et quo pacto, congressa coibunt,
 Materiae tanto in pelago, turbaque aliena ? 550
 Non, ut opinor, habent rationem conciliandi :
 Sed, quasi, naufragiis magnis multisque coortis,
 Disjectare solet magnum mare transtra, cavernas,
 Antennas, proram, malos, tonsasque, natanteis ;
 Per terrarum omneis oras fluitantia aplustra 555
 Ut videantur, et indicium mortalibus edant,

accipiant semina genitabilia unicæ tantum rei volitare finita per universum inane : peto jam ex quo loco, quo in loco, qua potentia, et quomodo conflicti conciliabuntur in tam immenso æquore materiae, et in perturbatione inhabili ad cœtum? Non habent, ut puto, causam coeundi simul : sed, sicuti æquor immensum consuescit in magnis et pluribus naufragiis factis disjicere sedilia remigum, gubernacula, antennas, proras, malos, et remos natatiles, et aplustria natantia ad omnia littora terrarum : ut cernantur, et ut dent hominibus testimonium, ut velint evitare insidias



functa per omne Mus. B. 2.—550 *Materia* Mns. B. 1. *Materie* Mus. B. 2. 3.—552 *ventis pro multis* P. Gryph. Nard. Bas. Ald. Mar. V. marg. 1.—553 *curva pro transtra* O. Mns. B. 1. *cavernas* Voss. vet. *caverna* Voss. L. B. *carinas* P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Gryph. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald. *carina* O. Mus. B. 1. *carinam* Cant. *guberna* Hav. Bip. Delph.—554 *Antennas*: sic Ferr. V. ed. Th. Ra. *Antennas vulg. consas* V. ed. Th. Ra. *tensas* Bas.—555 *fluitantia* Mus. B. 2. *fluctantia* Delph. *plaustra* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Cout. *transtra* V. marg. 1.—556 *ædunt* V. ed.

NOTÆ

548 *Unius genitalia rei*] Quæ valeant ad unam rem gignendam: vs. 61.

550 *Materiae tanto in pelago*] In tam magno inani, in quo volitant atomi tanquam in vasto mari. Metaphora est.

Turbaque aliena] In perturbatione, in motu, in æstu, adeo inhabili ad cœtum et concilium. Cum enim inane, in quo volitant atomi, gerunturque res, adeo sit vastum, vix fieri poterit ut, nisi infinitæ sint atomi, congregari, confligere, sese percutere possint ad hoc ut coeant, et simul convenient ad rerum concretiones.

553 *Transtra*] Remigum sedilia.

Cavernas [guberna] Gubernacula: clavus est, quo navis regitur. Alii legunt *carinas*. Carina autem pars est infima navis: vel ea, quam alvum

navis vocant.

554 *Antennas*] Anteuna lignum est transversum ad malum, cui vela alligantur.

Proram] Prora pars est anterior navis.

Malos] Malus, i, arbor est navis, quæ quibusdam quasi malis, hoc est, globulis cingitur, quorum volubilitate vela laxantur aut contrahuntur facilius.

Tensas] Ramos.

555 *Aplustra*] Vel aplustria, navis sunt ornamenta in summitate mali appensa, quæ quia sunt amplius, quam usui sint necessaria, dicta sunt olim 'amplustria,' inquit Festus: alii vero sic dicta volunt ab a privativo, et verbo Græco πλείω, 'navigo,' quasi ad navigationem inutilia.

Infidi maris insidias, vireisque, dolumque,
 Ut vitare velint, neve ullo tempore credant,
 Subdola quom ridet placidi pellacia ponti :
 Sic tibi, si finita semel primordia quædam 560
 Constitues, ævom debebunt sparsa per omnem
 Disjectare æstus divorsei materiai :
 Numquam in concilium ut possint compulsæ coire ;
 Nec remorari in concilio, nec crescere adaucta :
 Quorum utrumque palam fieri manifesta docet res ; 565
 Et res progigni, et genitas procreescere posse.
 Esse igitur genere in quo vis primordia rerum
 Infinita palam est, unde omnia subpeditantur.
 Nec superare queunt motus itaque exitiales

maris, cui nunquam est fidendum, et impetus, et fallaciam illius ; neque mari fidant in ullo tempore etiam cum fallacia decipiens tranquillæ æquoris subridet : ita si semel apud te statues quædam rerum principia finita, varii fluctus materiæ debebunt disjicere et dispergere illa per omnem æternitatem ; ita ut nequeant unquam cogi, et conciliari : neque etiam remanere in cœtu, nec augeri, nec grandescere. Quarum duarum rerum utramque fieri res clara ostendit aperte ; nimirum et res generari, et generatas posse crescere. Ergo manifestum est principia rerum esse infinita sub quavis specie figurarum, ex quibus res omnes subministrantur. Nec

//////////

Ferr. Th. Ra. edat Mus. B. 2. edam Cant.—559 ridet Mus. B. 2. Ald. pallacia Voss. vet. palatia Mus. B. 2. pellantia Ferr.—560 infinita Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—561 omnem : sic Vind. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. Gif. Par. omne reliqui.—562 æstu Voss. vet. diverse Mus. B. 2. diversæ Voss. vet. O.—563. 564 transponuntur in Voss. vet. et L. B. et in priore versu ut deest Mus. B. 2.—567 ut quo Mus. B. 1.—569 separare Ferr.

NOTÆ

559 *Pellaciæ*] A pellicendo : i. e. fallacia. Sic Virg. Geor. iv. 443.

562 *Æstus*] Metaphora est : i. e. plagæ, impulsiones, motus.

565 *Quorum utrumque*] Nimirum et progigni et procreescere res.

569 *Nec superare queunt, &c.*] His 12. vs. continetur ii. argumentum, quo confirmat, ex æquo certamine principiorum vitæ et mortis in rebus, infinitas esse atomos ejusdem ac similis figuræ. Scilicet motus rerum genitales non possunt conservare in

ævum res genitas, adeo ut non interimantur : motus item exitiales et letiferi non possunt interimere res genitas, adeo ut funditus extinctæ aliquando non renascantur : sed hi duo motus quasi æquo Marte pugnant. Quo fit ut rerum summa maneat æterna, cum res singulares aliæ nascantur, aliæ pereant ; aliæ oriuntur, aliæ occidunt.

Motus exitiales] Pestiferi, letiferi ; qui rebus mortem inferunt ; qui res genitas interimunt.

Perpetuo, neque in æternum sepelire salutem :	570
Nec porro rerum genitales, auctificeique, Motus perpetuo possunt servare creata.	
Sic æquo geritur certamine principiorum, Ex infinito contractum tempore, bellum.	
Nunc heic, nunc illic, superant vitalia rerum ;	575
Et superantur item : miscetur funere vagor, Quem puerei tollunt, visentes luminis oras :	
Nec nox ulla diem, neque noctem aurora, sequuta est, Quæ non audierit, mixtos vagitibus, ægros	
Ploratus, Mortis comites, et Funeris atri.	580
Illud in hiis obsignatum quoque rebus habere	

certe motus lethiferi possunt semper vincere res genitas, nec sepelire vitam earum in omne ævum : neque pariter motus, qui generant et augent res, possunt semper conservare res, ubi semel creatæ sunt. Adeo æquo prælio pugna primordiorum paratur, et fit ab omni ævo. Namque res, quæ vivunt, modo vincunt hic, modo illic : et pariter vincuntur : vagitus, quem infantes edunt, cum vident regiones teneras lucis, miscetur luctu funebri. Neque nox ulla consecuta est diem, neque ulla aurora noctem, quæ non audierit fletus, qui comitantur mortem et tristem pompam funebrem, immistos tristibus ejulatibus nascentium. Oportet etiam habere

utique P. Ald. Bip. Hav. Delph.—572 *possunt privare* Mus. B. 2.—576 *superant urnæ* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *rigor* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *mæror* Mus. B. 1. *major* O.—577 *Quæ* Mus. B. 1. *tollant* Cant. *visentis* Mus. B. 1. *viscentes* Mns. B. 2.—578 *nos* Th. Ra. *illa* Mns. B. 1. *aura* pro *aurora* Voss. vet.—579 *Quare* V. ed. Th. Ra.—580 *acri* O. *acti* Mus. B. 1. 3.

NOTÆ

570 *Salutem*] Vitam : rerum vitalia, ut ait vs. 575.

571 *Genitales Motus*] Qui valent res procreare.

Auctificeique] Qui valent res genitas augere.

575 *Vitalia rerum*] Res vitales : vel rerum vita. Sic Horat. Epist. ad Scæv. ‘Villa rerum,’ i. e. res viles. Sic Lucretius passim ‘clausa domorum,’ i. e. domus clausæ ; ‘strata viarum,’ i. e. stratæ viæ, &c.

576 *Vagor*] Vagitus infantum. Sic Ennius xvi.

577 *Viscentes luminis oras*] Nascentes : sic i. 23.

578 *Aurora*] Pars pro toto. I. e.

dies. Est autem aurora prima diei ac lucis pars.

581 *Illud in hiis rebus, &c.*] Hactenus de atomorum infinitate sub uno quoque simili genere figurarum. Jam vero his 149. vss. seqq. aureum tradit, et merito obsignandum et memoriæ mandandum, ut ait, præceptum ; nempe res omnes, quas cernimus in hoc mundo, non uno ac simplici, sed multiplici ac diverso atomorum genere constare. Quod elegantî admodum probat inductione, et confirmat, 1. ex ipsa tellure, quæ Deorum, hominum, ferarum, ac frugum, quæ omnia sunt generis diversi, varia semina in se continet ; unde

Convenit, et memori mandatum mente tenere ;
 Nihil esse, in promptu quorum natura videtur,
 Quod genere ex uno consistat principiorum :
 Nec quidquam, quod non permixto semine constet. 585
 Et, quæquomque magis vis multas possidet in se,
 Atque potestates, ita plurima principiorum
 In sese genera, ac varias docet esse figuras.

istud diligenter observatum in his rebus, et retinere illud repositum in animo memori : nimirum nullam esse rem ex his, quarum natura nota est, quæ constet ex una specie primordiorum : nec atiquam rem esse, quæ non componatur ex diversa materia prima. Et, quo quævis res habet in se plures potestates, atque facultates : sic declarat eo complures species primordiorum, ac diversas formas esse in

//////////

—583 *videtur* : sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Gryph. Nard. Bas. P. V. marg. 1. Bodl. Voss. L. B. *tenetur* edd. vulg.—584 *constare* Voss. vet. —585 *non deest* Cant. V. marg. 1. *permixto de* Cant. V. marg. 1.—586 *quo quisque* P. Ald. *quo quodque* P. in not. *quo quisque* Bas. *quam quidque* Gif. Par. Delph. Mus. B. 1. 2. Hav. Cant. *quam quisque* Nard. *multas vis* Vind. Hav. Delph. *Et quum multarum rerum vis* Priscian.—587 *potestate sita* Mus. B. 3. *pluria* Hav. Bip. Delph.—588 *et varias* V. marg. 1.—590 *volventes flumina* P.

NOTE

‘ magna parens ’ est appellata ; idque absolvit a vs. 589. ad vs. 659. II. ex herbis, aquis, et ceteris rebus, ex quibus varia animalium genera nutriuntur ; cum aliud aliis alatur rebus ; idque a vs. 659. ad 671. III. ex rebus quæ comburuntur ; e quibus nempe dissiliunt ignis, fulgor, flamma, scintilla, et alia ejusmodi, quæ dissimilia sunt, et quæ dissimilibus constare debent principiis ; idque a vs. 671. ad vs. 675. IV. ex odoris et saporis exemplo, quæ, cum diversa sint, ex eadem tamen victima emanant, cujus exa cremantur in altaribus, idque a vs. 675. ad vs. 687. V. denique ex ipsis carminum elementis, quæ varia sunt ; idque a vs. 687. ad vs. 699. Jam singula sigillatim expendamus ex ordine.

His itaque 8. vss. prioribus quæstionem proponit de vario atomorum genere in quavis re creata.

Obsignatum] Firmum, ac diligenter mandatum memoriæ : in alta mente repositum : in animo conditum. Metaphora est ducta a tabulis obsignatis, quibus obsignamus ea, quæ diligenter custodienda et servanda esse volumus.

583 *In promptu*] In aperto : in conspectu ; palam, vss. 148. 246.

Videtur [Tenetur] Nota est. Alii *videtur*. Idem.

585 *Permixto semine*] Diverso atomorum genere.

586 *Quæquomque [Quam] magis . . . ita plurima, &c.*] Sic locutus est etiam I. 537. Sic IV. 1082. i. e. quo magis, eo plura.

Multas vis] In plural. pro ‘ vires ; ’ h. e. facultates, potestates. Sic III. 265. ‘ Sed quasi multæ vis unius corporis extant.’

587 *Plurima [Pluria]* Plura, I. 877. Sic infra 1133. et IV. 108.

Principio, tellus habet in se corpora prima,
 Unde mare inmensum, volventes frigora, fontes 590
 Adsidue renovent; habet, ignes unde orientur:
 Nam multis subcensa locis ardent sola terræ;
 Eximiis vero furit ignibus impetus Ætnæ.
 Tum porro nitidas fruges, arbustaque læta,
 Gentibus humanis habet unde extollere possit: 595
 Unde etiam fluidas frundeis, et pabula læta,
 Montivago generi possit præbere ferarum;
 Qua re magna Deum Mater, materque ferarum,

seipsa. Primum terra continet in se primordia illa, ex quibus fontes, qui promovent fluvios, continuato fluctu restaurent vastum æquor: continet primordia etiam illa, ex quibus ignes nascantur. Etenim in multis regionibus terra ipsa accenditur, et aduritur: sed præsertim æstus montis Ætnæ sævit ignibus inusitatis. Deinde etiam terra continet semina, ex quibus queat suppeditare humano generi segetes optimas, et arbores fecundas: et ex quibus etiam queat subministrare mollia folia, et grata pabula genti ferarum erranti per montes. Quamobrem hæc una

Hav. Bip. Delph.—591 *remorent* Mus. B. 1. V. ed. Th. Ra. *removet* Mus. B. 2.—592 *loca terræ* Gassend.—593 *Eximis* V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *Ex imis* Cant. Mar. Gryph. Nard. Bas.—595 H. vs. cum seq. deest Mus. B. 2.—596 *fluidas*: sic P. in not. Bip. Hav. Delph. *fluvios* Gryph. marg. P.

NOTE

589 *Principio, tellus, &c.*] His 70. vss. continetur 1. argumentum repetitum ex terra, quæ varias rerum atomos in se possidet. Habet enim in se semina, unde mare, flumina, fontes, ignes, fruges, arbores, frondes, pascula, Dii, homines, et feræ ducant originem, alimentum sumant, et augmentum capiant. Hinc magna parens est appellata, et ut Dea culta: sed quam inepte et falso credita sit Dea docet.

590 *Unde mare, &c.*] Sic 1. 231. 'Unde mare ingenui fontes externaque longe Flumina suppeditant,' &c. Consule et locum et notas ibi nostras.

591 *Habet, ignes unde orientur*] Habet corpora, semina, atomos, ex quibus orientur ignes.

592 *Sola terræ*] Solum terræ; terra. Sic v. 1288. 1294.

593 *Impetus Ætnæ*] Inusitatis quippe ignibus furit mons Ætna, ut dicitur VI. 639. et seqq.

594 *Nitidas fruges*] Sic vs. 189. et 1056. et 1. 253. Sed de his iterum vs. 990.

595 *Extollere possit*] Faciat crescere; augeat: suppeditet; sufficiat.

596 *Fluidas frundeis*] Molles, teneras, et quasi flexiles; quippe quæ facile mandi possint a feris.

597 *Montivago*] Sic vs. 109. Sic 1. 405.

598 *Qua re magna Deum, &c.*] His 48. vss. rationem reddit cur ab hominibus terra sit appellata magna parens, et tanquam Dea culta. Hic ex data occasione ritus omnes explicat, qui in illius magnæ parentis sacris fieri solebant, rituumque causas annectit. Sic S. Aug. 7 Civ. 24. eos-

Et nostri genetrix hæc dicta est corporis una.

Hanc veteres Graium doctei cecinere poëtæ 600

Sedibus in curru bijugos agitare leones :

Aëris in spatio magnam pendere docentes

Tellurem, neque posse in terra sistere terram.

Adjunxere feras ; quod, quam vis ecfera, proles

Obficiis debet molliri victa parentum : 605

Muralique caput summum cinxere corona,

appellata est magna parens Deorum, et parens animalium, et parens nostri corporis. Antiqui eruditi poëtæ Græcorum cantaverunt eam sedentem in alto curru stimulare binos leones junctos ad jugum : indicantes ingentem terram suspensam esse in medio inani aëris, neque tellurem posse stare in terra aliqua tanquam in centro. Addiderunt feroces belluas ad ejus currum, eo quod progenies quævis, quantumvis crudelis, debet mitescere, cum superatur beneficiis parentum. Et circumdederunt

V. ed. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. *fluviis* Sns.—601 *Sedibus* : sic Gif. Par. Gryph. Nard. Bas. P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. marg. 1. 2. 3. at Lamb. aliique *Sublimem* sed (licet de Cod. somniet Creech.) sine auctoritate ulla. Vid. Gronov. not.—604 *qua quanvis* Vind. *quum* Mus. B. 1. *quia* Hav. Bip. *prolem* Mus. B. 1.—605 *molliri* Mus. B. 2. *vita* O. Mus. B. 1.—607 *Eximis*

NOTÆ

dem ritus notat. Antiquitas enim, quia terram Cybele esse credidit, eam sacro cultu coluit. Hinc Arnob. lib. 3. adv. Gent. ‘Quidam e vobis terram, quod cunctis sufficiat animantibus victum, magnam matrem esse dixerunt.’ Porro terra cređita est a veteribus poëtis I. Cybele, a Cybelo Phrygiæ monte vel oppido, ubi primum ejus sacra sunt instituta. II. Ops, quæ Dea telluris fuit. III. Dindyme, vel Dindymene, a monte Phrygiæ, quem plurali numero vocant Dindyma, ubi colebatur. IV. Berecynthia, a Berecyntho Phrygiæ monte, ubi pariter colebatur. V. Idæa mater, ab Ida monte vel oppido Phrygiæ, ubi colebatur. Scilicet, ut recte docet Lucretius, quia in iis terræ regionibus primum terra culta est, et fruges seri cœperunt.

Deum] Deorum.

600 *Graium*] Graiorum, Græcorum, ‘Poëtæ Graium,’ i. e. Poëtæ Græci.

601 *Sedibus* [*Sublimem*] *in curru*] Lamb. bene. Sic enim Virg. *Æn.* VII. loquitur : ‘Sublimes in equis.’ Alii *sedibus in curru*. Sic enim de Cybele Ovid. ‘Ipsa sedens molli comitum cervice feretur,’ &c. Alii *sedentem in curru*.

602 *Aëris in spatio, &c.*] His 2. vs. mysticam reddit rationem cur veteres terram curru sublimem vehi finxerint : nimirum quia revera terra in medio inani, hoc est, in medio universo librata suis ponderibus jacet.

604 *Adjunxere feras, &c.*] His 2. vs. docet ideo creditam esse terram curru sublimem bijugos leones agitare, quia feritas omnis, quam leonina notat natura, cedit maternæ affectioni, quam designat terra ipsa. Sic Ovid. *Fast.* IV. ‘cur huic [terræ] genus acre leonum Præbeat insolitas ad juga curva comas? Desieram. Cæpit : feritas mollita per illam Creditur : id curru testificata suo est.’

606 *Muralique caput, &c.*] His 2. vs.

Eximiis munita locis quod subtinet urbeis:
 Quo nunc insigni per magnas prædita terras
 Horrificè fertur divinæ Matris imago.
 Hunc variæ gentes, antiquo more sacrorum,
 Idæam vocitant Matrem; Phrygiasque catervas
 Dant comites, quia primum ex illis finibus edunt
 Per terrarum orbis fruges cœpisse creari.
 Gallos adtribuunt; quia, numen quei violarint

610

supremum ejus caput corona turrita, eo quod sustentat civitates, quibus coronata est in insignioribus locis. Qua corona decoratum simulacrum hujus divinæ parentis portatur etiam nunc honorificè per magnas terræ regiones. Diversi populi, juxta veterem ritum sacra faciendi, vocant eam Matrem Idæam, et attribuunt ei legiones Phrygias, quæ comitentur eam; eo quod dicunt primo segetes incæpisse exoriri ex illis terræ regionibus per totum globum terrarum. Addunt sacerdotes Gallos;



Vind. Mus. B. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra. *Atque imis* O. Mus. B. 1. *Ex imis* Cant. Gif. L. B. Bas. Nard. *Extremis* Gif. *subtinet* O. Mus. B. 3. *sustinet* vulg.—611 *cathenas* Mus. B. 2.—613 *urbes* Mus. B. 2. *orbem* Hav. Bip. Delph.—614

NOTÆ

docet ideo simulacrum Terræ coronatum murali corona fuisse ab antiquis, quia ipsa turres et urbes sustinet. Sic Ovid. *Fast.* iv. ‘turrifera caput est onerata figura. An primis turres urbibus illa dedit? Annuit,’ &c. Sic et Virg. *Æn.* vi. Muralis autem corona dicta est, quæ donabatur ab imperatore ei, qui primus muros conscendisset. Erat aurea.

607 *Eximiis*] Insignibus, nobilibus. Parens *Eximis*, pro *imis*: quasi eximus, a, um, dicatur, pro imus, a, um: sicut edurus, pro durns: excelsus, pro celsus; in quibus particula *e* aut *ex* auget significationem.

608 *Quo insigni*] Qua corona.

609 *Horrificè*] Honorificè: majestas enim et numen Deorum mentibus horrorem ac metum inveniunt.

Fertur] Portatur, invehitur. Sic Virg. vi. *Æn.* ‘Qualis Berecynthia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes, Læta Deum partu, centum complexa nepotes,’ &c.

611 *Idæam*] Phrygiam. Ida Phrygiæ mons est, qui ad Troadem spec-

tat. Matris autem Idææ simulacrum e Phrygia Romam fuit avectum, quo tempore vexabat Italiam Hannibal. Ex libris quippe Sibyllinis comperit habebant Romani fore, ut alienigenam hostem pcellerent, si mater Idæa Romam esset asportata. Missi itaque in Phrygiam M. Valerius Levinus, Cæcilius Galba, Cn. Tremellus Flaccus, et M. Valerius Falco matris Idææ simulacrum ab Attalo rege acceperunt. Erat autem illud nihil aliud, quam lapis impolitus, quem pro matre Idæa colebant Phryges. T. Liv. ii. Ovid. *Fast.* iv. ‘Consultitur Pæan. Divumque accersite matrem, Inquit; in Idæo est invenienda jugo. Mittuntur proceres: Phrygiæ tunc sceptra tenebat Attalus,’ &c. Consule locum.

614 *Gallos*] Cybeles ministros ac sacerdotes, quos Gallos vocant, a fluvio ejusdem nominis in Phrygia; ex quo cum bibissent, ita furere incipiebant, ut se Eunuchos facerent. Vide plura de his apud Ovid. *Fast.* iv. ubi vocat eos Semimares.

Matris, et ingrati genitoribus inventei sint, 615
 Significare volunt indignos esse putandos,
 Vivam progeniem quei in oras luminis edant.
 Tympana tenta tonant palmis; et cymbala circum
 Concava, raucisonoque minantur cornua cantu,
 Et Phrygio stimulat numero cava tibia menteis: 620
 Telaque præportant, violenti signa furoris;
 Ingratos animos, atque inopia pectora, volgi
 Conterrere metu quæ possint numine Divæ.
 Ergo, quom primum, magnas invecta per urbeis,
 Munificat tacita mortaleis muta salute: 625
 Ære atque argento sternunt iter omne viarum,

eo quod volunt insinuare illos homines existimandos esse indignos, qui proferant in regiones lucis viventem sobolem, qui scilicet offenderint divinitatem hujusce matris magnæ, et qui reperti fuerint ingrati erga suos parentes. Tympana extensa resonant pulsata manibus, et cymbala incurvata resonant quoque circa illud terræ simulacrum, et tubæ terrent rauco sonitu, et tibia intus perforata agitat animos astantium sono Phrygio: et præferunt spicula ærata, quæ notent rubidum furorem, quo aguntur; et quæ queant terrificare mentes ingratas, et scelerata corda plebis, terrore et potentia hujus Deæ. Igitur simulatque portatu est per magnas civitates, et ipsa muta donat homines secreto et salutari bono, hi conspergunt omnes vias

at tribuunt V. marg. 1.—615 *Matris* Mus. B. 2. 3. sunt Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—618 *sonant* Mus. B. 3. *phanas* Mus. B. 2.—619 *raucisono imitantur* Mus. B. 2. *citantur* Sus.—620 *Ephrigo* Ferr. *stimulant* P. Mus. B. 2. *cava* V. ed. Th. Ra.—620 *Ingratosque* Mus. B. 2.—623 *Convertere* Th. Ra. *numinis amicus* quidam Hav.—626 *item* Vind. *inter* Bodl. *ite* Voss. vet. *omne* Mus. B. 2. 3. Cant. Hav. Bip. Delph. *omnia reliqui. viarum* Mus. B. 2. Hav. Bip. Delph. *mirum* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 3. Gryph. marg. Bas. marg. Ferr. Th. Ra.

NOTÆ

618 *Tympana tenta*] Tympanum ex una parte planum est, et membrana tenta obductum: ex altera rotundum; ita ut concavum sit intus in modum mediæ partis globi concavi. Hujus autem instrumenti bellici usus erat in sacris Magnæ Deæ. Ovid. Fast. iv.

619 *Concava*] Curvata. Cymbalum enim in orbem curvatur.

Cornua] Cornu genus est tubæ ob tortæ in modum cornu, quæ, licet jam ex ære fiat, cornu tamen vocatur; quia olim primum facta fuerat ex cornibus.

620 *Phrygio numero*] Cantu, modulamine, sono ad morem Phrygum,

qui primi magnæ Deæ Telluri sacra fecisse dicuntur.

622 *Volgi*] Vulgi: vs. 215. et alibi passim.

624 *Ergo, quom primum, &c.*] His 15. vss. ritus omnes describit, quibus magnæ Deæ ferebatur simulacrum per urbes.

625 *Muta*] Lapis enim erat rudis necdum arte elaboratus ejusmodi simulacrum.

626 *Iter omne viarum*] Vias omnes, per quas portabatur Deæ illius imago. Alii legunt: *sternunt iter: omnia circum.*

Largifica stipe ditantes; ninguuntque rosarum
 Floribus, umbrantes Matrem, comitumque catervam.
 Heic armata manus, Curetas nomine Græcei
 Quos memorant Phrygios, inter se sorte catervis 630

are et argento; locupletantes pecunia publica eos, qui circum astant; et seminant flores rosarum instar nivis, obumbrantes iis matrem ipsam, et catus eorum, qui comitantur. Ibi caterva armata hominum (quos Græci vocant de nomine Curetas

Ald. *virum* Voss. vet. et L. B. Vind. *circum* O. Cant. P. in not.—627 *dictantes* Mus. B. 2. *vingunt* V. ed. *vinciunt* P. Bas. marg. Ald. *ungunt* O. *jungunt* Vind. Mus. B. 1. *mingunt* Mus. B. 3. *pingunt* Gif. Par. *vincunt* Th. Ra.—628 *imbrantes* V. ed. Th. Ra. *caterva* Voss. vet. et L. B. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. *catervas* vulg.—629 *armati* Ferr. *Græcei* Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. 3. Cant. V. marg. 2. *Graii* reliqui.—630 *catervæ* P. Ald. *catervas* Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Mus.

NOTÆ

627 *Largifica stipe ditantes*] Spargentes et largientes pecuniam ex ærario publico. Stips autem dicta est olim pecunia, quæ singulis mensium Kalendis per capita collecta stipabatur in ærario. Hinc Cic. de Leg. II. ex XII. Tabul. 'præter Idææ Matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito.' Auspicabantur enim olim Romani ab stipis oblatione. Ovid. Fast. I. 'Tu tamen, auspiciam si sit stipis utile, quæris; Curque juveni nostras æra vetusta manus. Æra dabant olim, melius nunc omen in auro est: Victaque concessit prisca moneta novæ.' Principio moneta fuit ærea: tum argentea: post aurea. Primum rudis: deinde signata pecundum notis: demum humana facie aut alia nota. Hic autem a Lucretio usurpatur pro æraria pecunia, quam Matris Magnæ sacerdotes populo distribuiebant, cum ejus imago ferretur per urbes.

Ninguuntque] Id est, in modum nivis spargunt rosas. Alii *pinguntque*; minus eleganter.

628 *Umbrantes*] Cooperientes; spargentes supra simulacrum Deæ, et caput comitantium.

629 *Curetas*] Sic dictos, inquit Strabo X. quasi *κουροτροφύσοντας*,

'quod Jovem aluerint.' Hos et Corybantes vocant alii. Erant autem adolescentes numero vel 5. vel 15. vel 52. ut varii varie sentiunt apud Natal. Com. IX. 7. de quibus sic Strabo citat: 'Hos autem Curetas nominabant, adolescentes quosdam, armatum saltationem referentes, profertentes de Jovis ortu fabulam; in qua Saturnum quidem introducunt liberos suos, statim ut nati sunt, devorare solitum. Rheam autem partus dolores celare, et puerum editum summovere et servare conantem; atque ad hanc rem Curetas assumentem, qui cum tympanis et talibus aliis rebus sonoris, et saltatione armata, et strepitu Deam officiose circum-euntes terreant Saturnum, furtimque ei filium suum subtrahant,' &c. Talia autem agebant sacerdotes magnæ Deæ in sacris ei faciendis, more Curetum.

630 *Phrygios*] Qui enim more Curetum sacra magnæ Deæ faciebant, ii Phryges primum fuere.

Sorte catervis [*forte catervæ*] Forti et violenta turma aut turba, seu impetu errento. Lamb. *terque quaterque*. Quis scit an ter quaterve an pluries luderent illi? Giffanius vero, *forte catervæ*. Quasi fortasse catervatim.

Ludunt, in numerumque exsultant, sanguine fletci :
 Terrificas capitum quatientes numine cristas,
 Dictæos referunt Curetas, quei Jovis illum
 Vagitum in Creta quondam obcultasse feruntur ;
 Quom puerei circum puerum pernice chorea,
 Armatei, in numerum pulsarent æribus æra,
 Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus,
 Æternumque daret matri sub pectore volnus.
 Propterea, magnam armatei Matrem comitantur :

635

Phrygios) pugnans gladiis ludentes catervatim, et saltant in numerum repleti sanguine; inter se concutientes cristas capitum suorum horrificas horrore Deæ, imitantur Curetas Dictæos, qui dicuntur celavisse olim in Creta ejulatum infantis Jovis, cum multi adolescentes armati circum hunc infantem trepidanti chorea tunderent in numerum æra æribus, ne Saturnus arripuens eum traderet suis maxillis terendum, et infligeret matri illius plagam immortalem in corde. Ideo armati

B. 1. 2. 3. Cant. *caterva* Delph. Bodl. *catenas* vulg.—631 *freti* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *pleti* Delph. Voss. marg. *læti* Vind. Cant. et edd. vulg. *ficti* Mus. B. 2.—632 *Tursificas* V. marg. 1.—633 *illum*: sic Voss. vet. sed superscr. *olim*.—635 Inserunt *Armati* in numerum starent: *pernixe chorea*, *Armati* &c. Gryph. Nard. Bas. P. Ferr. Th. Ra. Vind. V. ed. Cant. *Armati et in numerum pernixe chorea* Voss. vet. et L. B. delendum censet Lamb.—636 *Armat et* Mus. B. 1. *pulsarunt* Mus. B. 2. O.—637 *Nec* O. Mus. B. 3. *manderet* Voss. vet. sed corr. man. eadem.—639 *Præ-*

NOTÆ

Pareus: *forte catenas*: quasi *catenas* pro *choreas* usurpaverit poëta.

631 *Sanguine fletci* [*pleti*] Bene: alii *fleti*; quasi rorantes.

633 *Dictæos*] Cretenses, a Dicte antro in Creta; quo in antro bene olenti Curetes Jovem posuerunt, et clam Saturno per annum nutrierunt. Aratus, et Virg. Georg. iv. 150. de apibus, quæ vicem nutricis præstiterint Jovi: 'pro qua mercede canoros Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ, Dictæo cæli regem pavere sub antro.'

634 *Creta*] Candia, insula maris Mediterranei notissima.

635 *Puerei*] Curetes.

636 *Armatei, in numerum, &c.*] Ante hunc versum hic alter legitur, in quibusdam codicibus, quem tamen delendum censent interpretes: *Armati in numerum starent pernixe chorea*. Nil

enim ad rem facit.

637 *Saturnus*] Qui liberos suos devorasse fingitur. Cic. N. Deor. ii. 'Saturnus autem appellatus est, quod saturetur annis. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur.'

Malis mandaret] Dentibus devorandum traderet; devoraret. Cic. Tusc. iv. citat hos versus veteris cujusdam Poëtæ: 'Impius hortatur me frater, ut meos malis miser Mandarem natos,' &c.

638 *Volnus*] Vulnus: antiqua scriptio.

639 *Propterea, magnam, &c.*] His 4. vss. duplicem reddit rationem mysticam, cur armata manus magnam Deam, cum ferretur per urbes, comitaretur. i. ad exemplum Curetum

Aut, quia significant Divam prædicere, ut armis, 640
 Ac virtute, velint patriam defendere terram ;
 Præsidioque parent, decorique, parentibus esse.
 Quæ, bene et eximie quam vis disposta ferantur,
 Longe sunt tamen a vera ratione repulsa.
 Omnis enim per se Divom natura, necesse est, 645
 Immortali ævo summa cum pace fruatur,
 Semota a nostris rebus, sejunctaque, longe.
 Nam, privata dolore omni, privata periclis,
 Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
 Nec bene promeritis capitur, neque tangitur ira. 650
 Terra quidem vero caret omni tempore sensu ;
 Sed, quia multarum potitur primordia rerum,
 Multa, modis multis, ecfert in lumina solis.

circumcingunt magnam Matrem: vel eo quod indicant Deam præsignificare, ut velint tueri viribus et armis patriam suam terram, et ut præsto sint semper adesse suis parentibus adjumento et ornamento. Quæ res, etsi recte et eleganter videantur instituta, procul tamen rejectæ sunt a veritate rei. Numque oportet ut omnis natura Deorum ex seipsa potiatur æterna vita cum alta tranquillitate, quasi remota procul et secreta a nostris rebus. Etenim expers omnis doloris, expers laboris omnis, ipsa suis contenta divitiis, nihil egens nobis, nec flectitur beneficiis, nec movetur iracundia. Verum tellus privatur omni sensu per omne ævum: et quia possidet principia multarum rerum, profert in auras lucis res multas variis modis. Quæ in

//////////

terea Vind. O. Gryph. marg. Bas. marg. V. marg. 1.—643 exigue Mus. B. 1. O.—649 nil Mus. B. 2.—650 neque: sic V. ed. Mus. B. 1. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. nec reliqui.—652 Sed: sic Mus. B. 3. Cant. Hav. Bip. Et reliqui.—653

NOTÆ

Dictæorum. II. ad præsignificandum, ut parati semper esse deberent cives viribus et armis patriam defendere, parentibusque præsidio esse.

643 *Quæ, bene et eximie, &c.*] His 16. vss. argnit ex his supra relatis tellurem nec magnam esse Deam, nec Deorum matrem: sed voce tenus tantum debere dici magnam matrem, quatenus in se continet rerum omnia semina: vel ea tantum de ratione, qua mare Neptunus, fruges Ceres, vinum Bacchus appellari solent. In enjus rei argumentum profert sex illos versus, quos I. 56. de natura

Deorum modulatus est; et ex quibus argnit terram non esse Deam, cum omni sensu careat.

Disposta] *Disposita*. Sic I. 46.

645 *Omnis enim, &c.*] Hi 6. vss. ut jam monui, positi sunt I. 56. quorum annotationes ibi consule.

652 *Potitur primordia*] Sic verbum potior cum accusativo ponitur apud Plaut. 'eas legiones potitus est.' Vulgo regit ablativum, aut genitivum.

653 *Ecfert in lumina solis*] *Producit in lucis auras: generat.*

Heic, si quis mare Neptunum, Cereremque vocare
 Constituet fruges, et Bacchi numine abuti 655
 Mavolt, quam laticis proprium proferre vocamen ;
 Concedamus, ut hic terrarum dicitur orbem
 Esse Deum Matrem, dum vera re tamen ipse.
 Sæpe itaque, ex uno tondentes gramina campo,

re si quis volet appellare pelagus Neptunum, et segetes Cererem ; et si magis cupit usurpare nomen Bacchi, quam uti proprio nomine vini : demus ut iste dicat globum terræ esse parentem Deorum, modo tamen revera mater non sit. Igitur plerumque



lumine Voss. vet.—654 *Huc* Gif. marg. Gryph. marg. P. Bas. marg. *Hinc* alii.—655 *Constitues* V. ed. *Constitue* Th. Ra. *numen* V. marg. 1. *nomine* Hav. Bip. Delph.—656 *efferre* Mus. B. 2.—657 *dicitur* Voss. marg. Voss. vet. et L. B. *dicat et* Gif. Par. Cont.—658 *tamen haud sit* Gif. marg. Gryph. Nard. Bas. P. *id sit* P. in not. Nonius, referente Hav. pro *tamen* habet *sit* et voces *re verâ* transpos. *apse* Bip. Hav. Delph.—659 *ita* Cant.—660 *bellica* Bas. marg.

NOTE

654 *Neptunum*] Natum Saturni ex Rhea, Deum maris creditum; utpote cui mare in sortem cecidisse fabulantur poëtæ. Hinc pro mari Neptunus usurpatur.

Cererem] Saturni pariter ex Ope filiam, frugum Deam creditam. Hinc pro frugibus Ceres dicitur.

655 *Bacchi*] Qui natus Jovis dicitur ex Semele; vini Deus creditus. Hinc pro vino Bacchus sumitur.

656 *Laticis*] Vini. Latex enim dicitur humor omnis, eo quod intra aliquid lateat. Sic pro aqua, oleo, et vino sumitur latex. Hic igitur speciatim pro vino. Sic Virg. *Æn.* 1. 'Regales inter mensas, laticemque Lyæum.'

658 *Ipse* [*apse*] Tmesis vocabuli *reapse*. Veteres autem dixerunt *reapse* pro *reipsa*. Sic Cic. *Divin.* 1. 'formæ *reapse* nullæ sunt.' Sic idem 1. de *Fin.* Alii legunt: *dum vera re tamen haud sit*. Sed cur hæc mutatio?

659 *Sæpe itaque, ex uno, &c.*] His 12. vss. continetur II. argumentum, quo

probat in omnibus rebus varia esse atomorum genera. Postquam igitur in ipsa terra asseruit esse varietatem hanc atomorum, jam eandem esse ostendit in iis rebus quæ e terra nascuntur, et in ea vivunt et nutriuntur. Itaque ex eodem prato, ex iisdem herbis et sub eo cælo alimenta capiunt, sitimque extinguunt ex eodem aquarum rivo diversæ animalium species, puta, oves, boves, equi, &c. Quæ tamen diversa animalia retinent generatim suam quæque propriam naturam, suos quæque parentum mores imitantur ac referunt. Igitur fatendum est esse in quovis herbæ genere, et aquæ, et alterius cibi diversa semina, quæ variis animalibus conducant ad vitam et ad cibum. Accedit quod animal quodlibet unum diversis tamen constat rebus et organis; puta ex sanguine, ossibus, nervis, carne, venis, &c. quæ omnia sunt dissimili natura; et quæ tamen aluntur ex eodem herbarum aut ciborum genere.

Lanigeræ pecudes, et equorum duellica proles, 660
 Buceriaëque greges, eodem sub tegmine cœli,
 Ex unoque sitim sedantes flumine aquai,
 Dissimili vivunt specie, retinente parentem
 Naturam; et mores generatim quæque imitantur:
 Tanta est, in quo vis genere herbæ, materiæ 665
 Dissimilis ratio; tanta est in flumine quoque.
 Hinc porro, quem vis animantem ex omnibus una
 Ossa, cruor, venæ, color, humor, viscera, nervci,
 Constituunt; quæ sunt porro, distantia longe,
 Dissimili perfecta figura principiorum. 670
 Tum porro, quæquomque igni flammata cremantur,

pecora portantia lanam pascunt herbas ex eodem agro, et progenies bellica equorum, et armenta bubula cornigera, sub eodem tecto cœli, non solum vivunt sub dispari genere extinguuntia sitim suam ex eodem viro aquæ: sed etiam servant naturam parentum, et referunt singula studia sui quæque generis. Adeo dispar est ratio primordiorum in quavis specie graminis; adeo dispar est eadem ratio primordiorum in unoquoque fluvio. Inde sane ossa, sanguis, venæ, calor, humor, præcordia, nervi componunt unumquodque animal ex hisce rebus omnibus, quæ sunt procul dissimiles, quia prædita sunt dispari forma primordiorum. Deinde pariter, si res cunctæ, quæ comburuntur et concremantur igne, nihil insuper præ-

 —661 eodem sub sic Voss. vet. et L. B. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. sub eodem reliqui.—662 flumine Mus. B. 1.—663 retinente: sic V. ed. Bodl. O. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. retinentque P. et edd. vulg. retinenteque Vind. et Vind. fr. parente Vind. V. ed. Bodl. O. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Cant. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1. parentum P. Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Ald. Bip. Delph.—664 mutantur V. ed. Th. Ra.—667 In Mus. B. 1. Hic Mus. B. 2. 3. Jam vero Hav. Bip. quamvis Vind. Voss. L. B. O. Vind. fr. Bip. Hav. V. marg. 2. Delph. animantum P. Ald. unum P. Ald. unam Voss. vet. Mus. B. 1. Delph. Hav. Bip.—668 color: sic ausus sum restituere vel invitis libris pro vulg. calor. Wakef.—671 Tunc quocunque Mus. B. 2.—672

NOTÆ

660 *Lanigeræ pecudes*] Oves.
Duellica] Bellica. Festus: ‘Duellum, bellum est; videlicet, quod duabus partibus de victoria contententibus dimicatur.’ Equus autem bellicum est animal. Virg. Æn. III. ‘bello armantur equi.’

661 *Buceriaque greges*] Bovcs, cornigerum genus animalium; a vocibus Græcis βούς bos, et κέρας cornu. Sic v. 864. ‘bucera secla.’

661 *Generatim*] Vs. 343. et 1. 21.

Delph. et Var. Clas.

&c.

667 *Quem vis*] Quemlibet.

670 *Perfecta*] Prædita, constantia. vss. 409. 523. &c.

671 *Tum porro, &c.*] His 4. vss. continetur III. argumentum, quod repetitur ex iis rebus, quæ cremantur; ex quibus nempe exsiliunt res diversæ, v. g. ignis, flamma, calor, scintilla, favilla, cinis, sal, &c. Igitur in illis rebus, quæ cremantur, insunt varia rerum semina.

Lucret.

S

Si nihil præterea, tamen hæc in corpore aluntur,
Unde ignem jacere, et lumen submittere, possint ;
Scintillasque agere, ac late differre favillam.

Cætera, consimili mentis ratione peragrans, 675
Invenies igitur multarum semina rerum
Corpore celare, et varias cohibere figuras.

Denique, multa vides, quibus et color et sapor una,
Religione animum turpi quom tangere pacto,

bent, tamen mittunt ex se corpuscula, ex quibus queant mittere ignem, et suppeditare lucem, et edere scintillas, ac dispergere longe favillam. Sic perlustrans pari ratione animi reliquas res, reperies illas abscondere intrinsecus in suo corpore primordia multarum rerum, et tenere diversas figuras atomorum. Demum cernis multas res, quibus et nidor et sapor simul data sunt ; præcipue cum cremas quæ-

//////////

Lectiones, in difficili varietate, dedi operam admittere, quas major probabilitas commendare videatur, et loci scopo consentaneas. In dictionibus hæc in corpore nulla librorum est dissensio : pro *aluntur* Voss. vet. et L. B. *traduntur*, quod certe vitiosum est : hinc Vossius nostram scripturam *aluntur* conjectando videtur effecisse : P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mns. B. 1. 3. Cant. *tradunt* Mus. B. 2. autem *trudunt* ; atque etiam loco *Sed* præbet *Sed*. Wakef. *ex se ea corpore* Hav. Bip. *ex se corpore* Delph.—674 *ag late* V. ed. Th. Ra.—676 *Invenies intus* Hav. Bip. Delph.—677 *Corpora* P. V. ed. O. Voss. L. B. Gryph. Delph. Nard.—678 *et color* : sic V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Cant. Ferr. Th. Ra. P. in not. *est odor* P. Vind. Vind. fr. Hav. Ald. Bip. *et odor* Mus. B. 1. 2. 3. Delph. *est color* Gif. Par. Bas. marg. V. marg. 1. P. in not. Turneb. Adv. xv. 2. *et calor* Gryph. marg. *una* deest Vind. Vind. fr.—679 H. vs. et seq. inverso ordine leguntur Mus. B. 2. et vulg. edd. *contingere* Ferr. V. ed. Th. Ra. et plerique codd. *pacto* O. Mns. B. 2. P. in not. *parto* V. ed. Vind. fr. Th. Ra. Ferr. V. marg. 2. Bip. *parco* Cant. *parato* Vind. Voss. vet. et L. B. *porro* Gryph. marg. P. *quoquo* *contingere pacto* P. in not. *Et tantum cupido con-*

NOTE

672 *Corpore* [*corpora*] *Semina*, primordia, atomos.

675 *Cætera, consimili, &c.*] His 3. vss. docet idem dicendum de ceteris rebus.

678 *Denique, multa vides, &c.*] His 9. vss. continetur iv. argumentum, quo probat Lucretius varias esse atomos in singulis rebus ; idque confirmat ex odore tetro, et sapore, quæ ex victimis super aras crematis emanant. Porro hi 3. vss. priores aliter ab aliis leguntur : *Denique multa vides quibus est odor, et sapor una Et tantum cupido contingere dente parato Reddita sunt, cum adolent in primis pleraque dona.* Ab aliis vero : *Denique multa*

vides, quibus et color et sapor una, Religione animum turpi cum tangere parto, Reddita sunt, cum adoles inprimis pleraque dona. Ab aliis autem : *Denique multa vides, quibus et color et sapor una Reddita sunt cum odore : inprimis pleraque dona, Religione, &c.* Nostra magis nobis arridet post hanc ultimam. Hinc Petrus Gassendi medium prætermittit versum ex his tribus, quia, quam lectionem habuit, ea sana non erat.

Et color [et odor] Particula *et* producta ante vocalem. Sic alibi passim.

679 *Animum tangere*] ‘Tangi animum’ dixit Lucretius sicut Virg. ‘suf-

Reddita sunt cum odore; in primis pleraque dona: 680

Hæc igitur variis debent constare figuris:

Nidor enim penetrat, qua succus non it in artus:

Sucus item seorsum, et seorsum sapor, insinuat

Sensibus; ut noscas primis differre figuris.

Dissimiles igitur formæ glomeramen in unum 685

Conveniunt; et res permixto semine constant.

Quin etiam, passim nostris in versibus ipsis

dam munera, ubi scilicet moveris metu Deorum intra pectus præ illicito lucro facta. Ergo hæc saltem dona debent coalescere ex diversis formis; namque odor teter intrat in membra, qua via succosus humor non meat: similiter succosus humor, et sapor rerum infundunt se in sensus; ut inde scias hæc distare principalibus formis. Ergo figuræ dispares concurrunt in eundem cætum rerum; et res coalescunt ex diversis primordiis. Adde quod etiam cernis ubique in ipsis nostris

tingere dente parato Gryph. Nard. Bas.—680 H. vs. deest Gryph. marg. Delent. Lamb. Fab. Nard. cum adolent P. Gryph. Nard. Bas. cum hodore Vind. fr. cum dolore Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. quom adoles Hav. Lamb. Delph. plenuaque Cant.—682 *sucus*: sic V. ed. Ferr. Mus. B. 1. 3. Cant. *succus* vulg.—683 *sursum* V. ed. Vind. Voss. L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. *rursum* Gryph. marg. P. pro *et seorsum* P. leg. *qua non* V. ed. *qua* O. Cant. *Scilicet nec* V. marg. 1. *qua nec* in reliquis vacat locus. *sapori* Voss. vet.—687 *Quando* V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1.—691 *Nam*

NOTE

fusis rubore genas.' I. e. intra aut secundum animum: hoc est, habere animum tactum et commotum religione. 'Tangere' autem pro, tangeris, in secunda persona singulari indicativi, tangor, tangeris vel tangere.

Relligione] Metu Deorum.

Turpi pacto] Turpi lucro: illicita boni acquisitione, ut aiunt. Innuit autem veterum morem, qui cum turpis lucri conscientia tangerentur, statim cremabant et adolebant victimas altaribus, ut crimen apud Deos expiarent.

680 *Pleraque dona*] Victimæ.

681 *Variis figuris*] Diversis atomorum formis.

682 *Nidor*] Proprie dicitur odor de rebus adustis, aut assatis.

Qua] Supp. via, aut parte: vel adverbialiter dicitur.

683 *Sucus*] Humor ille, quo anima-

lia intus aluntur; et de quo quæque membra surgunt, quantum sibi opus est. Dicitur et humor plantarum: est et rerum sapor. Quæ enim res succo carent, eæ saporem vix habent.

684 *Sensibus*] Supp. gustus, vel lingua; palato.

Primis figuris] Primis corporibus: principalibus formis.

685 *Glomeramen in unum*] In unam rem: in cætum, in concilium unius rei.

686 *Permixto semine*] Diversis atomis. Sic vs. 585.

687 *Quin etiam, passim, &c.*] His 12. vs. continetur v. argumentum, quod repetitur ab eo exemplo carminum et vocum, quo usus est non semel l. 197. 823. Sicut igitur, inquit, multæ et diversæ literæ multas et diversas syllabas, et voces, atque etiam versus varios referunt; ita multæ atomi

Multa elementa vides multis communia verbis ;
 Quom tamen inter se versus ac verba, necesse est,
 Confiteare alia ex aliis constare elementis. 690
 Non, quo multa, parum communis, litera currat,
 Aut nulla inter se duo sint ex omnibus eidem ;
 Sed, quia non volgo paria omnibus omnia constant :
 Sic aliis in rebus item communia multa,
 Multarum rerum quom sint primordia, rerum 695
 Dissimili tamen inter se consistere summa
 Possunt: ut merito ex aliis constare feratur
 Humanum genus, et fruges, arbustaque læta.
 Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est

his carminibus varias literas esse communes variis vocibus: quamvis tamen oportet ut fatearis carmina, et voces componi ex literis inter se diversis. Non quia pauca literæ communes redeant sæpe; aut quia nullæ duæ voces constant ex iisdem omnibus literis: sed quod omnes voces non similes sint, et componantur vulgo ex omnibus iisdem literis. Ita pariter in aliis rebus, quamvis multa sint principia communia multarum rerum; tamen queunt constare ex ratione primordiorum omnino dispari inter se; ita ut jure merito gens hominum, et segetes, et arborea feraces dicantur constare ex diversis atomis. Neque tamen credendum est res cunctas

Ferr. V. ed. Th. Ra. quod Mus. B. 2. et vulg. edd. curat Ferr. V. ed. Th. Ra. —692 multa Gryph. marg. P. iisdem Gryph. marg. Bas. marg. eadem Gryph. Nard. Bas. Voss. vet. et L. B. iisdem Hav. Delph.—693 constet Voss. L. B. constant V. marg. 1.—695 Multarum vero P. primordia, longe Voss. L. B. O. Mus. B. 1. Cant.—696 se deest Vind.—697 feratur: sic Vind. Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Cant. ferantur reliqui.—698 ut fruges Mus. B. 3. ac vulg.—

NOTÆ

diversas res: et sicut eadem literæ multæ multas voces efficiunt pro varia dispositura; ita eadem multæ atomi varie dispositæ constituunt varias et diversas res. Quamvis autem sint tantum 24. literæ, tamen tot variis modis componi possunt inter se, ut varietates vocum, quas efficiunt, exprimere nequeas nisi hisce numeris triginta novem: 2002327900396041 40847618609643520000000.

688 *Elementa*] Literas. Sic vs. 690. ut dictum est i. 197. et 823. not.

691 *Multa, parum*] Pauca, vs. 336. Sic vs. 722.

692 *Duo*] Supp. vocabula.

693 *Paria omnia*] Supp. vocabula.

695 *Primordia*] Atomis.

696 *Summa*] Ratione principiorum, atomis.

699 *Nec tamen omnimodis, &c.*] His 30. vs. jam aliud cavet Poëta, quod veteribus quibusdam placuit philosophis. Docet igitur non ex omnibus omnia fieri: non ex omni ligno aut lapide fieri Mercurium, ut aiunt. Licet enim atomi eadem varia sui transpositione, adjectioneve, aut deductione pertineant ad res varias procreandas; non pertinent tamen ad omnes omnino res; nec eodem modo in variis rebus copulari inter se possunt. Scilicet unaquæque res eam exigit dispositionem, ut atomi ipsam

Omnia: nam volgo fieri portentia videres; 700
 Semiferas hominum species existere, et altos
 Interdum ramos e gigui corpore vivo;
 Multaque connecti terrestria membra marinis:
 Tum, flammam tetro spiranteis ore, Chimæras
 Pascere naturam per terras omniparenteis: 705
 Quorum nihil fieri manifestum est; omnia quando,
 Seminibus certis certa genetrice creata,

posse coalescere ex atomis omnigenis; namque cerneres communiter monstra creari, v. g. esse naturas hominum ferinas ex media parte: et magnos ramos aliquando generari e corpore viventi: et plures artus terrenos conjungi membris marinis: denique cerneres Chimæras vomentes rictu fædo iguem, alere sua corpora per terras, quæ pariunt omnia. Quarum rerum nihil tamen esse constat; siquidem cernimus res cunctas genitas ex certa parente de certis primordiis posse ser-

699 *connecta* V. ed. Th. Ra.—700 *non volgo* Mus. B. 2.—701 *ut altos* Mus. B. 1. O.—703 *connecta* V. ed. Th. Ra.—704 *flammas* Voss. vet.—705 *omniparenteis*

NOTÆ

constituentes adsciscant eas, quæ sibi sunt congruæ, ac velut eas sibi consociant; alienas prætereant, ac veluti respuant. Ex quo rursus fiat, ut, cum res dissolvitur, congruæ quæque atomi se mutuo trahant, et ab incongruis se expediant. Cujus rei causam primam reddit his 10. vs. prioribus; nimirum, quod alioquin monstra vulgo frequentia nascerentur; viserenturque passim et ubique semihomines feris et arboribus quasi insiti, chimærae flammivomæ, portentata naturæ ex animalibus terrenis et marinis, et alia ejusmodi, quæ tamen nec fiunt nec cernuntur.

Omnimodis] Supp. primordiis, atomis.

700 *Omnia*] Res omnes creatas.

701 *Semiferas hominum species*] Puta Hippocentaurus. Sed de portentis Naturæ fusiis disputabitur lib. v. 835. et seqq.

702 *Corpore vivo*] Sentienti et animali.

704 *Chimæras*] Chimæra monstri genus est ignivomum, caput et pec-

tus leonis, ventrem capræ, et caudam draconis referens. v. 903. 'Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.' Ovid. Met. vi. 'Quæque Chimæra jugo mediis in partibus hircum, Pectus et ora lææ, candam serpentis habebat,' &c. Quod genus monstri fabulati sunt Poëtæ ex eo, quod Chimæra mons sit ignivomus in Lycia; cujus in cacumine leones habitant: in medio, qua parte pascuis abundat, capræ reptant: in radicibus, serpentes latitant. Plin. XII. 106.

705 *Pascere naturam*] I. e. alere se; vel, ut aliis placet, vastare, despascere, devorare totam naturam.

Terras omniparenteis] Quæ pariunt omnia. Sic supra vocatur terra 'magna mater.' Sic vi. 258. de terra loquitur idem: 'Propterea pro parte sua quodcumque alit, auget, Roditur; et quoniam dubio procul esse videtur Omniparens,' &c. Sic Virg. Æn. vi. 595.

707 *Certa genetrice*] Sic i. 169. Imo a vs. 161. ad vs. 174.

Conservare genus crescentia posse videmus.

Scilicet id certa fieri ratione necesse est :

Nam, sua quoique, cibis ex omnibus intus in artus 710

Corpora discedunt; connexaque, convenienteis

Eficiunt motus: at contra aliena videmus

Rejicere in terras naturam; multaue cæcis

Corporibus fugiunt e corpore, percita plagis;

Quæ neque connecti quoquam potuere, neque inter 715

Vitalis motus consentire, atque initari.

vare suum genus, dum crescent. Nimirum oportet ut istud fiat immutabili causa. Namque de cunctis alimentis suæ cuique parti animalium atomi abeunt in membra singula; et, ubi conjunctæ sunt, reddunt motus aptos: sed contra, cernimus quod natura ipsa repellat in terram atomos illas, quæ non congruunt: et plurima ex corpusculis invisibilibus exeunt e corpore animalium, ubi pulsa sunt ictibus aliorum: quippe quæ nec potuerint conjungi cuiquam alteri corpusculo, nec ferre aut reddere motus vitales in ipso corpore animalium. Verum, ne forsân credas

//////////

Vind. omnia parientes Voss. vet. omnipotentis Bodl.—709 ut certa O. Mus. B. 1. id contra V. marg. 1.—710 cibis Mus. B. 2.—711 descendunt P. Bodl. Mns. B. 2. Ald. Gryph. Nard. Bas.—712 ac contra V. ed. Ferr. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. Cant.—713 Reicere Mus. B. 1. 2. caris V. ed. Th. Ra.—715 quoque Mus. B. 1. quoniam Mus. B. 3. quoquam vulg. edd. intra V. ed. Mus. B. 1. 3. vite O. Mus. B. 1. indu Cr. conj.—716 imitari P. Vind. V. ed. Voss. L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Delph. Nard. Bas. V. marg. 1. imitare Voss. vet.

NOTÆ

709 Scilicet id certa, &c.] His 8. vss. secundam reddit causam, cur ex omnibus omnia non fiant; eamque repetit ex animalium incremento per cibos. Namque atomi non casu, sed certa ratione conciliantur, aut dissiliunt in animantibus alendis. Cnm enim animalia cibum capiunt, pars atomorum conveniunt ad certas animalis partes nutriendas: pars discedit in alios artus: pars vero, quæ non apta est, respuitur quasi aliena, perque corporis ipsius animalis poros secernitur sive sensili, sive cæca evacuatione; pars vero abit in excrementa, quæ per corporis meatus rejiciuntur in terras, ut ait. Igitur non ex omnibus omnia fiunt, cum non ex omnigeno cibo partes omnes corporis procreantur: sed ex certis ciborum atomis, certæ partes corporis animalium aluntur.

710 Quoique] Cuique animalium parti.

711 Corpora] Corpuscula prima: atomi.

Discedunt] Abeunt, secedunt: distrahuntur.

Convenientis motus] Supp. ad alendas certas corporis partes.

712 Aliena] Supp. corpora prima: atomos, quippe quæ non conducunt ad animalis nutritionem. Qualia sunt excrementa, quæ natura rejicit in terras, et respuit.

713 Multaque cæcis Corporibus] Multa e corporibus primis: plurès atomi, quæ quia sub visum non cadunt, cæca dicuntur corpora: lib. 1.

714 E corpore] Puta per poros, aut per corporis meatus.

Percita plagis] Ictibus aliorum pulsa.

715 Quoquam] Supp. alteri atomo.

716 Vitalis motus conscutire] Pati

Sed, ne forte putes animalia sola teneri
 Legibus hiis, quædam ratio disternat omneis.
 Nam, velutei tota natura dissimiles sunt
 Inter se genitæ res quæque, ita quomque necesse est 720
 Dissimili constare figura principiorum :
 Non, quo multa parum simili sint prædita forma ;
 Sed, quod non volgo paria omnibus omnia constant.
 Semina quom porro distent, differre necesse est
 Intervalla, vias, connexus, pondera, plagas, 725
 Concursus, motus ; quæ non animalia solum

sola animalia obnoxia esse hisce legibus, eadem sane ratio secernit res cunctas. Namque sicut res cunctæ creatæ dispares sunt inter se tota sua natura, similiter oportet ut quæque componatur ex dispari forma primordiorum: non quia paucae res constant pari figura, sed quia res cunctæ communiter non sunt similes cunctis rebus. At quoniam primordia differunt inter se, oportet ut pariter spatia, viæ, connexiones, gravitates, ictus, concursiones, et motus eorum distent ; quæ omnia

animari Mus. B. 1. 2. Lamb. Hav. Bip. micare Turneb. agitari alii.—718 quidam Voss. vet. quem dum Mus. B. 2. eadem Mus. B. 3. Hav. Bip. Delph. discriminat P. Vind. Gryph. Nard. Bas. Ald. res terminat Mus. B. 2. Hav. omnia Gif. Par. Delph. Cr. conj. Gryph. Nard. Bas.—720 ita quamque n. Hav. Bip. Delph.—722 Nam Mus. B. 2. quod Hav. Bip. Delph. sunt Mus. B. 1.—723 quod: sic P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Delph. Bas. quia Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Hav. Bip.—724 tum V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. dum Mus. B. 2.—726 motusque V. ed.

NOTÆ

ut animentur, et in vitam animalium cedant. En passivus motus.

717 *Sed, ne forte putes, &c.*] His 12. vss. docet hanc causam seu rationem, quam supra reddidit, non in solis viventibus valere: sed etiam in ceteris rebus inanimatis. Cum enim res cunctæ constant ex natura dissimili, debent et dissimilibus atomis concrecere; quod supra præmonuerat vs. 335. et seqq. Itaque sicut rerum natura dissimilis est: ita et atomi, ex quibus constat, dispares sint necesse est; nec atomi solæ, sed et intervalla, quibus minus aut magis a se invicem repercussæ resiliunt: et viæ, quibus a se deflectunt: et connexus, quibus inter se cohærent: et pondera, quibus feruntur: et plagæ, quibus sese repercutiunt: et concursus, quibus conveniunt: hæc, inquam, dissimilia esse debent, quæ non in

solis animalibus, sed in ceteris rebus discriminandis ac procreandis repeririuntur.

718 *Disternat*] Alii *discriminat*. Idem; i. e. secernit res a rebus, et diversas terminat a se invicem, vs. 728. Alii *res terminat omnes*; minus bene. Neque enim te moveat hic versus dactylicus, 'disternat omnia.' Familiares sunt Lucretio ejusmodi versus.

721 *Figura principiorum*] Principiis.

722 *Multa parum*] Pauca. Hi 2. vss. positi sunt supra vs. 336.

Prædita forma] Constantia figura, vs. 337.

724 *Semina*] Atomii, primordia.

Necesse [necessum] est] Vide vs. 467.

725 *Intervalla, vias, &c.*] De his infra vs. 1018. 1019.

Corpora se jungunt, sed terras ac mare totum
Secernunt, cœlumque a terris omne retentant.

Nunc age, dicta, meo dulci quæsita labore,
Percipe : ne forte hæc albis ex alba rearis 730

Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis ;

Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata :

Neve alium quem vis quæ sunt inbuta colorem,

Propterea gerere hunc credas, quod materiai

Corpora consimili sint ejus tincta colore. 735

Nullus enim color est omnino materiai

Corporibus, neque par rebus, neque denique dispar :

non modo determinant corpora animantia : sed distinguunt etiam terras et omne pelagus, et separant totum cœlum a terris. Jam vero agedum, ausculta doctrinam, quam suari opera acquisivi, ne forsan putes res eas albas, quæ rides ob oculos tuos esse albas, constare ex candidis primordiis : aut eas res, quæ nigrescunt, esse procreatas ex nigris principiis : vel, ne putes eas res, quæ sunt tinctæ quoris alio colore, ideo præferre colorem hunc, quia corpora prima sunt inbuta colore omnino pari huic cuivis colori. Namque nullus color prorsus inest primis corporibus ; neque qui sit similis, neque demum qui sit dissimilis rebus, quas coloratas cerni-

//////////

Ferr. Th. Ra. *motusque et P. Gryph. marg. Ald. quæ deest Mus. B. 2.—727 Corpore se jungunt V. ed. Th. Ra. et mare Mus. B. 2.—729 dulce Voss. vet. que sita V. ed. Th. Ra.—730 ne dicta Mus. B. 2. alba ex albis V. ed. Th. Ra. ex albis alba P. Cant. Ald.—733 Nire Voss. L. B. Mus. B. 1. 3. Gif. Par. Huic Ferr. quem sunt Gassend. inbruta Cant. induta Hav. Bip.—734 hunc gerere Viind.—735 H. vs. et seq. desunt Nard. colose Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. colore superscr.—737 nec pro neque bis Mus. B. 2.—739 ferri Delph.—740*

NOTE

728 *Retentant*] Retinent ne coniungatur : separant, secernunt.

729 *Nunc age, dicta, meo, &c.*] His 112. vss. seqq. jam disputat Lucretius de coloribus atomorum. Cum enim Epicurus, teste Laërtio lib. 10. docuerit atomos nullam qualitatem, quam dicimus, præ se ferre, *πλὴν σχήματος, καὶ βάρους, καὶ μεγέθους*, i. e. ' præter figuram, gravitatem, et magnitudinem ;' quæri potest, qui fieri valeat, ut color præsertim, nec non etiam calor, sopor, odor, et ceteræ ejusmodi qualitates, rebus concretis inhæreant, nisi prius inhæserint atomis, ex quibus rerum fiunt concretiones. Itaque solvit quæstionem et expedit breviter Lucretius ; docetque

atomis nullas inesse ejusmodi qualitates, ac primum negat inhærere iis colorem. Variis autem argumentis tutatur suam sententiam, de quibus jam sigillatim. Itaque his 9. vss. prioribus sententiam suam proponit, asseritque atomos omnis coloris esse expertes.

730 *Albis ex alba*] Alba ex albis. Sic r. 841. ' ignibus ex ignem.' Alba ex albis, id est, res albæ ex albis atomis.

732 *De semine*] De atomo, de primordio.

734 *Materiai Corpora*] Atomi, primordia rerum. Sic vss. 736. 737. et alibi passim.

737 *Neque par rebus, neque dispar*]

In quæ corpora si nullus tibi forte videtur
 Posse animi injectus fieri, procul avius erras.
 Nam, quom cæcigenei, solis quei numina numquam 740
 Despexere, tamen cognoscant corpora tactu,
 Ex ineunte ævo nullo conjuncta colore ;
 Scire licet, nostræ quoque menti corpora posse
 Vorti in notitiam, nullo circumlita fuco.
 Denique, nos ipsei, cæcis quæquomque tenebris 745
 Tangimus, haud ullo sentimus tincta colore.
 Quod, quoniam vinco fieri, nunc esse docebo.

mus. *In quæ corpora prima si forsan putus nullos inspectus mentis fieri posse,* sane longe vagaris a vera ratione: nonque, quoniam cæci a natura nati, qui nunquam viderunt lucem solis, agnoscunt tamen res corporeas per tactum, quæ ipsis nullo colore sunt imbutæ ab prima ætate: facile est intelligere primordia rerum, etiamsi nullo colore circumimbuta sint, posse tamen venire nostro animo in cognitionem. Postremo nosmetipsi non percipimus ullo colore imbutas res omnes illas, quas tangimus in obscuris tenebris. Quod cum demonstrare fieri, jam ostendam

//////////

lunina P. Voss. L. B. Hav. Ald. Bip. Delph.—741 *Dispexere* P. O. Mus. B. 1. Gif. marg. Ald. *Aspexere* Hav. Delph. Bip. *tacta* Mns. B. 1.—742 *contincta* Hav. Bip. Delph. *contacta* Lamb.—743 *menti q. nostræ* Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Delph. Bip.—744 *suco* Mus. B. 1. *succo* O.—746 *tactu* Lamb.—747 *quando pro quoniam* Cant. V. marg. 1.—748 *color* Cant. *mutatur in omni*

NOTÆ

I. e. nullus est color atomis, qui aut par sit, seu similis; aut dispar seu dissimilis coloribus iis, quos rebus concretis inesse cernimus. Quippe quæ omni colore careant.

738 *In quæ corpora si nullus, &c.*]

His 9. vss. continetur 1. argumentum, quo probat atomis colores nullos inesse. Sic autem argumentatur: ad hoc ut res corporeæ seu corpora cognoscantur, non est opus ut aliquo colore imbuantur; namque cæci a natura nati bene cognoscunt res corporeas solo tactu: item nos in tenebris et in locis obscuris bene novimus et sentimus corpora solo tactu; neque enim colores tactu sentiuntur. Igitur saltem possumus mente concipere atomos tanquam omni colore expertes. Quidni etiam esse possint sine colore?

In quæ corpora] In quas atomos.

739 *Animi injectus*] Adjectiones

animi. Sic Cicer. de Nat. Deor. 1. 'in quam magnitudinem regionum se injiciens animus et intendens, ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat.' Injicere animum in rem, est rem mente complecti, et intueri.

740 *Cæcigenei*] Cæci nati.

742 *Ex ineunte ævo*] Ab ortu suo: a prima ætate.

Nullo conjuncta colore] Neque enim cæci agnoscunt colorem in rebus, aut res quasi coloratas. Nullus enim color sine luce extat, ut recte docet Lucret. infra vs. 794.

743 *Corpora*] Atomos.

744 *Fuco*] Colore.

747 *Quod, quoniam vinco, &c.*] His 9. vss. continetur 11. argumentum, quod repetit Poëta ex omnigena colorum mutatione. Nullus enim est color, qui mutari non possit in alium

Omnis enim color omnino mutatur in omnes ;
 Quod facere haud ullo debent primordia pacto :
 Inmutabile enim quiddam superare necesse est, 750
 Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
 Nam, quodquomque suis mutatum finibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
 Proinde, colore cave continguas semina rerum,
 Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes. 755
 Præterea, si nulla coloris principiis est
 Reddita natura, et variis sunt prædita formis,
 E quibus omnigenos gignunt, variantque, colores :

istud revera esse. Namque omnis color vertitur prorsus in omnigenos colores : quod quidem principia nullo modo debent facere ; oportet enim ut restet in rebus aliquid, quod mutari nequeat, ne res omnes omnino reducantur ad nihilum. Namque omne, quod vertitur et egreditur e terminis suis, id sane fit subito interitus illius, quod antea extitit. Quapropter vide ne imbuas aliquo colore primordia rerum, ne res omnes tibi revertantur omnino ad nihilum. Deinde, si nulla ratio coloris data est primordiis rerum : tamen ea constant ex diversis figuris, ex quibus ipsa procreant et mutant omnimodos colores. Ideo, quia permagni interest,

P. Gryph. *mutatur omnis* Voss. vet. et L. B. *et pro in* Ferr. V. ed. Th. Ra.—750 *quoddam* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald.—751 *reducantur* Mus. B. 2.—752 *Ne* Ferr.—755 *nihilum* : sic Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *nilum* vulg. Hinc usque ad vs. 806. non apparent in Voss. vet. loco suo, sed in fine ascripta inveniuntur eadem manu.—756 *principia* V. ed. Th. Ra. *est* deest Mus. B. 2.—757 *at pro et* P. Ald. Bip. Hav. Delph. *sint* Cant.—759 *Prop-*

NOTÆ

quemvis colorem. Jam vero si primordiis inesset color aliquis, ipsa etiam mutari possent pro mutatione coloris sui. Sin autem primordia mutarentur, sane res redirent ad nihilum, cum in rebus nihil superesset immutabile. Quod tamen fieri non posse demonstratum est lib. 1.

749 *Quod facere, &c.*] Hi 5. vss. positi sunt 1. 789. vide annotat. *ibid.*

755 *Nihilum*] Alii per contractionem *nilum*, sicut nil pro nihil.

756 *Præterea, si nulla, &c.*] His 19. vss. continetur III. argumentum, quod petitur ex vario ordine, varia dispositione, et variis plagis et motibus atomorum inter se. Itaque cum superioribus argumentis evicisse

ratus sit poëta nullos atomis colores inesse, jam docet easdem ideo tamen varios in rebus concretis colores gignere, quia constant ex variis et dissimilibus figuris ac formis, quarum varia dispositione, ordine, mutatione, ac motu colores rebus inducantur ac innascantur. Rem autem illustrat exemplo maris, cujus aquæ vulgo nigrae videntur, cum tranquillum est : ubi vero ventis turbatur, tunc fluctus apparent albescere. Cur, inquit, nisi quia ventis ipsa semina seu atomi maris permiscantur ?

757 *Prædita*] Constantia, vs. 722.

758 *Omnigenos*] Omnis generis. Sic vs. 820.

Præterea, magni quod refert, semina quæque
 Cum quibus, et quali positura, contineantur, 760
 Et quos inter se dent motus, adcipiantque ;
 Perfacile ex templo rationem reddere possis,
 Quæ ea, quæ nigro fuerint paullo ante colore,
 Marmoreo fieri possunt candore repente :
 Ut mare, quom magnei conmorunt æquora ventei, 765
 Vortitur in canos candenti marmore fluctus.
 Dicere enim possis nigrum, quod sæpe videmus,
 Materies ubi permixta est illius, et ordo
 Principiis mutatus, et addita demptaque quædam ;
 Continuo id fieri ut candens videatur, et album. 770
 Quod, si cæruleis constarent æquora ponti
 Seminibus, nullo possent albescere pacto :

cum quibus primordiis, et quali sub ordine primordia singula conjungantur, et quas motiones reddant inter se, aut patiantur ; ideo, inquam, poteris subito dare facile rationem, cur res illæ, quæ paulo antea consisterint ex atro colore, subito queant esse colore candido instar marmoris albi: veluti v. g. mare, ubi echeentes venti turbaverunt aquas, illius planities mutatur in undas candidas albescenti æquore illius marmoreo. Nanque poteris respondere quod cernimus vulgo mare esse cæruleum ; postquam vero semina illius transposita sunt, et dispositura primordiorum inversa est, et quadam primordia addita sunt, aut detracta ; exemplo fieri tale, ut appareat albescens et candidum. Quod si aquæ maris coalescerent ex principiis cæruleis, nullo modo possent fieri candentes. Etenim quacumque ratione

//////////

terea O. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Cont. Bas. Cr. conj. magi Mus. B. 2.—760 quilibus V. ed. Ferr. Th. Ra. continuatur O.—762 exemplo V. ed. Th. Ra. Ald. Vind. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. Cant. Gryph. Nard. Bas. ratione Mus. B. 2. 3.—764 Marmorea V. ed. Ferr. Mus. B. 1. 2. et 3. sed in rasura. possint Vind. Voss. L. B. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Bip. Delph.—766 candente V. ed. Th. Ra. utramque lectionem agnoscit P.—768 ullius V. ed. Th. Ra.—769 Principio V. ed. Th. Ra. mutatis Mus. B. 2.—770 cadens V. ed. Th. Ra. album Mus. B. 1.—772 ullo Mus. B. 2. possunt Bodl. possint Vind. Vind. fr.

NOTÆ

759 *Præterea, magni, &c.*] Hi 3. vss. positi sunt 1. 817. et 907.

764 *Marmoreo candore*] Albedine, quæ accedat ad candorem marmoris albi, quod est exquisitissimum ; quale est marmor Parium aut Lunense. Plin. xxxvi. 7. Sic etiam vs. 766. et alibi passim.

765 *Æquora*] Bene. Dicitur enim mare æquor, quod æqua sit ejus planities, nullis agitantibus ventis.

Cic. Acad. Q. ' Quid tam planum quam mare, ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant?' Sic vs. 771. &c.

767 *Nigrum*] Cæruleum. Color quippe maris nigricans dicitur cæruleus, quasi ad colorem cæli accedat. vs. 771.

768 *Materies*] Primordia, atomi.

769 *Principiis*] Alii principium, pro principiorum. Idem.

Nam, quoquomque modo perturbes, cærulea quæ sint,
Numquam in marmoreum possint migrare colorem.

Sin alio atque alio sunt semina tincta colore, 775

Quæ maris efficiunt unum purumque nitorem ;

Ut sæpe ex aliis formis, variisque figuris,

Efficitur quiddam quadratum, unaque figura ;

Conveniebat, uti in quadrato cernimus esse

Dissimileis formas, ita cernere in æquore ponti, 780

Aut alio in quo vis uno puroque nitore,

Dissimileis longe inter se variosque colores.

Præterea, nihil obficiunt, obstantque, figuræ

permisceas ea, quæ sunt cærulea, nunquam possunt transire in colorem album. At vero si primordia, quæ reddunt unicum et simplicem colorem maris, imbuta sint vario et diverso colore, veluti plerumque ex diversis formis, et ex variis figuris instruitur aliquid, quod sit quadrangulum, et constans unica forma quadrata; sane conveniens erat, sicut observamus in quadrangulo esse dispares figuras: ita observare in aqua maris, vel in quovis alio unico et simplici splendore, inesse colores omnino diversos et dispares inter se. Deinde formæ dispares non impediunt,

Hav. Bip.—774 *nigrare* Cant.—775 *alio* Mus. B. 1. *sint* Bodl. V. ed. P. Th. Ra. Ald.—777 *Et* Voss. L. B.—778 *quoddam* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. marg. *unaque figuræ* Hav. ex Muret. Bip. *figuras* Voss. vet. et L. B. *est ad finem* Cant.—780 *æquore*: sic P. V. ed. Th. Ra. Ald. Bip. Hav. Delph.

NOTE

774 *Marmoreum*] Album, vs. 764.

775 *Sin alio atque alio, &c.*] His 8. vss. satisfacit objectioni, quæ adversus exemplum superius propositum fieri potuit. Sensus horum versuum hic est: Si quis forte dicet atomos maris tinctas esse variis coloribus, atque totum maris nitorem, qui unus et simplex cernitur, coalescere tamen ex dissimilibus coloribus, sicut v. g. figuram quadratam cernimus fieri ex multis triangularibus figuris: sane, inquit Lucretius, necesse erit ut, quomodo in illa quadrata figura multas triangulares figuras inesse cernimus, ita in illo uno et puro maris nitore videamus varios illos et dissimiles colores, ex quibus fieret. Atqui non cernimus hos dissimiles colores in puro maris nitore. Igitur non sunt in eo.

Alio atque alio] Diverso et vario.

777 *Aliis formis*] Puta ex triangularibus figuris. Quadratum enim constat ex quatuor triangulis. Triangulus ex duobus lineis rectis in angulum coëuntibus.

778 *Unaque figura*] Alii *unaque figuræ*; plur. minus bene.

780 *Dissimileis formas*] Puta triangulares et rectas figuras.

783 *Præterea, nihil obficiunt, &c.*] His 4. vss. respondet iterum superiori objectioni; negatque paritatem esse colores inter et figuras. Figuræ quippe diversæ non impediunt quin res aliqua sit una tamen figura: v. g. in quadro sunt lineæ seu figuræ rectæ, et triangulares, quæ tamen non impediunt, quin sit verum quadratum. At dissimiles colores impediunt, quin res aliqua sit uno colore;

Dissimiles, quo quadratum minus omne sit extra :

At variei rerum impediunt prohibentque colores, 785

Quo minus esse uno possit res tota nitore.

Tum porro, quæ ducit et illicit, ut tribuamus

Principiis rerum non numquam, caussa, colores,

Obcidit ; ex albis quoniam non alba creantur,

Nec, quæ nigra cluent, de nigris ; sed variis de. 790

neque prohibent, quin quadrum totum sit extra figuras ex quibus constat : rerum diversi colores rerum officium ac obstant, quin tota res, cui insunt, queat constare ex unico colore. Denique ratio etiam, quæ inducit, et allicit nos, ut demus aliquando colores primordiis rerum, nulla est ; siquidem res candidæ non fiunt semper ex candidis coloribus ; nec pariter res, quæ sunt nigre, fiunt de nigris colori-



æquora reliqui.—784 quod P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. minus esset in illis Mar Nard. Bas. P. in not. minus esse sit extra V. ed. Ferr. Vind. Mus. B. 1. 3. omne deest O. Mus. B. 2.—785 varia Voss. L. B. varios O. Mus. B. 1. Gassend.—787 quod dicunt illicitum hoc tribuamus Gryph. quod ducit ut illicitum hoc Nard. Bas. quod dicunt in licitum tribuamus P. Bodl. illicitu V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 3. illicitum O. in licitum Mus. B. 2. Cant. ut deest Voss. L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—788 coloris Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. O. Mus. B. 1. Bas. doloris Mus. B. 2.—789 quando V. marg. 1. creatur Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3.—790 Neque Ferr. V. ed. Th. Ra. nigrata Mus. B. 1. cluent V. ed. Th. Ra. ducunt Mus. B. 2. et pro sed Mus. B. 2. variis ea Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. variis sunt O. Cant. V. marg. 1. variant se P. Ald.

NOTÆ

v. g. color albus, et niger impediunt, quin res sit aut nigra tota, aut alba tota, aut aliquo alio uno colore : sed partim alba, partim nigra erit.

784 *Omne sit extra*] I. e. totum sit id per se, quod est, et sine figuris ex quibus constat. Est enim quadrum totum extra figuras rectas et triangulares, ex quibus tamen adornatur. Alii legunt : *omne insit in illis*. Alii : *esset in illis*. Verum prior uostra lectio magis probatur. Est enim quadratum, quod ex triangulis fit, totum extra trianguła : non autem in triangulis.

787 *Tum porro, quæ, &c.*] His 7. vss. continetur iv. argumentum, quod repetitur ex causa, propter quam colores atomis attribui vulgo dicuntur ; scilicet ut res singulæ, quæ colorata sunt, commodius colorem habere possint ex eorum genere, cujus colo-

rem habent : v. g. alba ex albis, nigra ex nigris, &c. Arguit autem hanc causam jam nullam esse Lucretius ; siquidem sæpe ex albis fiunt non alba ; et ex nigris non nigra. Unde satius est, inquit, ut alba v. g. de nullo exoriantur colore, quam de nigro, aut de quouis alio colore, qui repugnet. Hoc enim minus absurdum videtur. Nullum tamen profert exemplum. Quanquam v. g. calx alba fit ex non albis lapidibus : atramentum nigrum ex non atris rebus.

Illicit, ut] Bene ; illicit, pro illicet, i. e. invitat, cogit, incitat, &c. Alii, *ut illicitum hoc*. Alii, *in illicitum ut*. Alii, *quod dicunt illicitum tribuamus*. Hic enim locus corruptus est maxime.

789 *Obcidit*] Perit, nulla est.

790 *Cluent*] Sunt, vs. 524.

Quippe et enim multo proclivius exorientur
Candida, de nullo, quam nigro, nata colore ;
Aut alio quo vis, qui contra pugnet, et obstat.

Præterea, quoniam nequeunt sine luce colores

bus, *sed de diversis aliis. Namque res albæ creabuntur longe facilius de nullo colore, quam de colore nigricanti: vel de alio quocumque colore, qui adversetur et repugnet. Deinde, cum colores possint existere sine lumine, et cum principia*

varia ea Voss. vet. et L. B. variantur Gryph. Nard. Bas.—791 proclivis exorientur Mus. B. 2. exorirentur Cant.—792 de pullo P. Ald. Bas. marg. de villo

NOTÆ

Sed variis de] I. e. sed de variis, *supp. coloribus. Alii, sed variantur. Alii, sed variis ea. Alii, sed variis ad. Male omnino, ut patet.*

792 *Nigro, nata [nigrante] colore* Sic vs. 732. *Alii, nigra nata colore.*

794 *Præterea, quoniam, &c.]* His 15. vs. continetur v. argumentum; idque ducitur ex eo, quod color aut esse rebus, aut cerni nequeat sine luce: atomi vero nusquam in lucem veniant, hoc est, sub oculos cadant. Igitur atomi non sunt aliquo colore tinctæ. Rem exemplo duplici confirmat, columbarum et pavonum; quorum plumæ, adverso sole, mille variant colores: remota luce, coloris sunt expertes. Igitur color gignitur in rebus ex vario lucis ictu, nihilque aliud videtur esse, quam lux.

Quæstio de coloribus omnino difficilis est. Hinc alii aliud censent de coloris causa et ratione. Epicurus et Democritus, teste Diog. Laërt. lib. x. censuerunt colorem vere non inesse rebus: ceteri philosophi inesse vere asserunt, cum hoc tamen discrimine, ut Pythagorei colorem a corporum superficie, Stoici a primis materiæ figurationibus, Peripatetici a perspicuo materiæ termino non distinxerint: Empedocles unus colorem dixit esse quandam efluvionem e corporibus: Plato flammam

quandam esse voluit. Itaque mentem Epicuri clarius aperiamus. Is autem, teste Plutarch. docuit colores non esse cohærentes corporibus, sed juxta quosdam respectus visus ordines positusque gigni. Porro per vocem corporibus non intelligit ipsas atomos, sed res et corpora rerum, ut idem testatur Plutarchus. Igitur per colores corporibus non cohærentes, interpretor colores non congenitos aut innatos rebus. Epicurus enim voluit ut in extremis rerum, seu superficiebus corporum inessent ejusmodi ordines ac dispositiones atomorum, ex quibus res coalescant, ut adveniente luce certos exlibeant colores, et ex se mittant certas atomos, quæ constituentes rei visæ imaginem, certo ordine dispositoque feriant oculorum pupillam, faciantque per certos lucis ictus, ut in ipso oculo res videantur. Neque tamen colores inesse atomis voluit, sed ex earum certis dispositionibus ac ordinibus colores gigni docuit adveniente luce. Unde in tenebris cæcis nullos esse colores præclare cecinit Lucret. infra vs. 797. ad mentem Epicuri; ad cuius etiam mentem sic cecinit Virg. Æn. vi. 'ubi cælum condidit umbra Jupiter, et rebus nox abstulit atra colorem.' Itaque docet Epicurus non omnia esse æque disposita, ut adveniente luce colores pares ex-

Esse, neque in lucem existunt primordia rerum ;
 Scire licet, quam sint nullo velata colore.
 Qualis enim cæcis poterit color esse tenebris,
 Lumine qui in ipso mutatur, propterea quod,
 Recta aut obliqua percussus luce, refulget ?
 Pluma columbarum quo pacto in sole videtur,
 Quæ sita cervices circum collumque coronat.
 Namque alia fit, utei claro sit rubra pyropo ;
 Interdum quodam sensu fit, utei videatur
 Inter curalium virideis miscere smaragdos.

795

800

rerum non veniant in lumen : sane facile est noscere quod principia nullo colore sint obumbrata. Quis enim est ille color, qui poterit inesse tenebris obscuris, quippe qui varietur tantum in ipsa luce, eo quod renidet tantum ; quatenus ictus est recto aut obliquo lumine ? Quomodo pluma columbarum cernitur in luce solis, quæ posita est circa cervices, et cingit collum illarum. Etenim aliquando fit, ut fulgeat quasi pyropo flammante : aliquando in eo est aspectu, ut videatur miscere

//////////

Gryph. de nigrante pro nigro, nata Hav. Bip. Delph.—795 luce Bas.—798 mutatur in ipso Hav. Ald. Bip. Delph.—799 percussus Mus. B. 2. percussis V. ed. V. marg. 1. Th. Ra.—801 Quæ sita V. ed. Th. Ra.—802 aliâ: sic V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. aliâ P. O. Hav. Ald. Bip. Delph. ut Cant. rubro sit clara Hav. Bip. Delph. clara sit rubro Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—803 quoddam P. Ald. Cant. seri ut Mus. B. 2.—804 cæruleum vulg.

NOTE

habeant: sed vult rem aliam alias habere dispositiones ad varios colores exhibendos: sicut v. g. aliæ fistulæ alios reddunt sonos accepto flatu: aut sicut alia grana, quæ florum sunt expertia, alios tamen edunt flores pro vario humore aut calore. Deinde, cum manifestum sit rem eandem colores mutare pro variis incis aut umbræ gradibus, quod in pluma columbarum contingit; ideo Epicurus arguit non posse ullum ex hisce variis coloribus assumi, qui dicatur quasi vere inhærens rebus, v. g. plumis columbarum: sed omnes ejusmodi colores non inhæreere censendos esse vult. Res exemplo confirmatur, v. g. trigoni vitrei. Quos enim varios colores exhibet trigonum vitreum, eos nihil aliud esse, quam lucem variis modis reflexam, vel refractam, aut

umbris intermixtam constat. Sic varii colores, quos emittunt plumæ columbarum, aut pavonum, nihil aliud sunt, quam lux quæ vario modo affecta rejicitur in oculos. Hæc Epicuri sententia de coloribus.

796 *Vclata*] Circumlita, tincta. vss. 744. 775.

799 *Recta aut obliqua, &c.*] Alius enim color est si rectus sit luminis angulus: alius, si obliquus.

802 *Pyropo*] Pyropus gemma est flammæ colorem imitans. Gallice, *Escarboucle*. Ovid. M. II. 'flammasque imitante pyropo.' Plin. XXXVII. 7. Alii legunt: *cluro sit rubra pyropo*.

803 *Sensu*] Aspectu.

804 *Smaragdos*] Smaragdus gemma est viridis, quæ tertium inter gemmas locum obtinet. Gallice, *Emeraude*. Plin. XXXVII. 5.

Caudaque pavonis, larga quom luce repleta est, 805
 Consimili mutat ratione obversa colores :
 Quei quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
 Scire licet, sine eo fieri non posse putandum.
 Et, quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
 Pupula, quom sentire colorem dicitur album ; 810
 Atque aliud porro, nigrum quom, et cætera, sentit ;
 Nec refert, ea, quæ tangis, quo forte colore

smaragdus virides cum cæruleo colore. Et pari ratione cauda pavonis versa ad lucem variat colores, ubi scilicet plena est amplo lumine. Qui colores quia generantur certa percussione lucis, nimirum credendum est hoc non posse fieri sine ea luce. Et, cum pupilla oculi recipiat in se aliquod genus ictus, ubi dicitur percipere v. g. colorem candidum: et excipiat etiam aliud genus plagæ, ubi percipit nigrum colorem, et alios. Cumque nihil referat, quo fortasse colore imbutæ sint

cæruleos Gassend. virgis miscere V. ed. Th. Ra.—807 Quæ V. ed. Th. Ra.—808 Scilicet id Hav. Bip. Delph. ex Lamb. putandum est Voss. vet. et L. B. Cant. Hav. Bip. Delph.—810 Pupula Mus. B. 1. Pupilla Mus. B. 2.—811 alium V. marg. 1. et cum cætera Mus. B. 2.—812 tangis: sic Vind. Voss. L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 3. tangit P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Mus. B. 2.

NOTE

805 *Pavonis*] Dicitur pavo, onis: et pavus, i, Masc. et pava, æ, Fem. De quo Plin. x. 7.

808 *Sine eo*] Supp. lumine, aut luminis ictu.

809 *Et, quoniam plagæ, &c.*] His 7. vss. continetur vi. argumentum, quo probat atomos omnis coloris esse expertes: illudque deducit ex ipsa visione, quæ juxta Epicuri sententiam sic fit. Visus, inquit ille, fit ictu quodam, nimirum pro imaginum incursionem in oculi pupillam; ea quippe incursio plaga est ac ictus quidam. Talis autem ictus alius est, si oculus sentit album colorem; alius, si nigrum, &c. At ictus non fit sine tactu: tactus autem non eget colore, ut suo fungatur officio. Nihil enim refert quo colore sint prædita ea, quæ tangis. Ergo prima corpora seu atomi nullo colore tinguntur. Ex hac Lucretii doctrina colligi potest Epicurum docuisse sensum omnem esse quendam tactum: sensationemque omnem fieri per incursionem spe-

ciei, seu imaginis ex objecto in sensum, qua sensus ipse percutitur. Hæc autem imago non est aliquid aliud ab ipsis atomis, quæ in sensum subeunt diverso modo, pro vario eorum ordine, positura, figura, &c. Unde visio fit, cum atomi ex re visa adveniunt, et in pupillam oculi incurrun, ac ipsam movent pro ea, qua sunt figura, positura, ordine, &c. Cum autem perceptio illius imaginis alia sit pro alia atomorum motione seu affectione; hinc fit, ut varia ictuum genera sint, quos oculi pupilla excipit. Quo fit ut varios sentit colores. Aristoteles autem docuit visus causam esse, rerum, quæ cernuntur, qualitatem, quæ vim suam exprimat, et explicet in videndi sensum. Plato et Stoici aliter sentiunt, nec inter se plane consentiunt. Sed de his consule A. Gell. v. 15. Quanquam nos iterum de his dicemus IV.

810 *Sentire*] Bene; quia visionem dicit fieri per ictum. I. e. videt.

Prædita sunt, verum quali magis apta figura ;
 Scire licet, nihil principiis opus esse colores,
 Sed variis formis varianteis edere tactus.

815

Præterea, quoniam non certis certa figuris
 Est natura coloris, et omnia principiorum
 Formamenta queunt in quo vis esse nitore ;
 Quur ea, quæ constant ex illis, non pariter sunt
 Omnigenis perfusa coloribus in genere omni ?
 Conveniebat enim corvos quoque sæpe volanteis
 Ex albis album pennis jactare colorem ;

820

res cæ, quas tangis, sed potius qualis formæ sint capaces: facile est agnoscere principia non egere coloribus, sed reddere diversos tactus pro diversis figuris. Accedit quod, cum certa natura coloris non sit data certis formis, et cum cunctæfigurationes primordiorum possint reperiri in quolibet splendore coloris; quare res illæ, quæ conflantur ex illis principiis, non sunt similiter imbutæ coloribus omnimodis in quolibet genere? Namque oportebat ut corvi etiam volitantes plerumque agitent colorem candidum de candidis alis; et ut cyeni evaderent atris de atris

Gryph. marg. Bas. marg. *tangas* Mus. B. 1. 3. Voss. vet.—813 *sunt*: sic V. ed. Bodl. Voss. vet. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *sint* reliqui.—814 *colore* Gryph. Nard. Bas. P. V. marg. 1. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—815 *tractus* V. marg. 1.—816 *quando* V. marg. 1. et sic passim. *nisi certis* Bas.—822 *pinnis* V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. P. Cant. Gassend. V.

NOTE

814 *Principiis opus esse colores*] Sic i. 1050. ‘Infinita opus est vis material.’ Sic III. 981. ‘materies opus est.’ Sic IV. 1261.

815 *Variis formis varianteis, &c.*] Tactus enim corporis est sensus: corpus autem omne figuratum est: igitur atomi, quæ corpora sunt, edunt varios tactus pro variis figuris, quibus præditæ sunt: vs. 434.

816 *Præterea, quoniam, &c.*] His 9. vss. continetur VII. argumentum, quod repetitur ex absurdis, quæ sequerentur, si atomis inesset color. Etiam si enim, inquit poëta, 2. concederemus atomos esse coloribus præditas; tamen non dicent ii, qui hoc sentirent, certis atomorum figuris certum colorem inesse: v. g. colorem album figuris atomorum triangulis; colorem nigrum figuris quadrangulis; et ita

Delph. et Var. Clas.

Lucret.

de ceteris. Sed fatebuntur sane singulas atomos in quavis figura præditas esse coloribus dissimilibus: v. g. in figura triangula alias atomos esse colore albo, alias nigro, alias cærneo, alias rubro, &c. Fingamus igitur corvos v. g. aut cyenos majori ex parte constare atomis figuræ triangulæ, quas non unius coloris esse voluit: sane fiet, ut corvi non toti nigri, nec cyeni toti sint albi; sed versicolores erant, cum in iis sint atomi varii coloris. Quod quidem clara res demonstrat esse falsum et absurdum. Igitur nullus inest atomis color.

Figuris] Supp. atomorum.

818 *Formamenta*] Figuræ, figura-tiones.

818 *Nitore*] Colore: vss. 781. 786. &c.

820 *In genere omni*] Supp. coloris.

T

Et nigros fieri nigro de semine cyncos,
Aut alio quo vis uno, varioque, colore.

Quin etiam, quanto in parteis res quæque minutas 825
Distrahitur magis, hoc magis est, ut cernere possis
Evanescere paulatim, stinguique, colorem :
Ut fit, ubi in parvas parteis discerpitur aurum,
Purpura, pœniceusque color clarissimus multo,
Filatim quom distractus est, disperditur omnis : 830
Noscere ut hinc possis, prius omnem eclfare colorem
Particulas, quam discedant ad semina rerum.

primordiis, aut de alio quolibet unico, vel diverso colore. Imo vero quo res quæque distribuitur in portiunculas minores, eo magis fit, ut quævis videre colorem abire sensim et extingui; veluti accidit, cum aurum dissecatur in minutas particulas, vel cum purpura, vel color pœniceus, qui longe nitidissimus est, deductus per fila totus perit et evanescit. Ita ut quævis inde cognoscere partes minimas amittere omnem colorem, antequam recedant ad prima principia rerum. Denique, cum non

marg. 1.—825 quando Voss. vet. *prutis* Mus. B. 2.—827 *Et vanescere* Voss. vet. *strictingue* Gassend.—829 *pœnitensque color* V. ed. Th. Ra. *Phœniceus* P. Vind. Ald. *fænigeus* Mus. B. 1. *clarissimus omni* P. Ald. *ultra* Voss. vet. in marg.—830 *distractum est* vel *distractust* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *distractum* Vind. *distractim* Mus. B. 2. *distrahitur* P. Gryph. marg. Bas. *distractus* Hav. Bip. Delph. *dispenditur* V. ed. Th. Ra. *disperditus* Mus. B. 2. *omnis* deest Mus. B. 2.—832 *descendunt* V. ed. Bodl. V. marg. 1. *descendant* P. Gryph. marg. Th. Ra. Ald. *distendunt* Vind. O. Mus. B. 2. 3. V. marg. 2. Ferr. *discedunt* Voss. L. B. *disceduant* Voss. vet.

NOTE

823 *Nigro de semine*] De atomis nigris.

825 *Quin etiam, quanto, &c.*] His 8. vss. continetur VIII. argumentum, quod repetitur ex eo, quod quo magis in minutas particulas res aliqua colorata distrahitur, eo magis colorem omnem suum amittit : v. g. cum aurum in minutas partes frangitur, color auri deperditur : eum purpurea vestis filatim discerpitur, purpureus color deperditur. Igitur fingamus rem aliquam coloratam ita in minutas partes dividi, ut ejusmodi partes jam sub oculos non cadant, sane eæ partes minutæ nullum colorem habebunt. Ergo a pari, cum atomi sub sensum oculorum non cadant, nullo sunt tinctæ colore.

827 *Stingui*] *Extingui*; *eleganter*. Color enim lux est quædam, ac formula, ut aiunt Plato et Epicurus.

829 *Pœniceus* [*Puniceus*] Alii *Pœniceus* : alii *Phœniceus*. Idem. Color autem Puniceus dicitur, qui violæ flammeæ colorem refert : Gallice, *écarlatte*. Quod coloris genus a purpureo distingui docet Plin. XXI. 23. Quia vero in Phœnice Syriæ regione lanæ tingebantur hoc colore, dictus est Phœniceus, vel Pœniceus, vel Puniceus color.

Clarissimus [*clarissimu'*] *multo*] *Clarissimus multo* : demta litera s, ut syllaba corripitur. Nota vocem multo cum superlativo.

832 *Ad semina rerum*] *Ad atomorum parvitatem*.

Postremo, quoniam non omnia corpora vocem
 Mittere concedis, neque odorem; propterea fit,
 Ut non omnibus adtribuas sonitus, et odores: 835
 Sic, oculis quoniam non omnia cernere quimus,
 Scire licet, quædam tam constare orba colore,
 Quam sine odore ullo quædam, sonituque remota:
 Nec minus hæc animum cognoscere posse sagacem,
 Quam quæ sunt aliis rebus privata notarum. 840
 Sed, ne forte putes, solo spoliata colore
 Corpora prima manere; etiam secreta teporis
 Sunt, ac frigoris omnino, calidique vaporis;

fatearis omnia corpora reddere sonitum, nec odorem; idco fit, ut non des omnibus corporibus vocem et odores: similiter, quia non possumus videre oculis res cunctas, inde facile est noscere quasdam res tam expertes coloris esse, quam quasdam esse absque ulla odore, et privatas voce: neque mentem solertem hominis minus posse cognoscere has res, quam cognoscit illas, quæ sunt orbata aliis rebus, et signo, quo noscuntur. Verum ne forsitan credas primordiu esse pricuta solo tantum colore, sunt etiam expertia penitus teporis, et frigoris omnīs, et calidi vaporis: nec

Vind. fr. *descendunt* Cant.—831 *concedas* V. ed. Th. Ra. *sit* Bas.—839 *anini* Mus. B. 1.—840 *notarum*: sic ex conj. Wakef. *notisque* vulg. *notaque* Voss. vet. et L. B. Bas. V. marg. 1. *nataque* O.—841 *Sed ut* V. ed.—843 *omni*

NOTÆ

833 *Postremo, quoniam, &c.*] His 8. vss. continetur ix. et ultimum argumentum, quo probat atomos omnis coloris esse expertes. Id autem petitur a simili, ut aiunt. Sicut enim, inquit, sunt quædam corpora, quæ odore, sonitu, et voce carent, ita possunt esse corpora quædam, puta atomos, quæ colorem non habeant.

837 *Quædam*] Puta atomos.

840 *Aliis rebus*] Aliis qualitatibus, quas vocant; puta, odore et sonitu. *Notarum* [*notaque*] I. e. signo; seu qualitate, qua dignoscantur. Qualitates enim sunt quasi rerum indicia. Sic calor et fumus sunt nota seu indicium ignis. Alii, *notisque*, in plurali: idem.

841 *Sed, ne forte putes, &c.*] Hactenus de colore atomorum: nunc autem his 23. vss. seqq. disputat de ceteris atomorum sensibilibus, quas vocant, qualitatibus; puta de colore,

frigore, sapore, humore, siccitate, odore, &c. Quas omnes qualitates negat pariter inesse atomis; quia atomi has ex se non emittunt; et quia omnes hæc qualitates nativæ sunt, mortales, et caducæ: atomi vero immortales et aternæ. Rem autem illustrat præclara similitudine. Sicut enim, inquit, ad conficiendum unguentum quæritur oleum, quod minus sit odoriferum, ne fætore suo inficiat odores florum; ita ad procreandas res, quæ odorem mittant, non est necesse, ut atomi plenæ sint odore: et ita de ceteris qualitatibus. Verum jam infra vs. 1020. dicitur qua ratione qualitates omnes, quas dicimus, ab atomis procreari possint, cum his expertes faciat Lucretius.

842 *Corpora prima*] Atomos.

843 *Calidique vaporis*] Calorisque, vss. 149. 152. 857. &c.

Et sonitu sterila, et suco jejuna, feruntur;
 Nec jaciunt ullum proprium de corpore odorem. 845
 Sic ut amaracini blandum stactæque liquorem,
 Et nardi florem, nectar qui naribus halat,
 Quom facere instituas; cum primis quærere par est,
 Quoad licet, ac possis reperire, inolentis olivi

edunt vocem: sunt et carentia humore: nec emittunt ullum odorem de suo corpore: veluti v. g. si quando tu in animo habeas facere unguentum suave amaracini et stactæ, et florum nardi, qui efflant nectar in nares; imprimis æquum est tibi perquirere, quantum potest fieri, et quantum potes invenire, naturam olei, quod nihil

Mus. B. 2. *vapores* V. ed. Th. Ra.—844 *sterilia* P. Ald. Gryph. Bas. *sterili* Mus. B. 2. *ac jejuna* P. delendum tamen censet *ac* in not. et una Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *atque una* Th. Ra.—845 *ulla* Mus. B. 1. *proprio* Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 2. Cant. Bip. Delph.—846 *amara ci* Mus. B. 2. *blandumque* V. ed. Th. Ra. *est actæque* Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *liquor est* Mus. B. 2.—847 *florum* Gif. Mar. Gryph. Delph. Nard. Bas. marg. Cr. conj. *vorem* dedisse Lucretium affirmat Wakef. Vide Ovid. Epist. xv. 76. *halat* P. Vind. Bodl. O. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. Gif. Par. V. marg. 1. *alat* V. ed. Th. Ra. *halant* reliqui.—849 *Quod* Gryph. Nard. Bas. P. V. ed. Bodl. Ferr. Ald. *hac possis* Th. Ra. *ac deest* V. ed. *potis es* vulg.

NOTÆ

844 *Sterila*] Sterilia. Antiquè enim dicebatur Sterilus, a, um; et Sterilis, e.

Suco jejuna] Sicca, sine humore. Virg. Geor. II. 212. 'Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris,' &c.

846 *Sicut amaracini, &c.*] His 7. vss. triplex memorat unguenti genus, 1. Amaracinum, 2. Myrrhinum, 3. Nardinum. Amaracinum seu sampsuchinum fit ex amaraco et oleo, valetque ad nervos calefaciendos et emolliendos; et adversus serpentes, inquit Plin. XXI. 11. Addit Lucret. VI. 973. infestum esse snibus. 'Sunt et unguenta quædam ab inventorum nomine; ut amaracinum. Nam quidam tradunt regium quendam puerum, Amaracum nomine, quam plurima unguentorum genera ferentem, casu prolapsum esse, et majorem ex commixtione odorem creasse. Unde nunc optima unguenta amaracina dicuntur,' inquit Isidor. IV. 12. Hæc autem decessit ex Servio ad lib. I. Æn. vs. 693. Idem legitur in Clementis pedagogo. Unde adagium vetus illud ortum, quod

usurpat Gell. X. cap. ult. 'nihil cum fidibus graculo: nihil cum amaracino sui.' Nihil enim minus convenit rostro snillo, quam deliciæ ungentariæ: quippe cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Vide Adag. Erasm. fol. 440. 441. Dioscorid. III. Plin. XIII. 1. et XXI. 22. Amaracus autem Gallicè dicitur *marjolaine*. Myrrhinum unguentum, quod et stacta vel stacte dicitur, a verbo Græco *στᾶξεν* 'distillare,' fit ex pinguedine myrrhæ recentis. Nardinum, quod et foliatum vocat Plin. XIII. 1. fit ex nardo et oleo, quibus etiam adduntur myrrha, balsamum, costus, amomum, juneus, et balanus, teste Plinio ibid. Ex hoc autem unguento caput olimungebant Romani. Tibul. II. 2. 'Illius puro distillent tempora nardo.' In his autem conficiendis unguentis opus est oleo præstantissimo, hoc est, inolenti, et quod nullum ex se mittat odorem.

847 *Nectar*] Odorem suavissimum. Ovid. M. IV. 'Profinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit, terraque suo madefecit odore.'

Naturam, nullam quæ mittat naribus auram : 850
 Quam minime ut possit mixtos in corpore odores,
 Concoctosque, suo contactos perdere viro.

Propterea, eadem debent primordia rerum
 Non adhibere suam gignendis rebus odorem,
 Nec sonitum; quoniam nihil ab se mittere possunt 855
 Nec simili ratione saporem denique quemquam,
 Nec frigus, neque item calidum tepidumque vaporem.

Cætera, quæ quom ita sunt tamen, ut mortalia constent,
 Molli lenta, fragosa putri, cava corpore raro,
 Omnia sint a principiis sejuncta, necesse est ; 860
 Immortalia si volumus subjungere rebus

oleat, et quod nullum odorem emittat ad naves: ut quam minime queat inficere ac perimere suo veneno fetido odore, qui miscentur in ejus corpore, et quos coquit et tangit. Idcirco principia rerum non debent omnino afferre ullum suum odorem rebus procreandis, nec vocem; quia non valent emittere quidquam ejusmodi ex seipsis. Nec pari ratione denique debent adhibere ullum saporem, nec frigus, nec similiter vaporem calidum ac tepidum: et alia omnia, quæ quia sunt ejusmodi demum, ut sint nativa, nimirum mollia, flexilia, fractu facilia, putredini obnoxia, et natura rara, oportet ut necessario sint remota a primordiis, si volumus subjicere

possit Mus. B. 1. violentis Mus. B. 2.—850 Natura Cant. quod Delph. emit-
 tat Cant.—852 Coutrectans P. Ald. suo contractus P. V. ed. Ferr. Th. Ra.
 Ald. Bas. marg. contractos O. Cant. V. marg. 1. 2. contactus P. in not. con-
 tractas Vind. Mus. B. 1. 2. 3. serrare et perdere Non. rires Mus. B. 3.—853
 eandem Voss. vet. et L. B. eundem Ferr. Th. Ra. Ald. Vind. Bodl. Mus. B. 1.
 2. 3. tandem P. O. Cant. V. marg. 1. Bas. demum Hav. Bip. Delph.—855
 emittere V. marg. 1.—857 calorem et Delph. vaporem et Hav. Bip.—858 quæ-
 cumque Vind. V. ed. Ferr. Mus. B. 1. Th. Ra. quæque P. Ald. sint P. in not.
 tandem Hav. Bip. Delph.—859 Mollia Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas.
 P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. putricana Mus. B. 2.
 putricava Ferr. V. ed. Th. Ra. Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Bas. P. Bodl.
 Vind. Mus. B. 3. Cant. rara P. Gif. Par. Gryph. Delph.—860 a deest Voss.

NOTÆ

850 *Auram*] Afflatum odoris: odo-
 rem.

852 *Viro*] Veneno: tetro factore.
 ‘Virus’ autem jam habet casus, nomi-
 nativum, accusativum, et vocati-
 vum: olim vero toto singulari nume-
 ro declinabatur, sicut ‘vulgus’ et ‘pe-
 lagus.’

859 *Fragosa*] Dividua, secabilia. A
 verbo ‘frangere.’

Putri, cava [*Putricava*] Putredini

obnoxia. Gifan. *putria*. Idem. Sic
 vss. 897. 927.

Corpore raro [*rara*] Qualia sunt cor-
 pora spongiosa, minime densa. Res
 enim minus dense sunt magis ob-
 noxiæ corruptioni. Alii *corpore raro*,
 supp. cava: ita ut vox putricava, non
 una, sed duplex sit, putri, et cava; quæ
 quasi putri et raro corpore cava. Mi-
 nus probata lectio.

Fundamenta, quibus nitatur summa salutis :

Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.

Nunc ea, quæ sentire videmus quomque, necesse est,

Ex insensilibus tamen omnia confiteare 865

Principiis constare: neque id manifesta refutant,

Nec contra pugnant, in promptu cognita quæ sunt ;

Sed magis ipsa manu ducunt, et credere cogunt,

Ex insensilibus, quod dico, animalia gigni.

Quippe videre licet, vivos existere vermeis 870

Stercore de tetro, putorem quom sibi nacta est,

Intempestivis ex imbris humida, tellus.

Præterea, cunctas itidem res vortere sese :

rebus gignendis fundamina æterna, quibus tota rerum conservatio innitatur, ne scilicet res cunctæ revertantur tibi penitus ad nihilum. Jam vero oportet ut necessario fatearis eas res omnes, quas cernimus habere sensum, fieri tamen ex primordiis, quæ careant sensu; neque res claræ, quæ nobis notæ sunt in aperto, refellunt istud aut etiam impugnant: verum potius ipsæ ducunt nos quasi manu, et faciunt credere istud, quod doceo, nempe animalia generari ex rebus, quæ carent sensu. Namque cernere est virentes vermes oriri de fetido excremento, ubi terra madida contraxit sibi putredinem ex pluviis non opportunis. Deinde videre est similiter ceteras res mutare sese invicem. Namque v. g. flumina, folia, et pas-

vet. sunt Bip.—864 *videmus cuncta* Mus. B. 1. O.—865 *insensibilibus* Ferr. V. ed.—866 *reputant* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. *repugnant* O. Mus. B. 1. V. marg. 1.—869 *duco* P. Ald. Bas. marg.—871 *putrorem* Bodl. Voss. L. B. Bip. Hav. Delph.—873 *in idem* P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald.

NOTÆ

862 *Fundamenta, &c.*] Sic enim probatum est i. 574. et seqq.

Summa salutis] Salus, et vita rerum. Sic iv. 509.

863 *Ne tibi res, &c.*] Hic vs. multoties repetitur apud Lucretium. Supra vss. 751. 755. i. 674. 791. &c.

864 *Nunc ea, quæ sentire, &c.*] His 158. vss. aliam jam ab atomis etiam affectionem, seu qualitatem, quam dicimus, conatur arcere Lucretius; docetque atomos omnis sensus esse expertes, quamvis ex iis generentur sensilia, et animalia. Hanc autem doctrinam variis confirmat exemplis, argumentisque astruit. Sed de his sigillatim. Itaque his 9. vss. prioribus probat i. ab experientia sensilia

gigni ex insensilibus. Vermes namque, inquit, vivi oriuntur e stercore, eque putridis terræ glebis.

Quomque [*Cunque*] Tmesis vocis quæcunque.

870 *Quippe videre licet, &c.*] Sic etiam apes nascuntur ex vitulo suffocato, et putrefacto, ut ait Virg. Geor. iv. Et Ovid. M. xv. Et Fast. i. 'Fervent examina putri De bove: mille animas una necata dedit.' Sic Diod. i. initio tradit mures magnos certis temporibus in agro Thebano ex terræ glebis solitos nasci, qui vastarent omnia.

872 *Intempestivis*] Non opportunis, extra tempus cadentibus.

873 *Præterea, cunctas itidem, &c.*]

Vortunt se fluviei in frondeis, et pabula læta
 In pecudes ; vortunt pecudes in corpora nostra 875
 Naturam; et nostro de corpore sæpe ferarum
 Augescunt vires, et corpora pennipotentum.
 Ergo omneis natura cibos in corpora viva
 Vortit, et hinc sensus animantium procreat omneis :
 Non alia longe ratione, atque arida ligna 880
 Explicat in flammas, et in igneis omnia vorsat.

Jamne vides igitur, magni primordia rerum
 Referre in quali sint ordine quæque locata,
 Et conmixta quibus dent motus, adcipiantque ?
 Tum porro, quid id est, animum quod percutit ipsum, 885

cua grata mutant se in pecora: et pecora mutant naturam suam in nostra corpora: et plerumque vires belluarum, et corpora alituum crescunt de nostro corpore. Igitur natura mutat omnia alimenta in corpora viventia, et inde generat cunctos sensus animalium; haud absimili fere modo, quam resolvit in ignes sicca ligna, et vertit res cunctas in flammas. Nonne ergo jam cernis permagni interesse in quali ordine singula principia rerum posita sint? et cum quibus principiis mista sint, quos motus reddant, aut recipiant? At vero quidnam illud est, quod ferit ipsam tuam



Mus. B. 1. 2. 3.—874 *et frondes* Par. Cont. *in deest* Hav. Bip. Delph.—877 *in corpore* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. V. marg. 1. *et corpore* P. in not.—879 *Verticet* Ferr. V. ed. Mus. B. 1. *hic* Mus. B. 2.—880 *lingua* Mus. B. 2.—881 *in deest* Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. *visat* Mus. B. 2.—883 *Referri* V. ed.—885 *quod* Bas. marg.

NOTE

His 12. vss. probat II. ab experientia sensilia gigni ex insensilibus. Observamus enim res cunctas, veluti quodam circulo, cedere in mutuum alimentum, et in mutuam vitam. Sic v. g. fluvii, frondes, et gramina cedunt in vitam pecudum : pecudes in vitam hominum : homines in vitam ferarum, et volucrum. Igitur res insensiles cedunt in alimentum, et in vitam rerum sensilium et animalium. Rem illustrat comparatione. Haud secus, inquit, ac ligna cedunt et vertunt se in ignem.

874 *Vortunt se fluviei, &c.*] Sic 1. 251. et seqq.

875 *Vortunt pecudes in corpora nostra*] Cum earum carne vescimur.

876 *Nostro de corpore . . . Augescunt, &c.*] Cum a feris devoramur. Sic v. 989.

877 *Pennipotentum*] Avium, volucrum.

882 *Jamne vides igitur*] Hi 3. vss. positi sunt supra vs. 759.

885 *Tum porro, quid est, &c.*] His 16. vss. objectionem præoccupat et solvit. Percunctatur igitur auditorem, quæ causa sit cur sententiæ huic propositæ libere non assentiat ac veluti manus det ; nimirum cur nolit credere ex iis, quæ sensu carent, tamen animalia generari. Forsan, inquit, quia neque ligna, neque lapides, neque terra simul mixta non reddunt sensum vitalem. Respondet autem

Quod movet, et varios sensus expromere cogit ;
Ex insensilibus ni credas sensile gigni ?

Nimirum, lapides, et ligna, et terra, quod una
Mixta tamen nequeunt vitalem reddere sensum ;
Illud in hiis igitur foedus meminisse decebit, 890

Non ex omnibus omnino, quæquomque creant res,
Sensile, et ex templo me gigni dicere sensus :
Sed magni referre, ea primum quantula constant,
Sensile quæ faciunt, et qua sint prædita forma ;
Motibus, ordinibus, posituris denique, quæ sint ; 895

mentem? quid turbat te? et quid facit ut proferas diversam opinionem, ne putes sensitivum generari ex rebus, quæ careant sensu? Scilicet quia saxa, et ligna, et tellus simul commixta non possunt tamen referre sensum vitæ. Conveniens erit ergo recordari istud pactum in hisce rebus, nempe me non docere res sensiles et sensus ipsos subito generari ex omnibus prorsus primordiis, quæ generant res cunctas: sed permagni interesse primo quam quantitatem illa habeant, quæ creant rem sensilem, et qua forma constant; denum quibus motibus, ordinibus, et disposi-

//////////

idem Mus. B. 2.—886 exponere Mus. B. 2.—887 insensibili Priscian. insensibilibus Ferr. V. ed. nisi Nard. Bas. ne Hav. Delph. nec Mus. B. 2. nasci pro gigni P. Ald. Priscian. Mus. B. 3.—889 Muta tamen Cant. virtutem r. sensus Gassend.—890 foedus: sic Voss. L. B. Lamb. Ferr. Th. Ra. V. ed. sedus Voss. vet. sed sedulus superscr. rebus Gryph. Nard. Fab. Bas. P. Cr. in not. decebat Cant.—892 Sensibile V. ed. Sensilia P. O. Vind. fr. Cant. et omisso. et templo Cant. templo Vind. Mus. B. 1. 2. me gigni Mus. B. 2. progigni Mus. B. 1. sensu Cant. S. progigni extemplo producere s. Codd. Flor.—893 constet Mus. B. 2.—894 Sensibile V. ed.—895 quæ sint Fab. conj. Creech. cum

NOTÆ

Lucretius non eam sibi mentem esse, ut credat ea, quæ rem sensilem generant, extemplo et confestim per se generare: sed magni referre qua positura, quo ordine, qua figura, quoque motu sint prædita. Neque enim, v. g. lapides, ligna, et terra simul mixta generabunt confestim animalia, ac sensilia, donec accedente putredine atomi ipsæ dissocientur, novoque ordine, nova positura, novoque motu sint aptæ ad animalium generationem. Importune quippe et opportune passim prædicat has atomorum varias disposituras, figuras, motus, ordines ad varias rerum generationes.

Animum] Supp. tuum, o Memmi: vel, cujusvis auditoris.

886 *Varios sensus expromere]* Alia esse sententia: in varias abire sen-

tentias: in contrariam opinionem distrahi.

887 *Insensilibus]* Alii, *insensibili*. Utrumque bene; dicitur enim Latine insensile, et insensibile.

Ni [Ne] Alii *ni*, vel *nisi*.

889 *Vitalem]* Vita præditum, sensilem. Sic III. 528.

890 *Fædus]* Conditionem, pactum: vel hypothesim, ut aiunt.

893 *Sed magni referre, &c.]* Sic vss. 759. 882. &c.

Quantulu] Qua magnitudine prædita.

894 *Prædita]* Sic vss. 336. 608. 722. 757. 813. &c. ubi hæc carmina posita sunt.

895 *Quæ [Quæis]* Quibus. Alii, *quæ*, male.

Quarum nihil rerum in lignis, glebisque, videmus :
 Et tamen hæc, quom sunt quasi putrefacta per imbreis,
 Vermiculos pariunt; quia corpora materiali,
 Antiquis ex ordinibus permota nova re,
 Conciliantur ita, ut debent animalia gigni. 900

Deinde, ex sensilibus quom sensile posse creari
 Constituunt, porro, ex aliis sentire sueti,
 Mollia confaciunt : nam sensus jungitur omnis
 Visceribus, nervis, venis, quæquomque videmus
 Mollia mortali consistere corpore creta. 905

Sed tamen esto jam, posse hæc æterna manere :

turis disponantur. Quarum omnium rerum nihil cernimus in lignis aut in glebis terræ. Et tamen, ubi hæc resoluta sunt per pluvius, generant parvos vermes, eo quod prima rerum semina percita re nova ex veteribus suis disposituris cœunt eo modo, quo animalia debent generari ex iis. Secundo, qui ceusent rem sensilem posse generari ex sensilibus rebus tantum, quæ scilicet consueverunt etiam esse sensiles ex aliis sensilibus, ii, inquam, tunc statuunt primordia mollia; namque sensus omnis attribuitur præcordiis, nervis, venis, quæ omnia cernimus esse mollia, et esse concreta ex nativo corpore. Verum concedatur etiam hæc omnia posse

sunt P.—896 videtis V. marg. 1.—897 sint P. V. ed. O. Th. Ra. Ald.—899 novure P. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald.—901 Denique O. Denique principii qui Creech. qui Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. Cout. V. marg. 1. quod Mus. B. 2. 3. sensibile V. ed.—902 succi V. ed. suetis Lamb. et alii.—903 tum faciunt Hav. Bip. Delph. quum faciunt Gif. Par. Bas. marg. P. V. marg. 1. cum f. Voss. vet. et L. B. quæ f. Gryph. Nard. Mar. Bas. gignitur omnis Gassend.—905 corpora Mus. B. 1. certa Mus. B. 2.—908 similia Hav. Bip.

NOTE

897 *Hæc*] Ligna et glebæ.
 898 *Corpora materiali*] Atomi.
 900 *Ita, ut debent*] I. e. eo modo, quo debent. Hinc male alii, *ut debent*.
 901 *Deinde, ex sensilibus, &c.*] His 5. vss. probat III. ex insensilibus sensilia generari; quia si ex sensilibus sensilia generarentur, sane rerum principia essent mollia. Quod enim sensile est, molle est: qualia sunt viscera, venæ, nervi, et cetera, quæ in animalibus sensu potiuntur. Sin autem mollia feceris rerum principia, igitur et mortalia erunt. Quod nec esse, nec posse esse probatum est lib. I. Argumentatur autem præcipue adversus Platonem et Anaxagoram,

quorum ille astruxit omnia esse animata et sensilia: hic vero voluit omnia ita esse in omnibus, ut partes rerum insensiles sint sensilibus permixtæ. Sicque crediderunt ii, et eorum assectæ sensilia generari ex sensilibus.

Quom [qui] Bene. Alii *cum*; minus recte.

902 *Ex aliis sentire sueti*] I. e. ex sensilibus.

903 *Confaciunt [tum faciunt]* Benc. Alii, *quæ*.

906 *Sed tamen esto, &c.*] His 12. vss. probat IV. ex insensilibus creari posse sensilia. Utitur autem dilemmate, vel cornuto, quod vocant, argumento. Sic ergo argumentatur: Etiam si cou-

Nempe tamen debent aut sensum partis habere,
Aut simileis totis animalibus esse putari.

At, nequeant per se partes sentire, necesse est ;

Namque alios sensus membrorum respuit omnis: 910

Nec manus a nobis potis est secreta, neque ulla

Corporis omnino sensum pars sola tenere.

existere immortalia: nimirum tamen debent vel habere sensum alicujus partis, vel credi esse paria totis animalibus. Sed ponamus ut partes non possint per seipsas nec existere, nec sensibiles esse; etenim hæc res postulat omnes alios sensus aliorum artuum: neque manus v. g. separata seorsum, nec ulla alia una pars corporis

Delph. *putarim* Gryph. P. Ald.—909 *Aut* P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. *nec esse* Hav. Bip. Delph. *nec esset* Gryph.—910 *alius* Vind. fr. Voss. vet. *aliūm* Hav. Bip. *res petit* Hav. Gif. Par. Delph. Cout. Cr. Gassend. *omneis* P. Ald. *omnium* Bip.—911 *Nec magnus* Mus. B. 1.—912 *Corporum* V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. *neque omnis* Mus. B. 2. *sensu* Cant. *sen-*

NOTÆ

cederem has res, puta nervos, venas, viscera, &c. quibus sensus tribuitur, non mortales esse, sed æternas: tamen vel sensum habebunt partis, hoc est, talem qualem pars aliqua totius animalis habet: vel habebunt sensum totius animalis. Atqui non possunt habere sensum partis, quia pars animalis a toto animali secreta non sentit: v. g. manus recisa a corpore nullum habet sensum. Sin autem habebunt sensum totius animalis, igitur mortales erunt, quia animal est totum aliquod, omne autem animal mortale est. Validum sane argumentum. Si enim dixeris terram, v. g. ligna, aquam, et cetera, quæ in animalia vertuntur, jam esse antea sensilia et animata; frustra igitur et inepte res cunctæ dividuntur in animatas et in inanimatas. Sin autem dixeris pariter, terram, ligna, aquam, et cetera, quæ in animalia vertuntur, vivere, et sentire, quia ex iis res viventes et animatæ fiunt: principium, ut aiunt, sumes, hoc est, quæstionem pro argumento; quæritur enim cur res quæ insensiles sunt, qualis est

terra, aqua, et cetera, in quibus nullus sensus percipitur, nec visus, nec auditus, nec alius, generant tamen res sensu præditas.

Hæc] Viscera, nervos, venas, &c. vel ea, quæ Plato et Anaxagoras statuunt principia rerum sensilium.

908 *Simileis [similia] totis*] Sic vs. 913. ‘Ut totis animalibus adsimilentur.’ Porro in voce ‘similia’ duæ ultimæ vocales ‘ia’ in unam coeunt longam syllabam.

909 *At, nequeant*] Supp. ponamus ut. Hi vs. repetuntur III. 553. 634. saltem quoad sensum.

910 *Namque alios sensus, &c.*] Sic in hunc locum restituendus est hic versus. Reddit enim rationem poëta, cur pars secreta a toto animali sentire non possit. Male ergo Lambinus posuit eum post duos vs. seqq. legendumque putat: *Namque alium sensus membrorum respuit omnes.*

Respuit [res petit]] Supp. hæc: i. e. totum id, de quo agitur: totum animale, totum vivens; res, quæ sensum habeat.

Linquitur, ut totis animalibus adsimilentur;
 Vitali ut possint consentire undique sensu.
 Qui poterunt igitur rerum primordia dici, 915
 Et leti vitare vias, animalia quom sint,
 Atque, animalibus in mortalibus, una eademque ?

Quod tamen ut possint, ab cœtu concilioque
 Nihil facient præter volgum turbamque animantum ;
 Scilicet, ut nequeant homines, armenta, feræque, 920
 Inter sese ullam rem gignere conveniundo.
 Sic itidem, qua sentimus, sentire necesse est.

potest in nobis prorsus possidere sensum. Restat igitur, ut partes cunctæ corporis similes sint totis animantibus, ut queant ex omni parte simul habere sensum vitæ. Quomodo ergo poterunt dici principia rerum, et evitare vias mortis, quoniam sunt animalia, et quoniam sunt unum et idem cum animantibus morituris? Quamvis autem possent istud esse, tamen nihil aliud efficient per conventum et congregationem, quam confusam gentem et multitudinem animalium. Nimirum ita ut homines, pecudes, et belluæ feroces non possint cœundo inter se per res Veneris generare rem aliam, præter homines, pecudes, et belluas feroces. Quod

sus Mns. B. 2. pars ulla V. marg. 1.—913 *animantibus* Vind. Mus. B. 3. Cant. V. marg. 1. Ferr.—917 *animabus* Cant. in Voss. L. B. Cant. id O. Mns. B. 1. sint P. Ald. Bip. Hav. Delph. sed omnino abest Vind. V. ed. Voss. vet. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—918 *Quid* V. ed. *coitu* P. Bas. marg. V. ed. *eo ortu* Mus. B. 1. *ortu* O. Mns. B. 2. V. marg. 1. *co ratu* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. *concretu* V. marg. 1. *eortu* V. marg. 3. *cortu* Cant.—919 *animatum* V. ed.—921 *se* Mns. B. 1.—922 *Sicuti denique* Bodl. Voss. vet. et L. B. H. vs. deest Gif. Par. Cout. Bas. P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. hujus tamen loco substituitur vulg. *Per Veneris res, extra homi-*

NOTÆ

917 *Animalibus* [*animalibu'*] Animalibus, demta litera s, ut syllaba corripiatur.

918 *Quod tamen ut possint, &c.*] His 5. vss. probat v. sensilia generari ex insensilibus. Argumentatur autem ex datis etiam et concessis, quæ jam superiori argumento negavit. Scilicet: Etiamsi, inquit ille, concederem principia, ex quibus animalia fiunt, esse animalia simul et immortalia: tamen tunc nullum fieret animal, quale jam cernitur: sed acervus quidam et vulgus multorum minorum animalium simul congregatum. Sicut enim jam per vias generationis homo non generat nisi hominem, pecus nisi pecudem,

fera nisi feram; ita turba illa principiorum, quæ animalia forent, nihil aliud generarent per cœtum et concilium, quam turbam et acervum animalium; non autem certum animalium genus, quale nunc visitur.

Ut] Quamvis. Vel supp. esto, ut possint, &c.

Ab cœtu] Per concilium.

919 *Volgum turbamque*]. Confusam congeriem, qualis est acervus tritici.

920 *Ut*] Ita ut. Alii, *ut nequeant*, id est, sicut nequeant.

922 *Sic itidem* [*Per Veneris res*] Per vias generationis. Sic vss. 173. 437.

Quod, si forte suum dimittunt corpore sensum,
 Atque alium capiunt; quid opus fuit adtribui id, quod
 Detrahitur? Tum præterea, quo fugimus ante, 925
 Qua tenus in pullos animaleis vortier ova
 Cernimus alituum, vermeisque ecfervere, terram
 Intempestivos quom putor cepit ob imbreis;
 Scire licet gigni posse ex non sensibus sensus.
 Quod, si forte aliquis dicet, dum taxat oriri 930

si forsân deponunt sensum suum e suo corpore, et assumunt alium, quid necesse fuit dari iis id, quod demitur? Deinde etiam (quod supra negando carinus), quoniam videmus ova avium mutari in pullos vivos; et vermiculos exire supra terram, ubi putredo occupavit terram propter pluvias cadentes extra tempus: hinc cognoscere est sensus generari posse ex insensilibus. Sed si quis forsân dixerit

nes, armenta, ferasque.—923 demittunt P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Mus. B. 2. 3.—924 rapiunt Mus. B. 2. adtribui id, quod Voss. vet. et L. B. id deest vulg.—925 Dum P. V. ed. Th. Ra. Ald. præterea est P. Gryph. figimus Creech.—927 offervere Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3.—928 Intempestivus P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. quem V. ed. Voss. vet. et L. B. Vind. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. qua Cant. quam Vind. fr. putor P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. putror vulg. ab Mus. B. 2.—929 et non Mus. B. 1. sensibilibus V. ed. sensilibus Mus. B. 3. sensile P. Mus.

NOTÆ

923 Quod, si forte suum, &c.] His 7. vss. occupat et solvit objectionem, ejus solutio vim et locum tenet VI. argum. Si quis, inquit, dixerit, prima rerum principia, cum ad rerum sensilium generationem conveniunt, deponere suum, quem habent, sensum; resumere vero postea; sane id frustra fieri dicet. Cur enim principii tribuere, quod ipsis dematur? Deinde ergo jam res sensiles fient ex non sensilibus; quod antea negabatur.

925 Quo fugimus ante] Nempe negando sensilia generari ex insensilibus; puta vermes ex putribus glebis, lignis, &c. vs. 866. et seqq. ne scilicet res manifestæ repugnaret evidentiae.

926 Vortier] Pro verti, poetice.

927 Ecfervere] Tertiæ conjugationis, effervo, is. Sic vs. 41. fervere. Vermes autem effervere dicitur ele-

ganter, pro vermes exundare, exoriri, existere e terra. Sic autem non male quidam legunt et interpungunt: vermesque effervere terram, Intempestivos quas putror cepit ob imbres.

929 Ex non sensibus [sensibu'] Ex non sensibus, i. e. ex insensilibus. Alii, ex non sensile, i. e. ex non sensili.

930 Quod, si forte aliquis, &c.] His 13. vss. præoccupat et solvit alteram objectionem, ejus solutio VII. argumenti locum tenet. Si quis igitur, inquit, dixerit, sensus quidem posse generari ex insensilibus principii, ea tamen conditione et ratione, ut ea insensibilia principia prius mutata fuerint, et paulatim in sensum perfecta fuerint, eo fere modo, quo fœtus ab initio grandescit, extenditur, et animatus tandem, et sensibus præditus editur: is sane rem loquitur repugnantem evidentiae manifestæ. Ne-

Posse a non sensu sensus, mutabilitate,
 Ante, aliquo tamquam partu, quam proditur extra ;
 Huic satis illud erit, planum facere, atque probare,
 Non fieri partum, nisi concilio ante coacto ;
 Nec quidquam conmutari sine conciliatu 935
 Principiom ; nequeunt ullius corporis esse
 Sensus ante ipsam genitam naturam animantis :

sensus nasci quidem ex re non sensili, per aliquam mutationem, quæ facta fuerit antea, quasi aliquis factus, qui foras editur, sufficere manifestum facere, et ostendere huic homini non generari rem aliquam, nisi prius cætu principiorum conciliato ; neque rem ullam mutari sine concilio primordiorum, ita ut nullius corporis sensus possint existere, antequam natura ipsa animalis generata sit. Scilicet quo-

B. 1. Cant. Gryph. Nard. Mar. Bas. V. marg. 1. Ferr. Ald. *sensibile* O.—931 *Posse ex* Mus. B. 2. 3. Hav. Bip. Delph. *ea* reliqui sed in Voss. vet. corr. in *a. sed sensus mobilitate* P. in not. Gryph. Nard. Bas. V. marg. 1. *sed deest* Par. *sensus sed mobilitate* alii.—932 *Aut* Gif. Par. Gassend. Turneb. Adv. v. 26. Voss. vet. et L. B. *aliqua tangi* P. in not. *partum* P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *quam* Voss. vet. et L. B. *quod* reliqui. *proditur* P. O. Mus. B. 1. Cant. *proditum* reliqui.—933 *Hinc* Cant.—934 *nec consilio* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—935 *conmutari quidquam* Voss. vet. et L. B. Vind. Bodl. Vind. fr. *conuitare* Mus. B. 2. *coagmentari vel commentari* Muret.—936 *Principio* Gryph. Nard. Bas. P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. *Principium* Gif. Par. Delph. Cont. Lamb. Gassend. Creech. *Primorum ut* Hav. Bip. *ut nequeant* Delph.—937 *Sensum* V. ed. Th. Ra. *Sensu* Voss. vet. et L. B. *ante lesam* V. ed. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. *lesam* Vind. Mus. B. 1. 2. 3. *animantum* P. V. ed. Th. Ra. Ferr. Ald.—

NOTE

que enim aliquid mutatur, nisi prius principia congressa fuerint et conciliata ; neque pariter aliquid generatur, nisi principiorum cætu et concilio. Igitur sensus naturæ animantis non possunt generari prius, quam ipsa natura animans generetur. Namque principia ex quibus et ipsa natura animans, et ipsius sensus generari debent, vagantur ubique, v. g. in aëre, in fluviis, et in aliis rebus in terra creatis. Ergo prius conciliari debent, quam quidquam generetur. Ubi vero conciliata sunt, non statim quemvis sensum generant, sed convenienti modo coire et conciliari debent ad vitales sensus. Hoc quippe totum pendet ab eorum certa dispositione, figura, motu, &c. ut dictum est supra vss. 882. not. Hic sane lo-

cus difficillimus est ; hinc alii aliter legunt hos seqq. versus : alii enim : *Posse ea non sensu, sensus mutabilitate Aut aliquo tanquam partu, quod proditur extra.* Alii : *Posse ex non-sensu sensus mutabilitate, &c.* Alii : *Posse ex non-sensu semper : sed mobilitate Ante aliqua tangi partum, quam proditur extra.* Alii : *Posse ea non sensu : sensus sed mobilitate, &c.*

931 *A* [ex] non sensu] Ex insensibili ; sic vs. 929. 'ex non sensibus.'

932 *Partu* [partum] Res parta, res genita : fetus. Sic vs. 934.

Proditur extra] Foras editur : in lucem profertur.

936 *Principiom*] Principiorum ; i. e. atomorum. Alii legunt *primorum* : alii *principio* ; ut patet.

Nimirum, quia materies disjecta tenetur
 Aëre, fluminibus, terris, terraque creatis ;
 Nec, congressa modo, vitaleis convenienteis 940
 Contulit inter se motus, quibus omne tuentes
 Adcensei sensus animantium quamque tuentur.

Præterea, quam vis animantem grandior ictus,
 Quam patitur natura, repente adfligit, et omneis
 Corporis atque animi pergit confundere sensus : 945
 Dissoluuntur enim posituræ principiorum,
 Et penitus motus vitales inpediuntur ;
 Donec materies, omneis concussa per artus,
 Vitaleis animæ nodos e corpore solvit,

niam principia rerum dispersa feruntur in aëre, in fluviis, in terris, et in rebus in terra genitis: neque conciliata ratione apta reddiderunt inter se motus, qui valent ad ritum, et quibus apte sensus ipsi quasi inflammati conservant quamlibet naturam animale. Deinde major plaga, quam natura ferre potest, subito rexat quamlibet naturam animalis, et perseverat perimere omnes sensus corporis et animæ: namque positiones omnes primordiorum disjiciuntur, et motus omnes vitæ omnino comprimuntur, usquedum primordia percussa per tota corporis membra resolvunt e corpore vincula vitulæ ipsius animæ, et

938 *materia disjecte* Mus. B. 1.—939 *flummaque creatis* P. et vulg. edd. *creata* Bodl. Voss. vet.—940 *convenienti* Lamb. Hav. Bip. Delph.—941 *omnituentes* vulg. *convenienter* Delph. *convenientes* Bodl.—942 *Accensu* P. *animantium* P. V. ed. *animantem* reliqui.—943 *quemvis* P. Bodl.—947 *ingrediuntur* Delph.—948 *confusa* Mus. B. 2.—949 *nodos a* Voss. vet. Vind. fr. Cant. Bas. V.

NOTÆ

938 *Materies*] Primordia, atomi.

939 *Terraque creatis*] I. e. in rebus, quæ sunt in terra. Alii, *terraque creata*, h. e. terrena creatura. Idem sensus.

941 *Omne tuentes* [*convenienter*] Apte, idonee. Alii *omnituentes*, quasi omnia servantes, sicut dicitur passim terra omniparens: capra omniscarpa: feræ montivagæ, &c. minus laudata lectio.

942 *Adcensei sensus*] I. e. animati sensus. Metaphora ducta ab igne juxta Platonis mentem, qui censuit animas esse igneas. Sicitiam loquitur poëta vs. 957. et III. 337.

943 *Præterea, quam vis animantem,*

&c.] His 10. vss. nihil aliud in animo habet Poëta, quam ut evincat, non nisi post atomorum conciliatum, fieri sensum in animantibus, cum ad earum dissolutionem sensus omnis in animantibus labefactetur et pereat. Quippe ubi major plaga advenit, repente affligit, et interimit totos sensus in animante. Plaga autem seu ictus nihil aliud in animante agit, quam ut atomos dissolvat. Dissolutio igitur atomorum interitus est sensuum. Ac proinde a contrariis, ut aiunt, conciliatus atomorum generatio est sensuum.

945 *Confundere*] Interimere, extinguere, perdere.

948 *Materies*] Atomii.

Disparsamque foras per caulas eicit omneis. 950

Nam quid præterea facere ictum posse reamur
Oblatum, nisi discutere, ac dissolvere, quæque?

Fit quoque, utei soleant, minus oblato acriter ictu,

Reliquiæ motus vitalis vincere sæpe ;

Vincere, et ingenteis plagæ sedare tumultus, 955

Inque suos quidquid rursus revocare meatus ;

Et quasi jam leti dominantem in corpore motum

Discutere, ac pene amissos adendere sensus.

Nam, qua re potius leti jam limine ab ipso

Ad vitam possint, conjecta mente, reverti ; 960

expellunt ipsam extra corpus et disjiciunt eam per cunctos meatus corporis. Etenim quid aliud insuper putamus plagam inflictam efficere, nisi concutere, et disjungere cuncta? Accidit etiam ut, plagam minus vehementer inflictam, reliquiæ motus animalis consuescant posse superare, superare, inquam, et composescere etiam magnos impetus ictus; et reducere iterum cuncta in sua foramina; et dissipare etiam impetum mortis, qui jam quasi superat in ipso corpore, et inflammare sensus, qui sunt fere perditum. Namque cur sensus jam in ipsa janua mortis queant magis redire ad vitam, anima ipsa revocata in unum, quam progredi, quo fere jam om-

//////////

marg. 1. *nodoso* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—950 *Adpersam* V. ed. *Aspersam* Cant. *per cavas* V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1. *per curias* Vind. Mus. B. 3. Cant. *quærias* Vind. fr. *ejicit* vulg. *deicit* O.—952 *et dissolvere* Cant.—953 *oblata* Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. V. marg. 1.—954 *Reliquias* O. Ferr. *Relique* V. ed. Th. Ra. *Reliqui* Vind. Bodl. Vind. fr. Voss. L. B.—955 *ingenitos* Voss. vet.—956 *quicquam* V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. P.—959 *lumine* V. ed. Th. Ra. Cant. *in ipso* Delph.—

NOTE

950 *Per caulas*] Per foramina, per meatus, per poros corporis: vs. 956. Sic loquitur III. 703. IV. 621. VI. 839. ‘Canlæ autem a cavo dictæ sunt,’ inquit Festus. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antro claudabantur.

953 *Fit quoque, utei, &c.*] His 9. vss. rem adhuc explicat, docetque ictu et plaga sensum in animantibus interire, si modo ictus acriter oblatus sit: sin autem minus acriter fuerit inflictus, hinc fit plerumque, ut animalia non moriantur, neque sensus in iis penitus extinguantur; quia reliquiæ sensuum et vitæ, etiam in ipso leti limine, superant exitalem illum ic-

tum, seu mortis motum; et pæne extinctos vitæ sensus iterum accendunt, collecta tota anima, quæ jam ex membris abire cœperat.

954 *Reliquiæ motus vitalis*] Bene. Cum enim dolet animal, aut ictu pulsum est, vix usum sensuum habet. Sic III. 657.

956 *Quidquid*] Omnes vitales sensus.

958 *Adendere*] Animare; sic vs. 942. metaphora est.

960 *Conjecta [conlecta] mente*] Collecta anima: quasi dissipatis animæ partibus in suum locum coactis et reductis. Cic. IV. Tusc. Q.

Quam, quo decursum prope jam siet, ire et abire ?

Præterea, quoniam dolor est, ubi materiai
 Corpora, vi quadam per viscera viva, per artus,
 Solicitata, suis trepidant in sedibus intus ;
 Inque locum quando remigrant, fit blanda voluptas ; 965
 Scire licet, nullo primordia posse dolore
 Tentari ; nullamque voluptatem capere ex se ;
 Quandoquidem non sunt ex illis principiorum
 Corporibus, quorum motus novitate laborent,
 Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ : 970
 Haud igitur debent esse ullo prædita sensu.

Denique, utei possunt sentire animalia quæque,

nino itum est, et exire omnino extra corpus? Accedit quod, cum dolor sit, ubi semina rerum permota quadam violentia per præcordia viventia, et per membra corporis concutuntur intrinsecus in suis locis: et cum redeunt in suam sedem, jucundu voluptas reddatur; cognoscere est principia nullo dolore posse affici, nullamque pariter ex seipsis percipere voluptatem; siquidem non constant ex aliquibus corporibus primordiorum, quorum motiones vexentur ob aliquam mutabilitatem: vel recipiant aliquod commodum summæ voluptatis. Non debent ergo habere aliquem sensum. Postremo, si reddendus est quoque sensus primordiis animantium,

960 *conlecta* Lamb. Hav. Bip.—961 *discursum* V. ed. *decurso* Mus. B. 3. *si et* V. ed. *sinct* O. Ferr. Mus. B. 1. *sciret* Mus. B. 2. *sit et* Delph.—963 *corpora,* in Cant. *quadam ubi* Mus. B. 2.—964 *sensibus* Mus. B. 2.—965 *remigrat* Ferr. V. ed. Th. Ra.—968 *ex illis* Mus. B. 2. P. Gif. Par.—970 *capiet* O.—971 *Aut* V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. *debet* O.—972 *possunt* P. V. ed. Mus. B. 3.

NOTÆ

961 *Siet* [*sit, et*] Ita legendum. Alii *siet*, pro *sit*.

Abire] Mori. Fest. abitionem anti-qui mortem dicebant. Sic Lucret. III. 527. 'ire' pro mori dixit.

962 *Præterea, quoniam, &c.*] His 10. vss. probat VIII. sensus non inesse atomis; argumentumque repetit ex dolore et voluptate; quorum ille fit ac sentitur, cum atomi per viscera et per artus intus concussæ trepidant, et quasi e sede dimoventur: hæc vero percipitur, cum eadem atomi revocantur aut remeant in suam sedem. Atqui atomi non constant ex iis aliis corporibus primis, quæ concuti possint aut ad dolorem, aut ad voluptatem; cum simplicia sint corpora.

Igitur neque dolore tentari, neque voluptatem capere ex se possunt atomi; ac proinde sensu omni carent.

Materiai Corpora] Atomii.

964 *Solicitata*] Tentata, pulsa, vexata, percussa: de loco suo permota.

969 *Novitate*] Mutabilitate, aut mutatione nova. Dum scilicet e sede sua moventur intus per membra.

970 *Dulcedinis almæ*] Summæ voluptatis. De voce 'alma' vide notas, quas fecimus ad vs. 2. lih. 1.

972 *Denique, utei possint, &c.*] His 18. vss. probat IX. atomos carere omni sensu. Scilicet id confirmat ex absurdis, quæ sequerentur, recteque argumentatur. Si enim, inquit, atomi prædita sunt sensu, ad hoc ut ex

Principiis si jam est sensus tribuendus eorum ;
 Quid ? genus humanum proprium de quibus auctum est,
 Scilicet et risu tremulo concussa cachinnant, 975
 Et lacrumis spargunt rotantibus ora, genasque ;
 Multaque de rerum mixtura dicere callent,
 Et, sibi propono quæ sint primordia, quærunt :
 Quandoquidem totis mortalibus adsimilata,
 Ipsa quoque ex aliis debent constare elementis ; 980
 Inde alia ex aliis, nusquam consistere ut ausis.
 Quippe equar, quodquomque loqui ridereque dices,
 Et sapere, ex aliis eadem hæc facientibus, ut sit.

ut cuncta animalia queant habere sensum, quid? peto igitur ex quibusnam principiis concretum est proprie genus hominum? Nimirum, et ipsa icta risu trepido rident? Et perfundunt fletibus irriguis cultum et malus? Et scient dissereere plura de rerum permixtione? Et scrutantur longius etiam quam sibi ipsis sint principia? Id enim ita se res habere debent, quoniam ipsa sunt similia totis hominibus, debent etiam coalescere ex aliis principiis, sicut homines: deinde hæc alia ex aliis, ita ut non audeas alicubi sistere et finire. Nanque insequare, ita ut id omne, quod dices dissereere, et cachinnare, et sapere ex aliis, tribuatur aliis,

//////////

Cant. Th. Ra. Ald.—973 *si etiam vulg. edd.*—974 *propratum* Vind. Vind. Ir. *proprium* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. *proprium* O. *propter res* Mus. B. 3. *actum* Vind. Nonius, xi. 18. *factum* Lamb. *aptum* edd. vulg.—975 *ut risu* Mus. B. 1.—976 *rotantibus* Ferr.—977 *naturâ* Gassend. *culent* Mus. B. 2.—978 *Et, si* Mus. B. 2. *propono* V. ed. Th. Ra. *sunt* Voss. vet. Mus. B. 1.—979 *animalibus* Gassend. *assimilata* V. ed. Th. Ra.—981 *ali* Voss. vet. *alii* Ferr. O. Mus. B. 1. 2. 3. V. marg. 1. *alid* V. marg. 2. *nunquam* Mus. B. 2.—982 *siquæret* Mus. B. 1. *duces* Gif. marg. Gryph. Bas. marg. P. *deces* V. ed. *sed disces* in marg.—983 *ut sint* V. marg. 1. *fit* P. V. ed. Ferr. Ald.—984 *Detiora*

NOTE

iis fierent sensilia et animalia, sequeretur i. ut atomi illæ, ex quibus homo constat, riderent et fierent sicut homo. ii. ut dissereerent de rerum natura, sicut homo. iii. ut scrutarentur sui principia, sicut homo. Siquidem totis hominibus similes sint. Quæ omnia delira sunt et absurda. Igitur atomi non sunt præditæ sensu; sed res sensiles possunt fieri ex iis atomis non sensilibus; sicut homo sapere, loqui, et ridere potest, licet componatur ex atomis non sapienti-

bus, non loquentibus, et non ridentibus.

974 *Quid? genus, &c.*] Quæ iis 5. vss. sunt, per ironiam dicuntur.

Proprium] *Proprie*. Sic vs. 177. ‘blanditum,’ pro blande.

975 *Cachinnant*] *Rident*. Sic i. 918.

978 *Proporro*] *Longius, ulterius*. Sic iii. 276. 282. &c.

979 *Mortalibus adsimilata*] *Similia hominibus totis*. Sic vs. 913.

980 *Elementis*] *Principiis, primordiis*.

Quod, si delira hæc furiosaque cernimus esse,
 Et ridere potest non ex ridentibus auctus, 985
 Et sapere, et doctis rationem reddere dictis,
 Non ex seminibus sapientibus, atque disertis :
 Qui minus esse queant ea, quæ sentire videmus,
 Seminibus permixta carentibus undique sensu ?
 Denique, cœlesti sumus omnes semine oriundi ; 990

quæ facient hæc eadem omnia. Si vero videmus hæc esse ridicula, et a ratione prorsus aliena, nimirum si homo creatus ex principiis non ridentibus potest ridere; et si creatus idem ex principiis non sapientibus et doctis potest sapere, et disertis verbis reddere causam rerum; cur non etiam res illæ, quas videmus habere sensum, possint esse mixtæ et primordiis, quæ expertia sint sensu ex omni parte? Tandem orti sumus omnes ex origine cœlesti: omnes habe-

Mus. B. 1. Quod si del ira Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Quod si dedita V. ed. Th. Ra. debita O.—985 ex non Vind. Voss. L. B. Vind. fr. et edd. vulg. et pro ex Mus. B. 1. factus Lamb. aptus vulg. auctum P. in not.—990 stirpe

NOTÆ

984 *Furiosaque*] Stultaque. Furiosi enim dicuntur ii, qui ab ratione mentis alieni sunt.

985 *Auctus*] Factus, et creatus. Supp. homo.

987 *Non ex sapientibus, &c.*] Supp. auctus, vel factus. vs. 985.

990 *Denique, cœlesti sumus, &c.*] His 19. vs. probat x. atomos non esse sensu præditos ex se. Ducitur autem hoc argumentum ex communi rerum exordio, quo manifestum est sensum non præcedere res concretas, sed ad atomorum concilium sequi; penitusque extingui per earundem discidium. Namque v. g. res cunctæ, quæ visuntur in terris, puta homines, feras, arbores, fruges, &c. oriuntur, aluntur, et crescunt de cœlesti semine, hoc est, de ætheriis imbribus: inque semen idem illud cœleste, hoc est, in aërios vapores redeunt, cum intereunt. Illud autem cœleste semen nullatenus est sensile, cum ex eo insensilia pariter et sensilia excitantur, pro diversa illius dispositione.

Cœlesti] Aërio, ætherio. Sic enim i. 251. eodem usus est argumento:

'Postremo pereunt imbres, ubi pater æther In gremium matris terrai præcipitarit,' &c. Sic iv. 132. 'In hoc cælo, qui dicitur aër.' Hinc v. 468. vocat æthera 'diffusilem:' et vi. 290. 'Omnis uti videatur in imbrem vertier æther.' Neque enim e cælo exprimuntur liquentes humorum guttæ, quibus facta tellus res cunctas pariat, sed ab æthere dimittuntur, ut ait infra vs. 999. et vi. 495. et seq. fusius hæc tractat. Sunt qui per vocem 'cœlesti' interpretantur 'divino.' Verum male ad mentem Epicuri, qui noluit Deos esse rerum auctores. Quanquam aliis poëtis, aër, æther, cælum, et Deus sunt idem. Unde Clem. Alex. ex Æschylo Strom. 5. Ζεύς ἐστὶν αἰθήρ, Ζεύς δὲ γῆ, Ζεύς δ' οὐρανός, Ζεύς τοι τὰ πάντα: 'Jupiter est aër, Jupiter est terra, Jupiter est cælum, Jupiter est omnia.' Sic Arist. de Generat. dicit quod nonnulli naturam terræ quasi feminam matremque statuant; cælum autem et solem reliquaque ejusdem generis nomine genitoris patrisque appellant. Quod et feliciter æmulatus est Virg. Geor. II. 325. 'Jam Pater omni-

Omnibus ille idem pater est; unde alma liquenteis
 Humoris guttas mater quom Terra recepit,
 Feta parit nitidas fruges, arbustaque læta,
 Et genus humanum; parit omnia secla ferarum;
 Pabula quom præbet, quibus omnes corpora pascunt, 995
 Et dulcem ducunt vitam, prolemque propagant:
 Quapropter merito maternum nomen adeptæ est.
 Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
 In terras; et, quod missum est ex ætheris oris,
 Id rursus cœli relatum templa receptant: 1000
 Nec sic interimit mors res, ut materiali
 Corpora confaciat, sed cœtum dissupat ollis:
 Inde aliis aliud conjungit; et ecfcit, omnes

mus illum eundem parentem, a quo, tellus magna parens, ubi excepit liquidas guttulas aquarum, quasi gravida facta edit ac enititur opimas segetes, et vigentes arbores, et gentem hominum: enititur cuncta genera belluarum cum subministrat iis pascula, quibus cunctæ belluæ alunt corpora, et degunt suavem vitam, et multiplicant progeniem suam. Quamobrem non sine causa consecuta est nomen matris. Similiter id, quod antea fuit ortum ex terra, redit iterum in terras: et quod demissum est ubi regionibus aëris, iterum regiones cœli recipiunt illud ad se remissum. Neque lethum ita perimit res creatas, ut interimat primordia ipsa rerum, sed disjicit tantum concilium illorum. Ex quo fit, ut jungat aliud aliis; et facit, ut

oriundi quidam.—992 Humoris: sic Vind. Voss. vet. et L. B. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Humorum vulg.—994 et parit Vind. Bip. Vind. fr.—996 ducent V. ed. Th. Ra.—997 adempta Vind. Vind. fr. deest Mus. B. 2.—999 quos Mus. B. 1. missus Vind. Mus. B. 2. 3. Vind. fr.—1001 Hec si Th. Ra. ut res Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—1002 conficiant Cant. coctum V. ed. O. Mus. B. 1. Ferr. totum Mus. B. 2. Th. Ra.—1003 contingit P. efficiis

NOTÆ

potens fœcundis imbribus Æther Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnes Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus, &c.

991 Ille idem pater est; unde] I. e. æther, ut dixit i. 251.

Alma] Magna, fœcunda, &c. ut notavi i. 2.

993 Nitidas] Opimas, uberiores. Sic vss. 189. 594. et i. 252.

994 Secla ferarum] Cuncta genera ferarum, vss. 77. 173. 502. i. 20. 467. &c.

997 Maternum nomen, &c.] Sic vs. 598. supra.

1000 Relatum [rellatum] Relatum. Duplicata litera l, ut syllaba producatur.

Cœli templa] Cœli regiones. Sic vs. 1038. et i. 1013. 1063. 1097. &c.

1002 Dissupat] Dissipat. vs. 210.

Ollis] Antique pro, illis.

1003 Inde aliis aliud, &c.] I. e. corruptio unius est generatio alterius: et contra.

Res ita convortant formas, mutantque colores,
 Et capiant sensus, et puncto tempore reddant ; 1005
 Ut noscas referre, eadem primordia rerum,
 Cum quibus, et quali positura, contineantur,
 Et quos inter se dent motus, adcipiantque :
 Neve putes æterna parum residere potesse
 Corpora prima, quod in summis fluitare videmus 1010
 Rebus, et interdum nasci, subitoque perire.
 Quin etiam refert, nostris in versibus ipsis,
 Cum quibus, et quali sint ordine quæque locata.

res cunctæ mutant figuras, et innovent formas exteriores, et accipiant sensus, et in instanti temporis cedant illos. Ut inde scias multi interesse, cum quibus principis apta rerum principia conjungantur, et sub quali dispositione, et quas motiones inter se reddant, aut recipiant. Neque credas primordia rerum posse parumper restare immortalia, quia cernimus ea jactari in extremis rebus: et aliquando oriri, et repente interire. Imo etiam interest in ipsis his nostris carminibus, cum quibus et quali sub ordine cunctæ literæ positæ sint. Etenim eadem significant cælum,

Mus. B. 1.—1004 *Res ut* P. Ald. Bip. Hav. Delph.—1005 *temporis* P. in not. Nard. Delph. Bas.—1006 *earum* Ferr. V. cd. Th. Ra. Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant.—1009. 1010. 1011 Rejiciendos censet Lamb. subjungendos 958. pronuntiat Creech.—1009 *putas* V. ed. Th. Ra. *parum* P. in not. *penes* reliqui. *interna parum vel minus* Creech.—1010 *fluitare* Mns. B. 2.—1011 *interdum subito nasci*, s. V. ed. Th. Ra. Ferr. Mus. B. 2. 3.—1012 *Quando* Ferr.

NOTE

1004 *Colores*] Formas exteriores, figuras. Sic i. 768. ‘Alterius gignantur enim mutantque colorem.’ Sic iv. 266. ‘Tangimus extremum saxi, summumque colorem.’

1005 *Puncto tempore* [*tempori*] ‘Tempori’, pro, temporis: litera s demta, ut syllaba corripitur. Sic vs. 263. 455. Alii *puncto tempore*.

1006 *Ut noscas referre, &c.*] Hi 3. vss. positi sunt vss. 759. 882. et alibi.

1009 *Neve putes æterna, &c.*] His 13. vss. interim docet a simili atomos non ideo minus æternas manere, quod modo aliis aliæ jungantur, modo dissipentur et jactentur ad rerum generationem aut interitum. Sicut enim literæ, quibus versus hi, quos pandit, variant et mutant tantum sedem ac ordinem ad varias voces for-

mandas, nec ipsæ mutantur et intereunt: ita atomi, licet mutant posituram, sedem, ordinem, figuras, formas, &c. non ipsæ tamen mutantur, sed æternæ manent et incolumes. Hac autem comparatione jam usus est non semel, i. 911. et supra vs. 687. &c.

[*Æterna parum*] Minus immortalia. Alii, *æterna penes*.

[*Potesse*] Posse, vs. 225. et i. 660. &c.

1010 *In summis Rebus*] In extremis rebus: in rebus frangendis, ut alibi loquitur.

1013 *Quæque locata*] Supp. elementa literarum; i. e. literæ ipsæ. Vel quæque res, puta literas, syllabas, dictiones, et ea quæ sunt in versibus.

Namque eadem cœlum, mare, terras, flumina, solem,
 Significant; eadem fruges, arbusta, animanteis. 1015
 Si non omnia sint, at multo maxuma pars est
 Consimilis; verum positura discrepitant res:
 Sic ipsis in rebus item jam materiali
 Intervalla, viæ, connexus, pondera, plagæ,

pelagus, terras, fluvios, solem; eadem significant segetes, arbores, animalia: si omnes non sunt similes, saltem longe maxima pars est similis: sed hæc res differunt sola dispositione. Ita similiter in ipsis rebus etiam, ubi spatia primordiorum,

V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2. *nostris refert* Voss. vet.—1017 *discrepitant hæc* vulg. edd.—1018 *ita* V. ed. Th. Ra.—1019 *vias, plagas* Vind. V. ed. Bodl.

NOTÆ

1014 *Eadem*] Supra elementa literarum, id est, eadem literæ. Sic enim loquitur i. 910. 'Atque eadem, paulo inter se mutata, creare IGNEIS e LIGNIS? quo pacto verba quoque ipsa Inter se paulo mutatis sunt elementis, Quom ligna atque igneis distincta voce notemus,' &c.

1016 *Si non omnia, &c.*] Sic vs. 691. et seq.

1017 *Discrepitant*] Frequentativum a verbo discrepo, i. e. differo, disto.

Res] I. e. id totum, quod ex elementis literarum constat. Sic vox 'res' usurpatur supra vs. 289. et 910. pro, toto aliquo. Lambinus legere maluit hæc. Idem tamen sensus.

1018 *Materiæ*] Atomorum.

1019 *Intervalla, viæ, &c.*] Hi 2. vs. positi sunt vs. 725. et alibi: complectunturque Conjuncta et Eventa atomorum, de quibus generatim disputatum est lib. i. 450. et seqq. Hic autem ea sigillatim explicaturi sumus. Intervalla, i. e. differentia, et spatium, quod intercedit inter atomos, cum conveniunt ad res creandas, aut etiam extra rerum concretiones. Viæ, regiones sunt et loca, ex quibus, in quæ, per quæ, et in quibus feruntur ac morantur atomi. Connexus, proximitates sunt, quibus

atomi aliæ aliis magis adjunguntur. Pondera, motus sunt naturales, quibus sua gravitate deorsum feruntur recta, aut etiam declinant. Plagæ, sunt ictus, per quos resiliunt a se invicem repercussæ. Concursus, i. e. conciliatus, quo atomi inter se coeunt. Motus, i. e. ratio illa, qua sursum, deorsum, aut aliorsum feruntur. Ordo, i. e. ordinatio illa, quam tenent inter se in rebus procreandis. Positura, i. e. situs, quo ponuntur. Figuræ, i. e. formæ exteriores, quas in rebus exhibent.

Ex his autem alia dicuntur conjuncta, seu propria: alia vero eventa, seu accidentia. Quanquam ex his tria primaria sunt conjuncta; duo vero eventa. Conjuncta tria sunt, magnitudo, figura, et pondus, ad quæ cetera conjuncta sequuntur. Namque ad pondus sequuntur motus, concursus, et plagæ. Duo vero eventa sunt, situs et ordo, ad quæ cetera eventa sequuntur. Namque ad situm sequuntur intervalla et connexus: ad ordinem sequuntur viæ, seu regiones.

Porro ex his omnibus conjunctis et eventis omnes rerum concretarum affectiones variæ, seu qualitates, quas dicimus, exoriri vult Lucretius ex Epicuro. Quanquam Epicurus ex

Concursus, motus, ordo, positura, figuræ 1020
 Quom permutantur, mutari res quoque debent.

Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem :
 Nam tibi vehementer nova res molitur ad aureis
 Adcidere, et nova se species obtendere rerum.
 Sed neque tam facilis res ulla est, quin ea primum 1025
 Difficilis magis ad credendum constet ; itemque
 Nihil adeo magnum, neque tam mirabile quidquam,
 Quod non paullatim minuant mirarier omnes.

via, conjunctiones, gravitas, usus, congressus, motus, ordo, dispositio, formæ variant, res ipsæ debent etiam variare. Jan vero præbe nobis mentem attentam ad veram rem. Namque res nova conatur fortiter pervenire ad aures tuas; et novus rerum spectus conatur se tibi manifestare. Verum nulla res est adeo facilis, quæ principio non sit valde difficilis creditu: et similiter nulla res est ita ardua, neque ita admirabilis in initio, quam omnes homines sensim non desinant admi-

Mus. B. 2. 3. Voss. vet. et L. B. V. marg. 1. Ferr. Th. Ra.—1022 *adhibueram* Mus. B. 2.—1023 *vehementes* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra.—1024 *Accedere* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—1025 *ulla deest* Mus. B. 2. *quando pro quin* V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra.—1026 *crescet* V. ed. Th. Ra.—1027 *nec pro neque* Vind. Vind. fr. Mus. B. 2. *quoiquam* Lamb.—1028 *Principio, quod non vulg.* edd. *mirarier* V. ed.—1029

NOTÆ

his tribus, figura, ordine, et situ, cetera dici agnovit. Agnovit, inquam, situm apud Laërtium x. ordinem apud Empiricum adv. Phys. 11. Figuram, situm, et ordinem apud Lactantium 111. 17.

Qua vera ratione ex his tribus posterioribus atomorum conjunctis et eventis ceteræ rerum concretarum qualitates oriantur, longum esset ostendere. Consule P. Gassend. x. in Laërt. pp. 228. et 317. ubi singula hæc sigillatim persequitur et absolvit.

1022 *Nunc animum nobis, &c.*] His 25. vs. quia inopinatum et a communi hominum opinione abhorrens dogma traditurus est Poëta, nimirum non unicum, sed innumeros jam existere mundos in rerum natura; non immerito auditoris animum præparat,

ne novitate ipsa doctrinæ ac rei perterritus quisque vix a limine salutatum ipsum relinquat. Præmonet igitur his 25. vs. nihil esse tam facile creditu, quod ab initio non difficile videatur: nihil contra tam esse incredibile ac admirabile videri primum, quod paullatim non credant homines, ac admirari desinant. Rem illustrat exemplo lucis solis, et nitris cœli.

Adhibe veram ad, &c.] Sic vs. 841. et 1. 45.

1023 *Vehementer*] Anapæstus pro Spondeo.

1028 *Non minuant mirarier omnes*] Bene. Sic Terent. Andr. 11. 3. vs. 18. fere loquitur: 'nec tu ea causa minueris facere hæc quæ cunctis.' Alii: *Non minus fiat mirabile cunctis: spre-ta omni versuum mensura.*

Principio, cœli clarum purumque colorem,
 Quemque in se cohibent palantia sidera passim, 1030
 Lunamque, et solis præclara luce nitorem :
 Omnia quæ nunc si primum mortalibus essent,
 Ex improviso si sint objecta repente;
 Quid magis hiis rebus poterat mirabile dici,
 Aut minus ante quod auderent fore credere gentes ? 1035
 Nihil ut opinor ; ita hæc species miranda fuisset :
 Quam, tibi jam nemo, fessus satiate videndi,
 Subspicere in cœli dignatur lucida templa.
 Desine quapropter, novitate exterritus ipsa,
 Exspuere ex animo rationem ; sed magis acri 1040
 Judicio perpende : et, si tibi vera videntur,

rari ; veluti splendidum et nitidum nitorem cœli, et splendorem illum, quem errantes passim stellæ et solis et lunæ continent in se micantem claro lumine. Quæ omnia, si jam nunc primum inciperent occurrere hominibus, vel si expositæ ipsis essent subito et ex inopinato, quid poterat memorari admirabilius, quam hæc res, vel quid homines antea minus ausi essent sperare futurum ? nihil sane, ut puto. Tam hic rerum conspectus fuisset admirabilis, quam jam tibi nullus judicat dignum esse sursum aspicere claras aëdes cœli, quippe qui sit fatigatus saturitate aspiciendi illas. Quamobrem cesses velim ejicere ex mente tua rationem ipsam, quasi terre-factus sis ipsu rerum novitate : sed potius pondera sagaci judicio : et si vera videtur,

~~~~~

*Paullatim ; ut cœli vulg. edd.—1030 Quæque Voss. L. B. O. Cant.—1031 Lunamque sic P. V. ed. Th. Ra. Ald. Bodl. Mus. B. 2. 3. Bas. marg. Cant. Lunaque Vind. Voss. vet. et L. B. Vind. fr.—1032 si nunc Vind. et vulg. non si O. essent V. ed. Gryph. marg. Bas. marg. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. adsint Mus. B. 1. et vulg. edd.—1033 ceu sint vulg.—1034 Quod Mus. B. 2. poterit Nard. mutabile O.—1035 an Mus. B. 2. quo clauderent V. ed. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. Cant. quid Lamb. audirent Gif. marg.—1036 Nulli Gryph. P.—1037 Quom Hav. Bip. Fab. fessis sociate V. ed.—1038 hinc cœli Voss. marg.—1040 Respuere Lamb.—1041 per-*

#### NOTE

1029 *Colorem*] Cœruleum cœli nitorem.

1030 *Palantia sidera, Lunamque, et solis*] Sol enim et luna, sicut et alii planetæ, stellæ sunt erraticæ, quæ adverso cœlo moventur motu suo proprio : motu vero primi mobilis rapiuntur cum toto cœlo.

1036 *Nihil, &c.*] Sic interpungendi et legendi sunt hi duo versus : Nil, ut opinor. Ita hæc species miranda fuisset, quam tibi jam nemo fessus satiate videndi, &c. Minus recte alii le-

gunt : Nulli, ut opinor, ita hæc species miranda fuisset, quam tibi. Jam nemo fessus, &c. Alii : Quam tibi jam, &c.

1037 *Satiare*] Dicitur satias, atis ; et satietas, atis. Sic v. 40. et 1390 Sic Cie. N. D. III. ‘ Dabitur satias. supplicii.’ Sic Ter. Enn. ‘ Ubi satias cœpit fieri, commuto locum.’

1038 *Cœli templa*] Cælum. Sic I. 1013. v. 491. 492. &c.

1040 *Exspuere*] Expellere, non audire rationem ipsam.

Dede manus; aut, si falsum est, adcingere contra.

Quærit enim rationem animus, quom summa loci sit

Infinita foris, hæc extra mœnia mundi,

Quid sit ibei porro, quo prospicere usque valet mens; 1045

Atque animi jactus liber sit, quo velit ipse.

Principio, nobis in cunctas undique parteis,

*tibi, da manus: vel si falsa est, arma te adversus. Namque an ratio mentis perquirat, (quia ratio spatii patet immensa foris extra hos muros cœli,) quid tandem ibi sit, quo animus cupiat longe intueri, et quo ipse injectus liber mentis pervolet? Primum nullus est nobis terminus, ut ostendi, per totum universum ex omnibus*

//////////

*inde Mus. B. 2. videtur P. Mus. B. 1. Ald. Bip. Hav. Delph.—1042 falsa P. Mus. B. 2. est deest Mus. B. 2.—1043 ratione Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Delph. Bip. animi Delph.—1044 foras Tonst. extera P.—1045 sit ubi P. V. ed. si tibi Mus. B. 3. tibi si Ferr. O. Mus. B. 1. prospere Vind.—1046 tractus Gryph. Fab. Lamb. P. tactus Gif. Par. Cont. Voss. marg. Bœdl. Voss. vet. et L. B. Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. V. ed. Th. Ra. injectus Nard. Bas. P. in not. libero Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Ferr. sit quo volet ipse V. marg. 1. Voss. L. B. O. sic etiam Vind. Mus. B. 2. 3. sit omisso. quo velit ipse V. ed. etiam sine sit. sit quo velet ipse Cant. quo pervolet ipse Vind. fr. Mus. B. 1. Hav. Bip. Delph. quoquo volet ipse Nard. Bas. quoquo velit ire*

#### NOTÆ

1042 *Dede manus*] *Fatere te victum vera ratione. Metaphora ducta a re militari. Victi enim, depositis armis, in victoriæ signum victori porrigebant manus.*

*Adcingere contra*] *Impugna illum. Metaphora est pariter ducta a re militari. Milites enim ad pugnam ituri succingebant vestes, ut paratiores et expeditiores essent ad pugnandum.*

1043 *Quærit enim rationem animus [ratione animi] &c.* Hos 4. vss. delendos immerito censuit Lambinus, quia non eos intellexit. Scilicet legendi sunt per interrogationem, quasi sic esset: *quæritne enim ratio animi, &c.* Lambinus legebat *rationem*; alii, *ratione* legunt, in ablativo casu: sed *ratione*, id est, an ratio. Quasi diceret, An dubitat ratio ipsa animi, an ambigit, an quærit, quid esse possit extra cœli mœnia, cum infinitæ atomi foris volitent, quæ in alios mundos congrredi et convenire possint? Hæc

sane sententia bene congruit cum iis, de quibus agitur; nimirum an verum sit, falsumve, quod jam propositurus est Poëta; hoc est, infinitos esse mundos.

*Summa loci*] *Locus, spatium, inane, ut dixit lib. I. vs. 1000.*

1044 *Mœnia mundi*] *Cœli ambitus, qui mœniorum instar cingunt mundum. Sic vs. 1144. I. 73. 1094. &c.*

1046 *Animi jactus*] *Bene; i. e. injectus animi, ut locutus est vs. 739. 'animi tactus,' sicut enim philosophi tactum corporis statuunt, ita et animi tactum.*

*Quo velit [pervolet]* *Celeriter pertingat, perveniat. Alii pervolet, quasi maxime cupiat. Antiquæ pro 'pervelit.'*

1047 *Principio, nobis in cunctas, &c.*] *His 42. vss. variis argumentis asserere conatur non unum hunc extare mundum, sed infinitum jam esse. His itaque 19. vss. prioribus, argumentum*

Et latere ex utroque, infraque, superque, per omne  
 Nulla est finis, uti docui, res ipsaque per se  
 Vociferatur, et elucet natura profundi. 1050  
 Nullo jam pacto veri simile esse putandum est,  
 Undique quom vorsum spatium vacet infinitum,  
 Seminaque innumero numero, summaque profunda,  
 Multimodis volitent, æterno percita motu ;  
 Hunc unum terrarum orbem, cælumque, creatum : 1055  
 Nihil agere illa foris tot corpora materiai ;  
 Quom præsertim hic sit natura factus, et ipsa,  
 Sponte sua, forte obfensando semina rerum  
 Multimodis, temere, in cassum, frustraque, coacta,

*partibus in omnes partes, neque ex utroque latere, neque deorsum, neque sursum ; et res ipsa ex se loquitur, et ratio totius immensi satis clara patet. Jam nullo modo credendum est igitur verisimile esse, (quoniam locus patet immensus in quancumque partem, et quoniam corpora prima, quæ sunt numero infinito, et immensa ratione, volant per inane variis modis, percussa mobilitate æterna,) hunc globum terrarum, et hoc cælum esse unum factum ; totque illa semina rerum nihil facere extra cælum ; præcipue quoniam hic noster procreatus est a natura, et ipsa primordia rerum variis modis, occursando ex seipsis fortuito, inconsulte, in*

Gryph. P. quo pervoluit ire Par. Cont. quo pervoluitur Sus. Gronov.—1048 *infra supera*que vulg. edd. *infra* deest V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *super* Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Cant. Th. Ra. *per* deest Viud. fr.—1049 *que* deest V. ed. Th. Ra.—1052 *Cum quoque*vorsus Delph. *vorsus* Mus. B. 1. *jacet* V. marg. 1. *patet* Mus. B. 2.—1053 *Denique* Mus. B. 2. *Semique* Mus. B. 1. 3. Cant. *numero* abest Mus. B. 1. *profundi* V. marg. 1. *profudit* Voss. vet.—1054 *volitant* V. ed. Th. Ra.—1059 *frustra quoque* *jecta* P. O. V. marg. 1. Ferr. Ald. *frustra*que *jecta* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Th.

## NOTÆ

1. ducit ex eo, quod infinitæ sint atomi per inane magnum, et in omnes partes infinitum patens, quæ, ut hunc mundum fortuito ac temerario concursu et concilio bene sponte sua creaverunt, ita et infinitos alios mundos pariter creasse videantur. Quid enim foris ibi agerent ? cur non bene congregarentur ad alios tales mundos ?

1048 *Per omne*] Per τὸ πᾶν, per universum, vss. 305. 547. et lib. 1. passim.

1049 *Uti docui*] 1. 959. et seqq.

1050 *Profundi*] Totius immensi, universi infiniti. 1. 1001.

1052 *Spatium*] Inane vacans.

1053 *Semina*] Atonii.

*Summa profunda*] Numero immenso, et infinito.

1054 *Multimodis*] Nempe deorsum, sursum, dextrorsum, sinistrorsum, &c. ut dictum est supra initio hujus libri, vs. 333.

1056 *Foris*] Extra hunc mundum, hocve cælum.

1057 *Natura*] Non a Diis, sed vi naturæ.

1059 *Frustraque, coacta, Tandem, &c.*] Ita interpungendum est. Hujus enim loci sententia hæc est. Hic mundus noster natura factus est, postquam

Tandem coaluerint ea, quæ, conjecta repente, 1060  
 Magnarum rerum fierent exordia semper,  
 Terrai, maris, et cœli, generisque animantum.  
 Qua re etiam atque etiam taleis fateare necesse est  
 Esse alios alibei congressus materiai,  
 Qualis hic est; avido complexu quem tenet æther. 1065  
 Præterea, quom materies est multa parata,

*vanum, frustra, congregata demum ea convenerint, quæ subito in cœtum compulsæ fierent perpetuo primordia magnarum rerum, puta terræ, æquoris, et cœli, et gentis animalium. Quapropter omnino necessum est, ut confitearis alios esse cœtus primordiorum in aliis locis tales, qualis est hic cœtus, quem regio cœli complectitur vasto suo ambitu. Deinde, quoniam plurima est copia materiæ præparata;*

~~~~~

Ra. *jactataque frustra* Gryph. Nard. Bas. Mar. P. in not.—1060 *colarunt* P. in not. *coierint* Gif. Par. Delph. Cout. Bas. P. in not. *coierunt* Gryph. Cont. Mar. V. marg. 1. Voss. marg. *concrerint* Sus. *coarctarint* Gryph. marg. P. Bas. marg. *coartant* V. ed. Th. Ra. *cooluerint* Hav. Bip. *conlecta* Tonst.—1061 *fluere*nt Voss. vet. *ex ordine* V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—1062 *Terra* V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *magis* Mus. B. 2.—1065 *est deest* Mus. B. 1. O. *complexi* Ferr. *cum tenet* V. ed. Ferr. Th.

NOTÆ

semina rerum offensando, et concurrando fortuito, temere, incassum, et frustra per aliquod tempus, tandem convenerunt, et coierunt ex illis ea certa, quæ coaluerunt in eas res, quas in hoc mundo cernimus esse, puta in terram, in mare, in cœlum, et in animalia: quæ sunt magnæ res hujus mundi. Hæc autem vocabula, frustra, temere, incassum, forte, fortuito, sine consilio, &c. Lucretio sunt synonyma; modumque signant, quo atomi coeunt in rerum concreciones. Male igitur alii *jactataque frustra*. Alii *frustra quoque jacta*. Aut saltem non ita clara sunt verba.

1060 *Coaluerint* [*Coierint*] Suppl. cum, vs. 1057. Alii *coierunt*, male. Alii *cooluerint*, quasi coalescere sit conescere, cogi, coalescere, quia olescere, inquit Festus, crescere est.

Ea] Supp. semina vs. 1058.

Conjecta] Compulsæ in cœtum: coacta in unum locum ad rerum concreciones. Sic enim loquitur vs.

1072. 1073. et alibi passim. In unum quippe locum atomi conjici debent, ad rerum concreciones faciendas.

1061 *Exordia*] Principia.

1064 *Congressus materiai*] Cætus et concilia atomorum.

1065 *Qualis hic est*] Id est, qualis hic congressus materiæ est: hoc est, qualis est hic mundus noster, qui ex atomis coalescit.

Avido] Vasto, ingenti, capaci. Metaphora est ab avaris ducta, qui parvis rebus nunquam contenti sunt, sed majores cupiunt. Sic loquitur v. 202. 'Inde avidam partem montes sylvæque ferarum Possedere,' &c.

Æther] Cælum, quod ambitu suo cingit hunc mundum.

1066 *Præterea, quom materies, &c.*] His 10. vs. argumentum 11. continetur, quo non unum hunc mundum in universo esse probat. Illud autem ex Epicuro mutuatus est. Sic enim Epicurus apud Plut. Plac. 1. 5. ratiocinatur: 'esse autem mundos mul-

Quom locus est præsto, nec res, nec caussa moratur
Ulla; geri debent nimirum, et confieri, res.

Nunc, et seminibus si tanta est copia, quantam
Enumerare ætas animantium non queat omnis; 1070

Visque eadem, et natura, manet, quæ semina rerum
Conjicere in loca quæque queat, simili ratione

Atque huc sunt conjecta; necesse est, confiteare

Esse alios aliis terrarum in partibus orbis,

Et varias hominum genteis, et secla ferarum. 1075

Huc adcedit, uti in summa res nulla sit una,

quoniam spatium est paratum; et quoniam nec res, nec causa ulla impedit, scilicet res debent creari et progigni. Item etiam, si tam magna est vis primordiorum, ut vita omnis animalium nequeat recensere illam, et si eadem potentia, et eadem natura extat, qua possit compellere in sua singula spatia primordia rerum pari modo, quo sunt compulsæ jam in hunc locum, in quo sunt; oportet ut fatearis esse alios globos terrarum in aliis locis, et diversa hominum genera, et varia genera belluarum. Adde quod in universa natura nulla res est unica, unica, inquam, quæ gene-

Ra.—1068 *geni* Lamb. *confiteri* Mus. B. 2.—1069 *quanta* Mus. B. 2.—1071 *Vix* Mus. B. 2. *que et desunt* V. ed. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *movet* P. V. ed. Mus. B. 2. Gryph. Bas. marg. Th. Ra. Ald. *monet* Ferr.—1072 *que pro quæque* V. ed. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. *quæ* Ferr. *queant* Mus. B. 2.—1073 *huc finit* V. ed. *hie sint* Ald. *sinit* Th. Ra.—1075 *secla* Ferr. et V. ed. in marg.—1076 *accidit* Mus. B. 2.—1077 *gignantur* Vind. V. ed. O.

NOTÆ

titudine infinitos constat ex eo, quod causæ infinitæ sunt. Nam si hic quidem mundus finitus est, causæ vero, ex quibus est, fuere omnino infinitæ, necesse est mundi infiniti sint. Prorsus enim ubi sunt causæ, effectus quoque ibi sunt. Causæ autem sunt, sive atomi.' Græcis supersedeo brevitate causa. Itaque ubi materia, inquit Lucretius, copiosa est, ubi locus in promptu est, ubi nihil repugnat, tunc res fieri debent. Atqui materia mundorum infinitorum copiosa est, immo infinita; locus immensus: nihilque repugnat, quominus sint infiniti mundi, cum eadem vis, eadem naturæ propensio constet, quæ ad hunc mundum faciendum extitit.

1068 *Geri*] Lamb. *geni*, quasi *gigni*, ut jam sæpe monui, vss. 166. 242. et 1. 130. &c.

1070 *Ætas animantium*] Vita hominum. Antonomasia.

1073 *Atque huc*] I. e. atque in hunc locum, in quo hic mundus extat.

1075 *Secla ferarum*] Genera belluarum. Sic vss. 77. 173. et 1. 20. 468. &c. Sed præsertim infra vs. 1078. 'Cujusque secli,' i. e. cujusque generis.

1076 *Huc adcedit, uti, &c.*] His 13. vss. argumentum III. ducit a simili. Nihil enim, inquit, rerum, quæ in hoc mundo sunt, unicum est in suo genere: sic in genere quovis animalium multa sunt animalia; sic in genere mortali hominum multi sunt homines: sic in muto piscium genere, multi sunt pisces: sic in volatili volnerum genere, multæ sunt aves. Quidni igitur in ipso hoc mundi nostri genere, multi queant esse mundi? Quidni multi

Unica quæ gignatur, et unica solaque crescat ;
 Quin aliquoius siet secli, permultaque eodem
 Sint genere : in primis animalibus indice mente
 Invenies sic montivagum genus esse ferarum, 1080
 Sic hominum geminam prolem, sic denique mutas
 Squamigerum pecudes, et corpora cuncta volantum.
 Quapropter, cœlum simili ratione, fatendum est,
 Terramque, et solem, lunam, mare, cætera, quæ sunt,
 Non esse unica, sed numero magis innumerali; 1085
 Quandoquidem vitæ depactus terminus alte
 Tam manet hæc, et tam nativo corpore constant,

retur, et unica, quæ sola augetur. Quinimmo plurimæ sunt res cujusque generis, et plurimæ etiam in eodem genere; præsertim in animalibus, ut ratio ipsa indicat. Reperies gentem belluarum, quæ errant per colles, ita esse generatam, et progeniem humanam ita esse procreatam, et ita tandem elingues animantes piscium, qui gerunt squamas, et omnia corpora volucrum. Quamobrem confitendum est pari modo, cœlum et terram, et solem et lunam, æquor, et cuncta omnia, quæ sunt, non esse unica, sed potius esse numero innumero. Siquidem finis vitæ tam alte defixus hæret his omnibus rebus: et hæc res omnes tam componuntur ex corpore

//////////

Vind. fr. Ferr. Th. Ra. *crescant* O. Mus. B. 2.—1078 *Quando* V. ed. Mus. B. 2. *aliquoius siet* Gronov. *aliquoivis sient* Voss. L. B. *aliquoivis siet* Voss. vet. *alio quouussiet* Vind. *cujus si et V.* ed. *alio cuivis sit* O. *aliquo versè et* Vind. fr. *alio cohibisse et* Mus. B. 1. *aliquo quovis si et* Mus. B. 2. *alio quovis si et* Mus. B. 3. *alio quovis sit* Cant. Nard. Bas. *cujusque sient* P. *cujuscunque siet* Creech. *multaque* Cant. H. vs. et seq. spurios asserit Lamb.—1079 *Pro indice mente* Gronov. leg. *Include Memmi. injice mentem* Creech. Sus. Lipsius.—1080 *Inceivisse* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *omne ferarum* Mus. B. 2.—1081 *genitam* P. Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Ald. Bip. Delph.—1084 *Terrarum* Mus. B. 2.—1085 *una* Nonius. *unum alii.*—1086 *ter munus* V. ed. Th. Ra.—1087 *hæc etiam* Gif. Par. Gryph. Nard. Cont. Bas. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. V. ed. Ald. *his, et tam* Hav. Bip. Delph. *nativo hæc corpore*

NOTÆ

sint soles, multæ terræ, multæ lunæ, multa maria, &c. Immo infinitus horum omnium numerus? par enim utrobique ratio: tam enim certus vitæ terminus manet solem, lunam, terram, mare, &c. quam feras, homines, pisces, et aves: ac æque constant nativo, hoc est, mortali corpore. Hoc eodem argumento usus est Plutarchus, de Oracul. ad hoc, ut probaret, non infinitos quidem, sed plures esse mundos. Verum hæc ratio non plures aut infinitos jam esse mundos arguit: sed plures quidem aut infinitos fieri

posse, si Deo placuerit.

In summa] In Universo.

1078 *Aliquoivis* [*Cujusque*] . . . *secli*] Cujusque generis, vs. 1075.

Siet] Antiquè pro *sit*.

1080 *Montivagum*] Quod montes colit. Sic vs. 597.

1082 *Squamigerum pecudes*] Pisces. Sic vs. 343.

1086 *Depactus*] Fixus; a verbo depango, egi, actum. Sic l. 590.

1087 *Manet hæc* [*his*] Bene, i. e. hæret his, nempe cælo, terræ, soli, lunæ, mari, &c. Alii *manet hæc*, quia

Quam genus omne, quod hiis generatim rebus abundans.

Quæ bene cognita si teneas, Natura videtur

mortali, quam omne genus rerum, quod multum est in his rebus in uno quoque suo genere. Quæ omnia si recte habeas nota, natura videbitur tibi repente soluta,

Hav. Bip. Delph.—1088 *generat in V. ed. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. generatur in Ferr. abundant Voss. vet. abundat Mus. B. 1. Hav. Bip. Delph.—*

NOTÆ

verbum 'manet' jungitur cum accusativo: 'hoc me manet præmium.' 'Pæna me manet certa,' &c. Verum hic a Lucretio usurpatur pro, hæret, stat, est. Utraque tamen lectio laudatur.

Nativo] Mortali, genitili; hoc est, quod sicut generationi, ita corruptioni obnoxium est. Sic vs. 542. et alibi passim.

1088 *Quam genus omne, &c.*] I. e. quam res illæ nativo corpore constant, quæ abundant generatim his rebus; id est, quæ in suo quæque genere multæ sunt in his rebus, i. e. non unicæ sunt in suo quæque genere; puta homines, feras, pisces, volucres, &c.

Hactenus de innumerali mundorum numero Lucretius. Porro non unus Lucretius aut Epicurus infinitos mundos esse censuit. Namque, ut taceam Plutarchum, qui plures esse voluit Plac. 1. 51. Heraclitum, qui cum Stoicis innumeros successive, ut aiunt, fore voluit mundos, quasi alios ex aliis resectos; Heraclidem cum Pythagoreis, qui quot cæli stellas, quæ nobis infinitæ illucent, totidem esse mundos reputavit; ut hos, inquam, taceam, constat ex testimonio Stobæi Eclog. Phys. lib. ix. Anaximandrum, Anaximenem, Archelaum, Xenophanem, Diogenem, Lencippum, et Democritum, infinitos admisisse mundos. Addit et Anaxarchum Plutarchus, qui illo edisserente infinitos esse mundos Alexandrum magnum illacrymasse. Fuit et in hac

sententia Metrodorus, qui tam absurdum esse dixit unicum esse mundum in infinito universo, quam unam spicam nasci in immenso campo. Sed quam inepta sit hæc sententia nemo non videt: immo sacris codicibus omnino repugnat, in quibus, cum de rerum origine, de providentia, de humana conditione, deque aliis rebus agitur, unius et singularis mundi mentio fit. Hanc rite explodit etiam Plinius 11. 1.

1089 *Quæ bene cognita, &c.*] His 15. vs. concludit ex iis, quæ hactenus disputata sunt de natura et qualitatibus atomorum, concludit, inquam, id quod jam initio 1. 57. et seqq. præmonnerat, nimirum, Deos semotos a rebus nostris immortaliter frui ævo summa cum pace, nec rerum curam agere; infensus quippe divinæ providentiæ et omnipotentia non potuit capere, quod Virgilius post ipsum bene cepit Georg. 1v. 221. 'Deum namque ire per omnes Terrasque tractusque maris, cælumque profundum' &c. non potuit autem Lucretius ex Epicuri doctrina persuasum sibi habere naturam Deorum adeo potentem esse, ut validas hujus mundi habenas teneret. Deinde voluit omnia in hoc mundo contingere fortuito et temerario casu. Demum in ea fuit opinione, qui vidit, ut ait Plutarchus Plac. 1. 7. 'malis esse bene et bonis male;' h. e. ut S. Ambrosii utar verbis, improbos abundare bonis, et bonos egere. Quam impiam Epicuri sententiam præclare admodum dan-

Libera continuo, dominis privata superbis, 1090
 Ipsa sua per se sponte omnia Diis agere expers.
 Nam, pro sancta Deum tranquilla pectora pace
 Quæ placidum degunt ævum, multumque serenum !
 Quis regere inmensi summam, quis habere profundi
 Indu manu validas potis est moderanter habenas ? 1095
 Quis pariter cœlos omneis convertere, et omneis
 Ignibus ætheriis terras subfire feraceis ;

carens magistris dominantibus: ipsa vacua Diis facere ex se et ex nutu suo res cunctas. Etenim per augusta corda Deorum, quæ vivunt quietam atatem, et vitam tranquillam in otio quieto, quis potest gubernare universam totius universi molem; quis potest tenere in manu moderate lora vehementia immensi universi? Quis item potest versare calos omnes? Et quis potest suffumigare flammis

1089 *bone* Ald. *modetur* V. ed.—1091 *sua per* desunt V. ed. *omne a* Mus. B. 2. *omne a diis regere* P. Ald.—1092 *tranquillaque* V. marg. 1. Mus. B. 2. Cant.—1093 *placido ævo* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *placitum* Lamb. *multumque serenum* P. in not. et Cant. *multamque serenam* Voss. vet. et L. B. Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *vitamque serenam* P. O. Mus. B. 1. Hav. Ald. Bip. Delph. *serenant* Nard.—1094 *Quis gerere* Mus. B. 2.—1095 *moderantur* V. ed. Th. Ra.—1096 *converteret* Ferr. Th. Ra. V. ed. *omneis* deest Mus. B. 2. et pro *cælos leg. cælum*.—1097 *terra* Vind. Mus. B. 2.

NOTE

nat, vel unus Cicero N. Deor. i. 'Sunt,' inquit, 'philosophii, et fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum procuracionem Deos. Quorum si vera est sententia, quæ potest esse pietas? quæ religio? Hæc enim omnia pure et caste tribuenda Deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab his, et si est aliquid a Diis immortalibus hominum generi tributum. Sin autem Dii neque possunt nos juvare, neque volunt, nec curant omnino, nec, quid agamus, animadvertunt, nec est, quod ab his ad hominum vitam permanere possit; quid est, quod ullos Diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictæ simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita pietas inesse non potest, cum qua simul et sanctitatem et religionem tolli necesse est. Quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur et magna confusio: atque haud scio an pietate

adversus Deos sublata, fides etiam et societas humani generis, et una excellentissima virtus justitia tollatur,' &c. Sic præclare etiam N. Deor. ii.

1090 *Dominis superbis*] Diis. Sic Epicurus apud Cic. Nat. Deor. i. 'Itaque imposuisti in cervicibus nostris sempiternum Dominum, quem dies ac noctes timeremus. Quis enim non timeat omnia providentem et cogitantem, et animadvertentem, et omnia ad se pertinere putantem, curiosum,' &c.

1093 *Quæ placidum, &c.*] Sic i. 57. et v. 83.

1094 *Summam*] Universam naturam. Universum.

1095 *Indu*] Vel *endo*, i. e. in. Sic iv. 773. vi. 890.

1097 *Subfire*] Suffumigare, vaporare. Ferax enim terræ solum redditur ex vaporibus, sen caloribus, quos sol et astra terris mittunt.

Omnibus inve locis esse omni tempore præsto,
 Nubibus ut tenebras faciat, cœlique serena
 Concutiat sonitu? tum fulmina mittat, et ædeis 1100
 Ipse suas disturbet; et, in deserta recedens
 Sæviat, exercens telum; quod sæpe nocentis
 Præterit, exanimatque indignos, inque merentis?
 Multaque, post mundi tempus genitale, diemque

æriis cunctas fructiferas partes terræ? Et adesse in omni tempore omnibus locis? Ut reddat tenebras nebulis, et ut commoveat tonitru tranquillas sedes cœli? Ut etiam vibret fulmina, et plerumque disjiciat sua templa, et recedens in loca deserta vexet res cunctas contorquens fulminis spiculum, quod plerumque prætermittit sotes, et interimit insontes, et innocentes? Demum, post ævum genitabile hujus

sufficere Mus. B. 2. *suffice* V. ed. Th. Ra.—1098 *inque* Vind. Mus. B. 1. Vind. fr. Hav. Bip. Delph.—1099 *Nubibus et P. O. Ald.*—1100 *cum* V. ed. Th. Ra. Ald. P. O. *flumina* Mus. B. 2. O.—1101 *suos* Mus. B. 2. *in deest* Vind. Mus. B. 1. 2. 3. Vind. fr. *diversa* Gassend. *decedens* Vind. Vind. fr. Mus. B. 1. 2.—1102 *quo* P. Gif. marg. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *nocentis deest* Mus. B. 2.—1103 *Perterit P. exanimat* Mus. B. 2. Cant.—1105 *cohetum* V. ed.—1107

NOTE

1099 *Cœlique serena*] Pro *Serenum cœlum*. Sic dixit passim 'Clausas domorum,' pro, clausas domos: 'strata viarum,' pro, stratas vias, &c.

1100 *Sonitu*] Tonitru. Sic VI. 387. 'Terrifico quatiunt sonitu cœlestia templa.' Sic Manil. I. 104. 'Eripuitque Jovi fulmen, viresque tonandi, Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.'

Ædeis] *Templa sacra*. Sic præclare VI. 416. et seqq.

1102 *Telum*] *Fulmen*.

Quod sæpe nocentis, &c.] Sic VI. 392. 593.

1103 *Inque merentis*] Immerentesque: insontes: indignos, qui puniuntur.

1104 *Multaque, post mundi, &c.*] His 69. vss. ultimis aliud jam docet Poëta; quippe quia visus est sibi nimum supra tribuisse et fortunæ et temerario casui, dum immensas myriades atomorum in nullius rei usum congregatas per inane magnum asseruit. Itaque hoc imposterum studet,

ut quæ atomi superflue viderentur, rerum genitarum generationi atque augmento præficiat. Qua ex occasione docet interim cur et qua ratione fiat in rebus augmentum, status certus, et decrementum. Ubi enim, inquit, rebus accedunt novæ atomi, res ipsæ crescunt: ubi rebus tot accedunt, quot decedunt atomi, res consistunt, hoc est, neque crescunt, neque minuuntur: ubi vero rebus non tot accedunt atomi, quot detrahuntur, res decrescunt, senescunt, et tandem intereunt. Quod et infinitis mundis, quos astruxit, contingere voluit; quos nempe crescere, consistere, et tandem decrescere censet, instar animalium, et rerum ceterarum; quasi in mundo, sicut in plantis, et animalibus, adolescentia, vigor, et senium inessent. Voluit igitur Epicurus mundum primum crevisse: deinde constituisse: jam vero senescere: idque varias ob causas. I. quia mundus natus est et ortum habuit in tempore, ut ait Cic. I. N. Deor.

Primigenum maris, et terræ, solisque, coortum, 1105
 Addita corpora sunt extrinsecus, addita circum
 Semina, quæ magnum jaculando contulit Omne :
 Unde mare et terræ possent augescere ; et unde
 Adpareret spatium cœli domus, altaque tecta
 Tolleret a terris procul ; et consurgeret aër. 1110

mundi, et post diem primogenitum æquoris et telluris, et post exortum simul solis, plurimæ atomi adjunctæ sunt foris, plurima primordia sunt adjecta circa, quæ immensum totum coniecit et misit ; ex quibus mare, et terræ quærent procreescere, et ex quibus templum cœli compararet sibi locum, et erigeret sursum longe e terris sublimia sua tegmina ; et ex quibus aër ipse oriretur. Namque omnia corpora

contudit P. Ald. orbe O. H. vs. delendum censet Lamb.—1109 *Aptaret* P. Ald. Delph. Nard. Bas. *Apparet* V. ed. Ferr. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. *recta* Mus. B. 2.—1110 *alternis* Mus. B. 1. *a tectis* O. *surgeret* Mus. B. 1.—1111

NOTE

II. quia mundum animalibus simile esse censuit. III. quia singulæ quæque mundi hujus partes nativo constant corpore, et intereunt. IV. quia inter mundi partes cunctas pugna est continua, ex qua mundus aliquando cadat necesse sit. V. quia nihil ingenitum, incorruptibile, et æternum in mundo esse voluit, præter hæc tria, atomos, inane, et τὸ πᾶν, omne, seu universum.

Non defuerunt etiam SS. PP. qui huic opinioni assenserint. Sed in primis S. Cyprianus ad Demetrian. his verbis : ' Scire debes jam mundum non illis viribus stare, quibus prius steterat : nec vigore ac robore eo esse, quo ante prævalebat. Hoc etiam nobis tacentibus, et nulla de Scripturis sanctis prædicationibusque divinis documenta præbentibus, mundus ipse jam loquitur, et occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non hyeme nutriendis seminibus tanta imbrum copia est : non frugibus æstate torrendis solita flagrantia est : nec sic verna temperie sata læta sunt : nec adeo arboreis fœtibus autumnio fœcunda sunt. Minus de effossis et fatigatis fontibus

eruntur marmorum crustæ : minus auri, et argenti opes suggerunt : exhausta jam metalla, et pauperes venæ breviantur in dies singulos. Decrescit in arvis agricola : in mari nauta : miles in castris : innocentia in foro : justitia in iudicio : in amicitiis concordia : in artibus peritia : in moribus disciplina. Minuatur necesse est, quidque fine jam proximo in occidua et in extrema devertit, &c. Sic eadem fere Lucretius hic.

Tempus genitale] Tempus creationis : exortum mundi, diem primigenium, ut ait.

1105 *Primigenum*] Dicitur primigenus, a, um, et primigenius, ia, ium, I. e. primogenitum, primordialeni.

1106 *Corpora*] Atomis.

1107 *Semina*] Atomis.

Contulit Omne] Sic l. 995. ' æternaque suppeditantur Ex infinito cita corpora materiali. ' Et ibid. vs. 1034. et seqq.

Omne] Universum, infinitum, inane, τὸ πᾶν. l. 1095. et 1100.

1109 *Adpareret* [*Aptaret*] Compareret, faceret. Alii *appareret*, a verbo ' pario. '

Nam, sua quoique, locis ex omnibus, omnia plagis
 Corpora distribuuntur, et ad sua secla recedunt :
 Humor ad humorem, terreno corpore terra,
 Crescit; et ignem ignes procidunt, ætheraque æther :
 Denique, ad extremum crescendi perfica finem 1115
 Omnia perduxit rerum Natura creatrix :
 Ut fit, ubei nihilo jam plus est, quod datur intra
 Vitaleis venas, quam quod fluit, atque recedit.
 Omnibus hiis ætas debet consistere rebus ;
 Heic, Natura suis refrenat viribus auctum. 1120
 Nam, quæquomque vides hilare grandescere ad auctum,
 Paullatimque gradus ætatis scandere adultæ,
 Plura sibi adsumunt, quam de se corpora mittunt ;
 Dum facile in venas cibus omneis inditur, et dum

tribuuntur spatiis, sua cuique loco, per omnes ictus, et abeunt ad sua quæque genera. Aqua v. g. recedit ad aquam : terra augetur de corpore terrestri : ignes generant ignem : et aer æru. Donec natura parens rerum perficiens cuncta duxit ad ultimum augetur terminum. Sicut accidit, cum jam nihil amplius est, quod mittitur intus in venas vitales, quam quod effluit, atque abit; tunc enim ibi vita debet stare rebus cunctis : tunc ibi natura suis viribus coercet augmentum. Etenim eæ res omnes, quas cernis augetur lato augmine, et sensim ascendere ad gradus ætatis perfectæ, accipiunt sibi plura corpuscula, quam emittunt ex seipsis, dum scilicet omne alimentum facile distribuitur in venas : et dum non sunt ita pro-

Tam sua conque Mus. B. 2.—1112 distribuunt et aduersa Mus. B. 2. ad sua semina cedunt P. in not. ad sua fœdera alit. recellunt Sus. Gronov.—1114 producant Gryph. P. Ald. æthera O. Mus. B. 1. 3. que deest V. ed. Mus. B. 2. æther deest Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 2. 3.—1115 Donicum Hav. Bip. Delph. perficia Vind. fr. perfice V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. L. B. Par. P. V. marg. 1. Gryph. Nard. Bas.—1116 produxit P. Mus. B. 1. 2. 3.—1118 fluit Mus. B. 2.—1119 hic Delph.—1120 Heic vel Hic : sic P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Par. Delph. Gif. Gryph. Nard. Bas. His reliqui. auctam V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Bip.—1121 hilari P. V. ed. Par. Delph. Ferr. Th. Ra. Ald. hilaro Vind. Hav. Bip. hilar Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 3. hilarem O. Mus. B. 1. Gryph. Nard. Bas. hilum P. in not. Cant. V. marg. 1. illas Mus. B. 2. adanctu P. Vind. fr. Voss. L. B. Hav. Ald. Bip. Delph.—1124 Tum Mus. B. 1. diditur P. Mus. B. 2. Th. Ra.

NOTÆ

1112 *Secla*] Genera, species : vs. 1078.

1115 *Denique* [*Donicum*] Donec. Antique.

Perfica] Antiquè dicebatur perficus, a, um, i. e. perficiens : sicut maleficiens, beneficus, &c. Plaut. Rud. 11. 5. 4. Alii legunt *perfice*, i. e. perfecte. Minus bene.

Delph. et Var. Clas.

1121 *Hilare grandescere ad auctum*] Læto et alacri augetur incremento.

1123 *Corpora*] Atomus.

1124 *Dum facile in venas, &c.*] Sic Cic. N. Deor. 11. modum explicat, quo cibus per corporis membra distribuitur. Docet enim cibos primum ore percipi : perceptos dentibus moli : molitos stomacho excipi :

Lucret.

X

Non ita sunt late dispersa, ut multa remittant, 1125
 Et plus dispendii faciant, quam vescitur ætas.
 Nam certe fluere atque recedere corpora rebus
 Multa, manus dandum est; sed plura adcedere debent,
 Donec alescendi summis tetigere cacumen.
 Inde minutatim vireis et robur adultum 1130
 Frangit, et in partem pejorem liquitur, ætas.
 Quippe et enim, quanto est res amplior, augmine adempto,
 Et, quo latior est, in cunctas undique parteis
 Plura modo dispargit, et a se corpora mittit;

late adhuc, ut rejiciant plurima corpuscula: et ut patiantur plus damni, quam earum ætas pascendo capit. Namque profecto concedendum est corpuscula prima abire et effluere e rebus variis modis: plura debent advenire, donec res pervenerint ad extremum apicem crescendi. Postea ætas minuit paulatim vires, et vigorem perfectum, et tabescit tandem in deteriore partem. Namque quo res quæque major est, et quo amplior est, eo plura diffundit corpuscula ex omnibus sui partibus in omnes partes, et emittit ex seipsa, sublato nempe incremento illius. Nec

//////////

Ald. Bip. Hav. Delph.—1125 *late* Mus. B. 2. et multa V. ed.—1126 *vestitur* V. ed. Th. Ra. *nancitur* Fab. *pascitur* quidam.—1127 *ac decedere* Voss. vet. et L. B. Bip. Hav.—1128 *Multinodis* Gif. Par. Delph. Cout. minus V. ed. Th. Ra. *accidere* Mus. B. 2. *debet* Vind.—1129 *Donicum* Mus. B. 1. Hav. Bip. Delph. *olescendi* Hav. Bip.—1131 *in deest* Mus. B. 1. *linguitur* O. Mus. B. 1. *loquitur* Th. Ra.—1132 *Quippe etiam* Delph. Cout. et *enim desunt* O. Mus. B. 1. *est deest* Cant. *amplius* P. Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *agmine* Mus. B. 2. *dempto* Vind. Mus. B. 1. Vind. fr. Hav. Delph. Bip.—1133 *undeque* V. ed.—1134 *Pluria* eo edd. vulg. *dispargit*

NOTÆ

exceptos alvo concoqui: coctos ad jecur primum, deinde ad cor, et inde ad reliquas corporis partes per venas didi atque distribui; unde totum animal crescat et alatur.

Inditur [diditur] Distribuitur. Alii *deditur*, mittitur. Idem: sic vs. 1137.

1125 *Lute dispersa*] Rarefacta, vs. 1138. prolata, supp. 'quæcumque vides,' i. e. res concretæ, vs. 1121.

Multa] Supp. corpora prima: atomos multas.

1126 *Dispendii*] Dispendii, damni, detrimenti. Sic lib. 1. Docet res minui, et interire, quia exeunt ex iis atomi plures, quam assumant. Sic etiam infra vs. 1132.

1128 *Multa, manus* [*Multimodis*] Sic Epicurus censet apud Plutarch. Plac.

II. 4. 'Plurimis modis interire mundum, quippe ut animal, et ut plantam, et prorsus multifariam.' Alii legunt: *multa, manus dandum est. Multa, supp. corpora: manus dandum est, pro dandæ sunt manus, i. e. concedendum est, ut dixit vs. 1042.*

1129 *Donec [Donicum]* Antique, pro donec: vs. 1115.

Alescendi] Sic Parens; i. e. grandescendi, augendi. Lambinus vero, *olescendi*, vetus verbum pro 'crescendi,' inquit Festus, ut jam monui vs. 1060. not.

1132 *Augmine adempto*] I. e. cum crescere desinunt.

1134 *Plura [Pluria]* Plura, I. 877. IV. 1082.

Nec facile in venas cibus omnis diditur ei ; 1135
 Nec satis est, pro quam largos exæstuat æstus,
 Unde queant tantum suboriri, ac subpeditare,
 Jure igitur pereunt, quom rarefacta fluundo
 Sunt; et, quom externis subcumbunt omnia plagis :
 Quandoquidem grandi cibus ævo denique deficit ; 1140
 Nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam
 Corpora confacere, et plagis infesta domare.

Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi

alimentum omne facile distribuitur illi per venas: et quamvis alimentum quasi copiosissimos fluctus emittat: tamen non subministratur ex quo tantum possit subnasci et subministrari, quantum necesse est; et ex quo natura queat renovare, quod sufficiat. Merito ergo intereunt, quoniam diffliciendo fiunt late dispersa, et quoniam cuncta vincuntur ictibus extrinsecis; siquidem alimentum tandem deficit longævæ ætati; et siquidem corpuscula prima tudentia rem externis plagis non desinunt quin interimant illam, et quin infensa vincant illam ictibus. Similiter ergo

Mus. B. 1. *dispergit* reliqui. *ctus* et Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2.—1135 *eras* Mus. B. 2. *deditur* Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—1136 *pre quam* V. ed. Ferr. Th. Ra. *pro qui* O. *per quam* Mus. B. 1. *præ quam largos* Fab. *quæ per largos* Lamb. Bas. P. *cum prelatos* P. Ald. *quæ per latus* P. in not. *sitis* pro *satis* P. in not. *artus* Gif. *auctus* Fab.—1137 *queat* Mus. B. 1. 2. 3. Sequitur in P. Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Bip. Delph. vs. quem reliqui meliores libri non agnoscunt: *Quantum opus est, et quod satis est, natura novare.*—1140 *desit* Mus. B. 2.—1141 *Otruditantia* Cant. *truditantia* V. marg. 1.—1142 *ex donare* Mus. B. 2. Post h. vs. sequitur in V. ed. O. Mus. B. 1. 2.

NOTE

Corpora] Atomos.

1135 *Diditur*] Distribuitur. Sic vs. 1124. Sic Virg. Æn. vii. 'Diditur hic subito Trojana per agmina rumor.'

1136 *Nec satis est, pro quam, &c.*] Ita legendus est hic versus. Bene quippe dicitur 'exæstuate æstus,' sicut 'vivere vitam;' 'gaudere gaudio;' 'gradigræssum,' &c.: metaphora autem est ducta ab æstu maris exundantis supra terras. Etsi enim, inquit, copia alimenti superabundet per omnes artus: tamen non satis est, unde natura reparet quod amiserit. Hinc corporis debilitas; hinc animalis interitus sequitur. Alii legunt: *Nec satis est, quæ per largos exæstuat artus.* Alii: *Nec satis est, proquam largos exæstuat artus.*

Pro quam [proquam] I. e. perquam. Sic III. 200. 'parvissima corpora proquam Et levissima sunt,' &c.

1137 *Unde*] Ex quo.

Suboriri] In locum amissarum atomorum substitui. Sic vs. 1047.

1138 *Rarefacta*] Late dispersa; vs. 1125. H. e. cum atomi majoribus intervallis a se distant per effluxum. En plaga interior, qua res effluxu atomorum pereunt.

1139 *Externis subcumbunt plagis*] En plaga exterior, qua res interimuntur.

1140 *Grandi cibus ævo deficit*] Sic vs. 1124. et seqq. Sic I. 226. 234. &c.

1143 *Sic igitur magni, &c.*] Quod hactenus de rerum omnium incremento, statu constanti, et interitu dixit Poëta, id jam ab hoc versu ad

Expugnata dabunt labem, putreisque ruinas.
 Omnia debet enim cibus integrare novando, 1145
 Et fulcire cibus ; cibus omnia subtentare.
 Nequidquam ; quoniam nec venæ perpetiuntur
 Quod satis est, neque, quantum opus est, natura ministrat.
 Jamque adeo fracta est ætas ; ecfetaque tellus
 Vix animalia parva creat, quæ cuncta creavit 1150
 Secla, deditque ferarum ingentia corpora partu.
 Haud, ut opinor, enim mortalia secla superne
 Aurea de cœlo demisit funis in arva ;

ambitus magni mundi labefactati undique dabunt ruinam, et interitus putridos. Namque alimentum debet restaurare res cunctas renovando illas, et sustentare alimentis, et sustinere res omnes ; natura autem frustra suppeditat cibos, cum nec venæ patiantur quod sufficit, neque etiam natura subministret quantum necesse est. Et nunc ita ætas mundi debilitata est, et terra jam lassata pariendo vix progignit minima animalia, cum generaverit omnia genera animalium antea, et perpererit immania corpora belluarum per generationem. Neque enim, ut puto, aurata cutena misit e cœlo



3. Cant. *Jamque senem mundum, et pusillius omnia nasci.*—1144 *turpesque ruinas* Gassend.—1145 *integra renovando* V. ed. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—1146 *cibus et omnia* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. Cant. *cibos et omnia* O. *cibus ac omnia* P.—1147 *Nec quicquam* V. ed. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *Nec quoquam* Mus. B. 2. *perpetiuntur* V. ed. *perspiciuntur* Mus. B. 2.—1148 *opus, natura* Mus. B. 2.—1149 *factu* O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *affecteda* Vind. Vind. fr. Hav. Bip. *effeta* Gryph. Nard. Bas. P. in not. *effectaque tellus* Mus. B. 1. 3.—1152 *et immortalia* P. O. Cant. Ald. *immortalia* V. ed. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. *in mortalia* Mus. B. 3.—1153 *dimisit* P. V. ed. Mus. B. 1. *finis* Mus.

NOTE

finem libri de mundo hoc dicendum censet, quasi mundus hic, instar animalium, creverit, steterit, et tandem interiturus sit, ut monui vs. 1104.

Mænia mundi] Sic vs. 1044. l. 74. 1094. &c.

1144 *Dabunt labem*] Corruent.

Putreisque] Quæ corruptione et putredine fiant.

1149 *Fracta est ætas*] Supp. mundi. Bene, i. e. debilitata, lassata. Lambinus autem legit : *Jamque adeo affecteda est ætas, affectedaque tellus.* Verum minus bene, alioquin addendum fuisset 'male affecteda,' &c.

Ecfetaque] Defessa pariendo. Sic

enim sese explicat Poëta v. 824. ubi de terra ait : 'Sed quia finem aliquem pariendi debet habere, Destitit, ut mulier spatio defessa vultu.' Male ergo Lambin. *affectedaque.*

1151 *Secla*] Genera animalium ; sic vs. 1152. Et lib. l. passim.

1153 *Aurea . . . funis*] Quanquam funis sit masculini generis, a Lucretio tamen ponitur in fœmineo. 'Cur,' inquit A. Gell. XIII. 19. ubi citat hunc versum, 'nisi ut grandiore sono sit versus?' Porro per funem aureum, notat Lucretium catenam illam auream Homericam, per quam scilicet res cunctas e cœlo in terram de-

Nec mare, nec fluctus, plangentes saxa, creantur ;
Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex se. 1155

Præterea, nitidas fruges, vinetaque læta,
Sponte sua primum mortalibus ipsa creavit ;
Ipsa dedit dulcis fetus per pabula læta :
Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore ;
Conterimusque boves, et vireis agrorum 1160
Confacimus, seris vix arvis subpeditatei :

supremo in agros terrarum nativas gentes animantium, neque etiam æquor aut undæ generaverunt rupes, quas verberant : sed eadem terra, quæ nunc nutrit illas res de se ipsa, generavit easdem. Deinde eadem ipsa terra progenuit per se principio opimas segetes, et grata vineta in usum hominum : ipsa præbuit suaves fructus, et grata pascua, quæ jam vix crescunt etiamsi bene sint adjuncta nostro labore ; et fatigamus boves, et consumimus omnes vires colonorum, etiamsi vix

B. 2.—1154 *nec deest ante fluctus* Mus. B. 1.—1155 *gemit* Ms. B. 2. *nil alit* Ms. B. 1.—1158 *per* : sic Mus. B. 2. *et reliqui*.—1159 *Qua* Voss. vet. et L. B. *cuncta labore* Ms. B. 2. Th. Ra.—1160 *vireis* : sic P. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. *viribus* reliqui.—1161 *seris* : sic P. Hav. *feris* V. ed. Mus. B. 2. *fer-*

NOTE

missas fabulantur. Quanquam, si Platoni credimus, nihil aliud Homerus, quam solem dicit, et ostendit esse catenam auream ; quia dum sol mundum suo cursu ambit ac lustrat, omnia salva sunt et conservantur, vivunt et vigent, tum quæ apud Deos, cum quæ apud homines sunt. Si vero stet sol, et quiescat tanquam vinetus, res omnes intereant necesse est. Macrobius autem lib. 1. in Somn. Scip. catenam illam Homericam vult esse a summo Deo ad ultimam rerum faciem, connexionem unam, mutuis se vinculis religantem, et nusquam interruptam.

1154 *Plangentes*] Verberantes. Undæ quippe maris verberant rupes et saxa mari adhærentia.

1156 *Nitidas fruges*] Læta sata. Sic vss. 189. 594. 993, et 1. 253.

1157 *Sponte sua*] Nullo labore hominum.

1160 *Et vireis agrorum confacimus*] Vires agrorum, i. e. agricolas : sic vs. 265. et III. 8. 'vis equorum,' i. e. equi. Alii, *et viribus*, &c. minus bene, ut patet. Sequentes duos versus delendos censet Lambinus : quanquam nec adeo sunt inepti, si bene intelligantur, et legantur. Male enim quidam legunt : *Confacimus, seris vix arvis suppeditati*. Alii : *Confacimus ferrum vix arvis suppeditari*. Itaque fatetur poëta adeo terram esse effætam, ut etiamsi colendo illam fatigemus et conteramus boves, agricolas ipsos conficiamus labore, dum illam rastris, aratris, et vomeribus fatigant ; vix tamen aucta laboribus nostris pabula læta, arbusta, frumentaque grandescere. Scilicet quasi jam senescat tellus, lassataque pariendo destiterit.

1161 *Subpeditatei* [*suppeditari*] Supp. adeo ut, etiamsi, ita ut, &c.

Usque adeo pereunt fetus, augmentque labore!
 Jamque, caput quassans, grandis subspirat arator
 Crebrius in cassum magnum cecidisse labores:
 Et, quom tempora temporibus præsentia confert 1165
 Præteritis, laudat fortunas sæpe parentis.
 Tristis item vetulæ vitis sator, [acta peragrans]
 Temporis, incusat numen, cœlumque fatigat;
 Et crepat, antiquum genus ut, pietate repletum,
 Perfacile angustis tolerarit finibus ævom, 1170
 Quom minor esset agri multo modus ante viritim:
 Nec tenet, omnia paullatim tabescere, et ire

ferrum suffecerit agris colendis. Tantum fructus omnes intereunt, et tamen multiplicant operam hominum. Et nunc senex agricola concutiens caput ingemit, videns ingentem operam suam sæpius vertisse sibi frustra: et comparat tempora præsentia cum temporibus anteactis: plerumque laudat felicem sortem patris sui, et crebro habet in ore, quam facile prisca gens hominum, plena pietatis, traduxerit ætatem in parvis limitibus agrorum, quippe quia longe minor finis agrorum antea esset singulis hominibus: verum non intelligit res cunctas jam minutatim deficere,

runt Th. Ra. *ferrum* reliqui.—1162 *pereunt*: sic Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 3. P. in not. *pareunt* V. ed. *parcunt* Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Voss. marg. *pariunt* P. Mus. B. 1. 2. Cant. Th. Ra. Ald. *labore* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. *laborem* P. Cant. *labores* vulg.—1164 *Sæpius* O. Mus. B. 2. *manuum* Voss. marg. *laborem* vulg.—1165 *tempore* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—1166 *Præteriti* O. Mus. B. 1. 2. 3.—1167 *vitilæ* V. ed. *viti sator* V. ed. Mns. B. 1. *vitisator* Mus. B. 2. 3. *æqua fatigat* P. *atque fatigat* reliqui. H. vs. et seq. ab editoribus prætermitti solent.—1168 Vs. *integer deest* V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. *numen, cœlumque* Wakef. conj. *nomen, seclumque* P. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Cant. *in sæculumque* Vind. *seclumque fatiscens* P. in not.—1169 *suppletate* Voss. vet. sed *ubertate* superscr.—1170 *angustis* Mus. B. 2. *toleraret* V. ed. P. sed aliter in not.—1171 *minus* Bas. *multimodos* Vind. V. ed. *multimodus* P. Gryph. Ald. *multis modus* P. in not. *multimos* Mus. B. 2. *diritim* Cant. in marg.—1172 *Hec* O. *Et* P. *ut ire* Delph.—1173

NOTE

- 1163 *Caput quassans*] Vel minantis, colenda ætatem ducebant omnem.
 vel irascentis instar. 1170 *Perfacile*] Nullo, vel sine magno labore.
 1169 *Crepat*] Clamitat; in ore crebro habet: crebris sermonibus usurpat. *Angustis finibus*] Parvo agello.
 1171 *Viritim*] Per singula capita, per singulos viros.
Ut] Græce *ὡς*, i. e. quam, quomodo. 1172 *Tenet*] Novit, intelligit.
Pietate repletum] Prisci quippe homines solis Diis vacabant, quia terra sponte sua dabat fruges, nec in ea *Tabescere*] Fluere, liquescere, deficere, minui, senescere: vs. 1131.

Ad capulum, spatio ætatis defessa vetusto.

et abire ad metam ævi sui, quia confectæ sunt longævo spatio ætatis.



copulum Voss. vet. et L. B. *scopulum* vulg. et sic a man. sec. Voss. vet.]

NOTE

Ire Ad capulum [*scopulum*] Ad finem tendere; perire, interire. Metaphora est ducta a navibus, quæ cum ad scopulos impingunt, dissolvi so-

lent, et aquis mergi.

1173 *Spatio ætatis defessa*] Sic v. 825. 'Spatio defessa vetusto.'

T. LUCRETII CARI

DE RERUM NATURA

LIBER III.

ARGUMENTUM.

HACTENUS, duobus nempe superioribus libris, naturam et affectiones, quas dicimus, atomorum, rite explicasse sibi visus est Poëta. Nunc quatuor reliquis libris ea, quæ ex atomis istis fiunt, attentius speculatur: atque, uti par fuit, primas detulit partes animæ et animo, de quibus hoc toto libro jam disputat. Hunc autem auspicatur librum ab Epicuri laudibus, quem a vs. 1. ad vs. 94. prædicat primum docuisse, non a Deo, sed ex fortuito atomorum concursu, mundum hunc, et omnia fuisse facta; atque inde hominum mentes a Deorum, mortis, et pœnarum post mortem, metu liberasse: hoc autem unus Epicurus feliciter perfecit, quod alii philosophi frustra conati sunt. Pauca hæc de Epicuro præfatus, docet a vs. 94. ad vs. 137. animum et animam partem esse hominis, æque ac pedes, manus, brachia, caput, et reliqua membra, et non habitum vitalem totius corporis, seu omnium partium corporis congruentiam, concentumque, qualem quidam veteres philosophi harmoniam dixerunt. Ne vero minus distincte disputare videatur, dum vocibus animus et anima promiscue utitur, a vs. 137. ad vs. 161. docet, animum et animam unam quidem rem esse, animum vero præcipuam esse partem, et in corde residere, quippe ibi metus, gaudium, et reliquæ passiones, quæ animum sequuntur, sese ostentant; dum anima, in qua locomotiva facultas unice sita est, per totum corpus sparsa, ad nutum animi movetur: inde a vs. 161. ad vs. 177. demonstrare conatur, animi naturam esse corpoream: animus enim tangit animam, quam movet; anima autem, corpus; nullus vero, nisi inter corpora, contactus est. A vs. 178. ad vs. 323. docet, corporeum hunc animum componi e seminibus minutissimis quidem, tenuissimis, et maxime rotundis: et, si rem ipsam spectemus, e calore, vento, seu vapore, et aëre; et

alia insuper re, quæ ex tenuissimis, minutissimis, et maxime mobilibus, seminibus constans, est sensus principium, et origo: quo modo tamen calor, ventus, aër, et quarta illa res innominata misceantur, explicare se non posse liquido fatetur. A vs. 323. ad vs. 350. asserit, animam et corpus ita conjuncta esse, ut sine utriusque pernicie separari non possint: deinde, a vs. 350. ad vs. 370. non solum animum, sed etiam corpus, sentire affirmat, seu potius totum animal, rem e corpore et anima compositam: post hæc a vs. 370. ad vs. 417. refutat opinionem Democriti, qui singulas animæ partes singulis corporis partibus appositas et conjunctas esse docuit: et, ut olim affirmavit, animum esse potiolem totius compositi partem, sic ab animo potius, quam ab anima, vitam dependere, et salutem animalis conservari, asserit. Deinde a vs. 417. ad vs. 841. animos et animas nasci et interire cum corporibus, viginti octo argumentis demonstrare conatur, et transmirationem Pythagoræ obiter deridet. Demum, a vs. 841. ad vs. 882. mortem nihil esse docet, cum post mortem nihil est mortali animæ timendum; immo, si anima immortalis (ut Platoni visum est) concedatur, mortem tamen nihil esse, cum anima separata non meminerit, se nunquam antea extitisse. Proinde, ad vs. 906. ridet hominum vanam de sepultura solitudinem: deinde demonstrat, mortem non esse malum, quia mortui non indigent istis bonis, quibus vivi gaudent, neque istis doloribus afficiuntur, qui miseros mortales cruciant, usque ad vs. 943. Vitam etiam ipsam non esse desiderabilem, quippe quæ nihil novi afferat, sed easdem semper voluptates usque ad nauseam subministret, ad vs. 990. Ne vero istæ fabulæ, quas poëtæ narrant, de Inferis et pœnis post mortem, terream mortales, inde ad vs. 1036. omnes illas comoda interpretatione elevat. Unde, usque ad finem hujus libri, monet, plerosque mortalium inepte et absurde de morte queri; cum sapientissimi hominum, et potentissimi ducum et imperatorum, vim diræ necessitatis senserint: ac docet, ideo mortales vitam sollicitam et inquietam agere, quod hanc mortis contemplationem refugiant, et inepte votis omnibus eam vitam expetant, quam aliquando amissuri sunt, quæ nullam novam voluptatem afferat, innumeris vero doloribus et periculis obnoxia reddatur; præsertim, cum vivendo nihil detrahant de tempore mortis, quæ manet omnes in æternum.

O! tenebris tantis tam clarum extollere lumen

Te subsequor, o nationis Græcæ ornamentum, qui prior potuisti expromere lu-

1 O! sic Vind. Voss. L. B. Vind. fr. A Bodl. Voss. vet. Cant. E vulg. ex-

NOTÆ

1 O! tenebris tantis, &c.] Tertium hunc librum auspiciatur Lucretius ab laudibus Epicuri, quem non æmulari sed imitari conatur. Laudat autem illum inprimis, quod, perfractis quasi naturæ claustris, longe extra mundi

mœnia mente processerit, animoque peragraverit omne immensum, unde nobis retulerit, quod oriri possit, quod nequeat. Laudat etiam illum præsertim, quod mentes humanas metu Deorum, mortis, ac Inferorum

Qui primus potuisti, inlustrans conmoda vitæ,
 Te sequor, o Graiæ gentis decus! inque tuis nunc
 Ficta pedum pono pressis vestigia signis;
 Non ita certandi cupidus, quam propter amorem, 5
 Quod te imitare aveo. Quid enim contendat hirondo
 Cyncis? aut quid nam tremulis facere artubus hædei
 Consimile in cursu possint, et fortis equi vis?

cem adeo lucidam e tenebris adeo magnis, demonstrans commoditates vitæ; et jam infigo impressas plantas pedum in tuis vestigiis signatis; non tamen tam avidus contendendi tecum, quam quia cupio imitari te propter amicitiam meam erga te. Quid enim est, de quo hirundo certet cum Cyncis? vel quidnam simile hædi queant efficere inter currendum habentes membra debilia, æque ac virtus equi

//////////

collere V. ed.—2 in lustrans V. ed. Th. Ra.—3 sequar Bodl. gentis dux Gas- send. met in rasura pro nunc Mus. B. 1.—4 Ficta Hav. Bip. Delph.—5 que propter V. ed. Th. Ra.—6 de Mus. B. 1. Cant. invitare V. ed. Th. Ra. habeo Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. 3. herendo V. ed. hirondo Mus. B. 1.—7 Cygnus V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra.—8 ac fortis P. Viud. Vind. fr. Hav. Ald.

NOTÆ

primus liberaverit. Neque enim Deos timendos voluit, quos otiosos maluit, quam non beatos: sed dum illos omni nuneris aut negotii vacatione privat, nec beatos fecit aut otiosos, sed nullos. Neque pariter pœnas in morte metuendas voluit, quæ mortales animos nullæ post mortem manerent. Animas quippe corporeas fecit et mortales. Hoc quippe toto libro de animi et animæ natura disputat, variisque confirmat argumentis animas sicut nativas et corporeas, ita mortales, et cum corpore perituras esse. His 13. vss. primis continetur præmium.

Tenebris tantis] E tanta rerum ignoratione.

Lumen] Cognitionem.

2 *Inlustrans*] Illustrans: hoc est, facilem ac proclivem beate vivendi viam hominibus demonstrans.

3 *Graiæ gentis decus*] Notat Epicurum, quem l. 67. not. Atheniensem fuisse diximus, et de quo iterum infra vs. 1056.

4 *Ficta* [*Fixa*] Lamb. et alii; bene. Pareus *ficta*, quia, inquit, sic Cic. de Orat. III. 45. 'nullam partem corpori sine aliqua necessitate affictam,' &c. Verum verbum figo facit vulgo fixi, et fixum, in præterit. et supin.

6 *Aveo*] Cupio. Alias habeo. Non male.

Contendat hirondo Cyncis] Vox Cyncis est in dativo casu. Sic Horat. Ep. I. ad Loll. 'mihî contendere noli.' Porro præclara est hæc comparatio. Namque hirundo garrula avis notat ineruditos: Cyncus vero, quia non nisi mortem præsentiens canit, et quasi quid in morte boni sit prævidet, signat eruditos, inquit Cic. Tusc. I. Unde illud adagium Græcæ: τὸτ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι. I. e. 'tunc canent Cynci, cum tacebunt Graculi.' Dicitur id in garrulosis, quibus inter eruditos non est dicendi locus.

8 *Fortis equi vis*] Fortis seu celer equus. Periphrasis.

Tu, Pater! es rerum inventor; tu patria nobis
 Subpeditas præcepta: tuis ex, inclute, chartis, 10
 Floriferis ut apes in saltibus omnia limant,
 Omnia nos itidem depascimur aurea dicta;
 Aurea, perpetua semper dignissima vita.

Nam, simul ac ratio tua cœpit vociferari
 Naturam rerum, divina mente coortam, 15
 Diffugiunt animi terrores; mœnia mundi
 Discedunt, totum video per inane geri res:
 Adparet Divom numen, sedesque quietæ;
 Quas neque concutiunt ventei, nec nubila nimbis

validi? Tu es parens et repertor rerum; tu das nobis paterna documenta; et sicut apes degustant omnia in pascuis florigeris, ita pariter nos decerpimus ex tuis scriptis, o vir clarissime, omnes sententias aureas, aureas, inquam, et quæ merentur perpetuo ævum sempiternum. Namque ubi primum vis mentis tuæ incepit clamare, summam universam rerum non fuisse creatam divina ratione, metus mentis abeunt: sepimenta mundi dissipantur: cerno res cunctas fieri per omne vacuum: potentia Deorum cernitur otiosa, æque ac domus illorum, quas neque venti commovent,

//////////

Bip. Delph.—9 *et rerum* Hav. Bip. Delph. *es deest* Voss. L. B. *ô* Voss. vet. sed a sec. m.—10 *tuisque* vulg. *est* pro *ex* Mus. B. 2. *ex deest* Mus. B. 3.—11 *libant* P. Gif. Par. Gryph. Cr. conj. Delph. Nard. Fab. Cout. Bas. Gas-send. *limantur* Bodl. *deliniant* Bas. marg.—14 *repiit* V. ed. Th. Ra.—15 *rerum haud divina* vulg. *Divam sine mente* Lamb. *coortam* Voss. vet. *coactam* Lamb. in not. *creatam* alii.—19 *neque nubila* vulg.—20 *acre* Voss. vet. et L. B.—

NOTE

9 *Tu, pater! es* [et] Bene. Olim *tu Pater es*, male, ut patet.

Patria] Paterna, seu patrita.

10 *Tuis ex* [*Tuisque ex*] Pro *exque tuis*. Sic vs. 852. 'quibus e,' pro, e quibus. Sic iv. 827. 'Validis ex apta lacertis.'

Inclute] Inelyte.

11 *Floriferis ut apes*] Præclara altera comparatio. Lucretius autumat se instar apum flores decerpere, dum præcipua sapientis Epicuri documenta colligit, et persequitur.

Limant [*Libant*] Degustant, decerpunt, depascuntur. Bene. Lamb. *limant*: nimis darum: neque enim apes limant herbas aut flores: sed delibant. Hinc vs. seq. dixit Poëta 'depascimur' non, limamus.

12 *Depascimur*] Depascor verbum deponens, quod idem est ac depasco. Sic Virg. 'Florem depasta salicti.'

14 *Ratio tua*] Philosophia tua: vel mens tua.

15 *Naturam rerum*] Universam rerum summam: res cunctas.

16 *Diffugiunt animi terrores*] Neque enim est, cur Deos metuant homines, quos nec mundi auctores, nec rerum curam agentes jam agnoscunt.

Mœnia mundi] Ambitus cæli. i. 73. 1094. &c.

17 *Geri*] Fieri, administrari. Lamb. semper pro *geri* legit *geni*, quasi gigni.

18 *Divom numen*] Potentia Deorum, quos otiosos fecit Epicurus.

19 *Quas neque, &c.*] Hos 4. vss.

Adspargunt; neque nix, acri concreta pruina, 20
 Cana cadens, violat: semper sine nubibus æther
 Integer, et large diffuso lumine, ridit.
 Omnia subpeditat porro natura, neque ulla
 Res animi pacem delibat tempore in ullo.
 At contra nusquam adparent Acherusia templa; 25
 Nec tellus obstat, quin omnia despiciantur,
 Sub pedibus quæquomque infra per inane geruntur.
 Hiis ibi me rebus quædam divina voluptas

neque nubes perfundunt imbribus, neque nix alba, compacta ex gelido rore, decidens tangit: et cælum perpetuo serenum cooperit illas et recreat per lucem late dispersam: denique natura subministrat illis cuncta, neque res ulla extenuat in ullo tempore tranquillitatem mentis illorum. Contra vero palatia Acherusia nullibi cernuntur: neque terræ nusquam impedit, quominus res cunctæ cernantur, quæ scilicet deorsum infra pedes nostros fiunt per vacuum magnum. Cum vero divina

21 *semperque innubilis* vulg. *in nubibus* Vind. V. ed. Th. Ra. Ferr. Mus. B. 1. 2. 3.—22 *Integit* vulg. *ridit* V. ed. *ridet* reliqui libri.—24 *delibat* Lamb. Bip. illo V. ed. O. Th. Ra.—26 *quando* Ferr. V. ed. Mus. B. 3. *despiciantur* Mus. B. 2. Hav. Bip. Delph.—28 *tibi* vulg. *ubi* Gif. L. B. Par. Delph. Cont. P.

NOTÆ

sumpsit ex Homero Odyss. 6. Οἴλυμ-
 πόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἔδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
 "Ἐμμεναι, οὗτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὐτε
 πόντ' ὕμβρω Δεύεται, οὐτε χιῶν ἐπιπίλνα-
 ται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη Πέπταται ἀννέφελος,
 λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀγλή. 'Ad Olym-
 pum, ubi inquit Deorum sedem
 firmam semper esse, quæ neque ven-
 tibus concutitur, neque unquam imbre
 rigatur, neque vix admovetur, sed
 potius serenitas panditur absque
 nube, lucidus vero circumfulget
 splendor,' &c.

21 *Semper sine nubibus* [*Semperque
 innubilis*] *æther*] Innubilis, i. e. se-
 renus. Alii, *semper sine nubibus æther*.
 Idem.

22 *Ridit*] *Antique* ridit, pro, ridet,
 sicut stridit, pro, stridet.

23 *Omnia subpeditat*, &c.] Sic I. 60.
 'Ipsa suis pollens opibus, nil indiga
 nostri,' &c.

24 *Delibat*] *Demit*, detrahit, violat.
 Sic vs. 1102. Lambinus vero

legit *delibat*, quasi decorticat, pro,
 extenuat.

25 *Acherusia templa*] *Inferi*, I. 120.

27 *Per inane geruntur*] *Fiunt* per
 omne immensum, seu in vasta na-
 tura.

28 *Hiis ibi me rebus*, &c.] *His* 13. vs.
 præmisso proœmio jam duplicem red-
 dit rationem, cur de animæ et animi
 natura disputaturus sit. I. quia mira
 capitur voluptate in hisce rebus trac-
 tandis. II. quia explicavit hactenus
 naturam et qualitates, quas dicimus,
 atomorum, ex quibus res cunctæ fi-
 unt. Quia vero anima præcipua res
 est, rite ab animæ natura explicanda
 auscultaturus est, scilicet ut procul
 pellat ex humanis mentibus vanum et
 Deorum et Inferorum terrorem, si
 mortales animas esse subito manifes-
 tum fecerit. Quam postremam rati-
 onem fusius prosequitur usque ad
 vs. 94.

Ibi [*Ubi*] Postquam, cum, quoniam.

Percipit, atque horror; quod sic natura, tua vi
 Tam manifesta patens, ex omni parte resecta est. 30

Et, quoniam docui, cunctarum exordia rerum
 Qualia sint, et quam, variis distantia formis,
 Sponte sua volitent, æterno percita motu;
 Quoque modo possint res ex hiis quæque creari:
 Hasce secundum res animi natura videtur, 35
 Atque animæ, claranda meis jam versibus esse;
 Et metus ille foras præceps Acheruntis agundus,
 Funditus humanam qui vitam turbat ab imo,
 Omnia subfuscaus mortis nigrore; neque ullam

quædam lætitia, et ingens admiratio percusserit me in hisce rebus, eo quod natura ita per vires ingenii tui adeo clara et aperta revoluta est: et cum ostenderim qualia sint primordia rerum omnium, et quam diversis figuris differentia moveantur ex seipsis percussa mutuis plagis; et qua ratione res cunctæ queant fieri ex illis: sane post has res, natura animi et animæ videtur esse illustranda nunc meis carminibus; et timor ille Acheruntis longe prorsus expellendus, qui perturbat vitam hominis usque ad fundum, aspergens cuncta nigredine mortis, et qui non sinit ulla

Voss. marg. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—29 *Percipit* Gif. Gryph. Delph. Bas. marg. at V. ed. error V. ed. V. marg. sed in altero corr. fuit, dein rursus error repos. si Mus. B. 1. Cant. *signatura* Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. *signatur a* Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. V. marg. 1.—30 *patet* Hav. Bip. *recta* V. ed. Voss. vet. et L. B. *retenta* V. marg. 2. *retorta* Th. Ra. Delph. es P. Ald. *est deest* Hav. Bip.—31 *quom* V. ed. cum Mus. B. 2.—33 *ultimo* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Lamb. P. Voss. et L. B. *alterno* Gif. Par. *alterna* Bodl. Voss. vet. *partita* V. ed. *perita* Th. Ra.—34 *Quore* P. V. ed. Voss. vet. Mus. B. 3. Cant. *motu* Voss. vet. *ex his res* edd. vulg.—35 *videtur* deest V. ed.—39 *suffundens* P. Mus. B. 2. Cant. Hav. Ald.

NOTÆ

Relative ad vocem quoniam vs. 31. Lamb. legit, *tibi*, supp. fateor. Verum gratis hæc interpretatio fit.

29 *Percipit* [*Percipit*] Percussit. Sic r. 13. 922. dicitur ‘percutere animum.’ Alii, *percipit*, h. e. occupat, pervadit.

Horror] Admiratio. Horrere enim stupere est et admirari.

30 *Resecta* [*Retorta*] *est*] Evoluta est, quæ prius quasi contorta, et involuta in seipsum videbatur. Metaphora ducta a tela in glomeramen involuta. I. e. manifestata est, illustrata est, cognita est.

31 *Et, quoniam docui, &c.*] Nimirum

Lib. 1. et 11.

33 *Sponte sua*] Naturaliter, ex seipsis.

35 *Secundum*] Post, vel pro.

36 *Claranda*] Declaranda, illustranda, manifestanda. Sic iv. 779.

37 *Acheruntis*] Inferorum. Dicitur Acheron, ontis; et Acherons, untis. Est autem Acheron fluvius ex Acherusia palude profluens, quem qui trajecerit, nunquam redire ferunt Poëta. Sic dicitur a vocibus Græcis ἄχος ‘dolor,’ et ῥέω ‘fluo,’ quasi doloris fluvius. Hinc et Inferorum fluvius fingitur, et pro ipsis Inferis usurpatur.

Esse voluptatem liquidam, puramque, relinquit. 40

Nam, quod sæpe homines morbos magis esse timendos
Infamemque ferunt vitam, quam Tartara leti ;

Et se scire animæ naturam, sanguinis esse,

Aut etiam venti, si fert ita forte voluntas,

Nec prorsum quidquam nostræ rationis egere ; 45

Hinc licet advortas animum, magis omnia laudis

delicias vitæ esse liberas et sinceras. Etenim, quia homines dicunt vulgo morbos esse magis metuentes, et vitam ignominiosam magis esse timendam, quam inferna loca mortis, et quia dicunt se noscere naturam animæ esse sanguineam, nec aliquid omnino opus habere se nostris argumentis ; inde oportet ut animalcertas, si forsitan

Bip. Delph. *suffundans* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *subffundans* Vind. fr. *vigore* V. ed. Bodl. Th. Ra. *nec* Ald. *ne* V. ed. Th. Ra.—40 *reliquit* V. ed. Th. Ra. Ald.—41 *Namque* V. ed. *omnes* Mus. B. 1.—43 H. vs. delend. censet Fab.—44 H. vs. vulgo sequitur vs. 46. *vetiti* Gif. Par. Cout. Bas. marg. P. *voluptas* Bas. marg. P.—45 H. vs. delend.

NOTÆ

40 *Liquidam, puramque*] Liberam, et puram. Metaphora ab aquis ducta, quas nec ventus agitatur, nec limus fœdat.

41 *Nam, quod sæpe homines, &c.*] His 14. vs. nonnullorum objectioni facit satis, qui, quia putabant animas in sanguine esse et cum corpore mortales, jactabant se nihil opus habere doctrina Epicuri et Lucretii ad hoc, ut et Acheruntis terrorem et Deorum metum procul abigerent. Respondet Lucretius nihilominus tales homines egere nova sua doctrina. Neque enim sibi persuasum habere potest tales homines eadem et velle et dicere. Namque aliter loquuntur, aliter sentiunt. Neque putat eos jactare mortalitatem animarum, nisi inanis gloriæ et ostentationis causa. Dicunt se mortem non timere, et animas cum corporibus mori: et tamen mortuis parentant, inferias manibus mittunt; et religioni operam dant, si quando sint in rebus adversis. Non igitur eadem sentiunt, et dicunt. Namque, ut ait I. 108. ‘ si certam finem esse viderent Ærumnarum homines, aliqua ratione valerent Religio-

nibus atque minis obsistere vatum.’

Quod] Etiamsi, quamvis, licet.

Homines] Pnta eos, qui animas sanguineas fecerunt, vs. 43.

42 *Tartara leti*] Inferos, in quibus post mortem fontes plectuntur. Dicitur Tartarus Masc. sing. Tartara Neut. plur. Sic Virg. Geor. iv. 481. ‘ Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti Tartara.’

43 *Sanguinis esse*] Veteres quidam Ethnici censuerunt animam esse in sanguine, vel sanguinem, quæ cum corpore moreretur. Ita censuit Empedocles; ita Critias, testibus Cicer. 1. Tusc. et Arist. de anim. 1. c. 2. et Macrob. in somn. Scipion. et Tertull. de anim. c. 5. Hinc ad eorum mentem dixit Virg. Æn. x. 908. ‘ Undantique animam diffundit in arma cruce.’

44 *Venti*] Ostentationis; auræ popularis. Metaphora. Alii legunt aliter hunc versum: *Aut etiam vetiti, si fert ita fera voluntas.* H. e. aut etiam quia vetitum est illis, si fert ita voluntas eorum indomita; quasi nolint cedere, sed dura et fera sint cervice. Dnrior sane interpretatio.

Jactari caussam, quam quod res ipsa probetur :
 Extorres iidem patria, longeque fugatei
 Conspectu ex hominum, fedatei crimine turpi,
 Omnibus ærumnis adfectei denique, vivunt ; 50
 Et quoquomque tamen miserei venere, parentant,
 Et nigras mactant pecudes, et Manibus Divis
 Inferias mittunt ; multoque in rebus acerbis

ita lubet animo tuo, hæc omnia dici ab illis potius propter cupiditatem laudis, vel etiam propter vanitatem, quam quia res ipsa talis credatur ab illis. Iidem isti homines exulati e patria, et procul pulsi ex oculis hominum, inquinati scelere infami, afflicti omnibus calamitatibus, tandem vivunt ; et, in quemcunque locum pervenerunt, persolvunt tamen justa mortuis, et interficiunt atra pecora, et inferunt sacrificia Diis manibus, et eo vehementius applicant mentes suas ad religionem,

//////////

censet Fab. prorsus Mus. B. 1. 2.—47 *causa* Hav. P. Mus. B. 1. Cant. Delph. Ald.—50 *aflecti* V. ed. Th. Ra.—52 *Quas* Cant. Gif. marg. Nard. et *ignibus divi Nonius*, iv. 291. *manibusque divisque* Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. *quas manibus dis* V. marg. 1. *manibus divis* Voss. L. B. et *mani-*

NOTÆ

47 *Quam quod res ipsa probetur*] Hoc est, quam quod ita sentiant. Aliter enim vivunt, quam sentiunt.

48 *Extorres*] Exules.

50 *Adfectei*] Alias *Afflicti*. Idem.

Vivunt] Vitam amant: vivere cupiunt, ac mortem metuunt.

51 *Parentant*] Justa mortuis persolvunt. Igitur credunt animas post mortem penis affici apud inferos.

52 *Nigras mactant pecudes*] Diis quippe Inferorum, manibus, et mortuis nigras hostias immolabant antiqui: Diis vero superis albas hostias. Cujus rei rationem hanc reddit Arnobius vii. adv. gentes, irridens sacra gentilium: 'Quæ in coloribus ratio est, ut merito his albas, illis nigras conveniat nigerrimasque mactari? Quia superis Diis, inquit, atque hominum dexteritate pollentibus color albus acceptus est, ac felix hilaritate candoris. At vero Diis lævis sedesque habitantibus inferas color fulvus est gratior et tristibus suffectus e fucis,' &c. Sic Virg. Æn. v.

736. et vi. 243. Sic Geor. iv. 546.

Manibus Divis] Manibus Diis, h. e. Diis Inferorum. *Manes* enim, inquit Servius, dicti sunt Dii inferi per antiphrasim, quia non boni. Aliis dicti sunt manes, boni Dii, a 'manum,' quod est bonum. Apuleius autem de dæmonio Socratis sic ait: 'Manes animæ dicuntur melioris meriti, quæ in corpore nostro genii dicuntur: corpori rennunciantes, lemures: cum domos incursionibus infestarent, larvæ appellabantur. Contra, si bonæ fuerint, lares familiares.' Festus, 'Manes Dii ab Auguribus vocabantur, quod per omnia manare credebant, eosque Deos superos et inferos dicebant.' Hinc Cicero 2. de Leg. 37. 'Deorum manium jura saneta sunt.'

53 *Inferias*] Sacrificia, quæ Diis Manibus et mortuis fiebant. Sex autem res nomine inferiarum continebantur, aqua, mel, lac, vinum, sanguis, comæ. Eurip. in Orest. in Iphig. Virg. Æn. iii. 66. et v. 77. Senec. in Cædip.

Acrius advortunt animos ad religionem.

Quo magis in dubiis hominem spectare periculis 55

Convenit, advorsisque in rebus noscere, quid sit :

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo

Eliciuntur : et eripitur persona, manet res.

Denique, avarities, et honorum cæca cupido,

Quæ miseros homines cogunt transscendere fineis 60

quo magis sunt in rebus adversis. Quapropter magis conveniens est considerare homines in periculosos discriminibus, et cognoscere in rebus miseris quales sint. Namque tunc tandem vera verba emittuntur ex profundo pectore, larva detrahitur, et res non ficta remanet. Postremo avaritia, et amens cupiditas gloriæ, quæ impellunt mortales infelices transgredi terminos æquitatis, et sæpe factos comites



busque divisque Mus. B. 2. 3.—54 *avertunt* O. *advertant* Mus. B. 1.—55 *hominēs* Gif. P. Gryph. Delph. Nard. Bas. Bodl. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald.—56 *quid sit*: sic P. in not. V. ed. Cant. Th. Ra. *qui sint* P. Ald. Delph. *qui sit* cett. —57 *vere* V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. Ald.—58 *Ejiciuntur* Creech. Fab. Gif. Lamb. et *deest* Voss. vet. *manare* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Vind.

NOTÆ

55 *Quo magis, &c.*] His 4. vss. concludit ex dictis supra, in rebus adversis potissimum homines esse agnoscendos. Tunc enim veras emittunt voces, remota omni calliditate.

Hominem [*Homines*] *Alii hominem*; et sic vs. seq. *qui sit* in singulari numero.

58 *Eliciuntur*] Sic loquitur Cicero pro Cæl. ‘nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem ejiciat?’ *Alii eliciuntur*, hoc est, expromuntur. Minus eleganter.

Persona] *Larva, fucus, calliditas*. Sic ducitur ab histrionibus, qui facie conficta utuntur; unde dicti ‘personati.’ Hinc et Quintilianus dixit, ‘semper sub persona vivere,’ de iis, qui aliud dicunt, aliud sentiunt.

59 *Denique, avarities, &c.*] His 28. vss. varia enumerat scelera, in quæ timor mortis miseros homines impellit. *Alii enim, inquit, divitiarum aviditate inflammati, alii cupiditate laudis ac gloriæ ducti rem conflant et faciunt; quia paupertas acris, et*

turpis fama jam quasi ad mortis fores morantur, mortemque ipsam hominibus videntur accelerare. Igitur non nisi metu mortis proximæ student alii divitiis, alii honoribus. Quo fit ut, dum homines utramque hanc cupiditatem divitiarum et honorum satiare student, pars sanguine civium rem faciunt, pars cæde parentum ad honores transcendunt. Simili ratione alii rumpuntur invidia, dum alios in dignitatibus esse cernunt, ipsi vero sine auctoritate et honoribus jacentes despiciuntur. Quæ invidia ipsis nascitur ex metu mortis. Alii vero mortem sibi consciunt cupidine nominis et statuarum. Igitur ex ipso mortis metu illos invidia macerat: hos gloria laudis interficit. Denique alios usque adeo, mortis metu, tædium vitæ capit, ut mortem sibi inferant, obliviscanturque metum mortis esse fontem curarum omnium, pudorem omnem tollere, amicitias rumpere, pietatem evterere, patriam tradere, &c.

Juris; et interdum, socios scelerum atque ministros,
 Nocteis atque dies niti præstante labore
 Ad summas emergere opes: hæc volnera vitæ
 Non minumam partem mortis formidine aluntur.
 Turpis enim ferme contemptus, et acris egestas, 65
 Semota ab dulci vita, stabilique, videtur;
 Et quasi jam leti portas contariet ante.
 Unde homines, dum se, falso terrore coactei,
 Ecfugisse volunt longe, longèque remosse;

et ministros criminum tentare dies ac noctes evadere per summam operam ad maximas divitias: hæc, inquam, sunt plagæ vitæ hominum, quæ nutriuntur metu leti, maxima ex parte. Etenim ignominiosus despectus honoris, et acerba paupertas videntur longe secreta a suavi et immutabili vita, et veluti jam morari ad limina mortis. Ex quo fit, ut homines, dum impulsivi hoc falso metu mortis cupiant se procul recessisse

//////////

fr. Mus. B. 1. 3. *manere* Ferr. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2.—61 *sceleris* Ferr. Mus. B. 2. V. marg. 1. *sterilis* V. ed. Bodl. *sederis* Th. Ra.—62 *perstante* P. in not.—64 *minimam in partem* V. marg. 1.—65 *ferme*: sic Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Cant. *fama et vulg. formæ* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *forme* Mus. B. 2. *famæ* P. Ald.—66 *aduci* Mus. B. 1. 3. *videntur* Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Hav. Bip. Delph.—69 *Refugisse* Hav. Bip. Delph. *remote* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. Cant. *remoti* O. Mus. B. 1. V. marg. 1. *remossi* Nard. *recesse* Lamb. Bip. *remasse* Gif. Par. Delph. Cout. *remanse* alii.

NOTÆ

62 *Nocteis atque dies, &c.*] Hic vs. positus fuit jam II. 12.

63 *Volnera*] *Vulnera*. Metaphora est, quasi avaritiæ et honoris cupido vulnere corda feriat.

64 *Minumam partem*] *Minima* ex parte. Sine præpos. sed subauditur secundum. Sic Cæsar de Bell. Gall. IV. 'non multum frumento, sed maximam partem lacte vivunt.' Sic Lucret. item VI. 1217.

65 *Turpis ferme [famæ] contemptus*] Ita antiqui codices; nec male. Sicut enim acris egestas opponitur avaritiæ, ita turpis famæ contemptus opponitur cæcæ honorum cupidini. Vox autem 'turpis' non ad vocem 'famæ,' sed ad vocabulum 'contemptus' refertur. *Turpis* contemptus famæ, h. e. turpis ignominia. Qui enim ignominiosi sunt,

spernuntur. Alii legunt, *Turpis enim ferme contemptus*. Alii, *Turpis enim fama et contemptus*. Nec male, sed cur hæc immutatio?

67 *Contariet*] Poëtice pro cunctari, h. e. morari, stare.

68 *Falso terrore*] Supp. mortis.

69 *Ecfugisse [Refugisse]*] Duplicata litera *f*, metri causa. Supp. ab eo terrore mortis; quasi longius absint a morte, dum erunt in summis honoribus, et summa rerum copia abundant.

Remosse [remasse] Remavisse. Fest. *remare* olim, pro *remcare*; h. e. quasi redire. Lamb. vero *remosse*: male: namque *refugisse* absolute positum non convenit cum *remosse*, quod active dicitur. Alii *recesse*, pro recessisse. Bene.

Sanguine civili rem conflant, divitiasque	70
Conduplicant avidei, cædem cæde accumulantes:	
Crudeles gaudent in tristi funere fratris ;	
Et consanguineum mensas odere, timentque.	
Consimili ratione, ab eodem sæpe timore	
Macerat invidia : ante oculos illum esse potentem,	75
Illum adspectari, claro qui incedit honore ;	
Ipsi se in tenebris volvi, cænoque, queruntur.	
Intereunt partim statuarum, et nominis, ergo ;	
Et sæpe usque adeo, mortis formidine, vitæ	
Percipit humanos odium, lucisque videndæ,	80

et procul recidiisse ab eo, parant opes cæde civium, et cupidi nimis ingeminant opes suas, addentes necem neci. Inhumani delectantur cruenta cæde fratris sui, et odio habent ac metuunt mensas propinquorum suorum. Pari modo plerumque ex eodem falso metu mortis invidentiâ exedit illos, dum vident ante suos conspectus alterum esse in imperio, alterum magni luberi, et procedere in summa veneratione: ipsi vero conqueruntur involvi in tenebris, et in luto. Pars alia mortem appetit causa gloriae et simulacrorum: et plerumque tædium vitæ et intuendi luminis ita vehementer capit homines præ metu mortis, ut inferant sibi mortem mæsto corde,

—71 *cædi* Mus. B. 2. Bip. Hav. Delph.—72 *fratres* P. Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald., V. marg. 1. Bodl.—73 *timent quæ* Ald.—74 *rationi* Voss. vet. H. vs. deest Mus. B. 1.—75 *Macerati* Voss. vet. *potentum* P. in not.—76 *clarus qui incedit* Lamb. *claro incedere* Bodl. *claroque incedere* vulg.—77 *Ipsique* Mus. B. 2.—78 *Intereuntes fastus tantum vel Intereunte potentatus* Voss. marg. *statuarum* O. Mus. B. 1. P. in not. Hav. Bip. Delph. *statuai* Gif. Par. *status* Gryph. Sns. P. Ald. *statuæ* Bas. marg. *statim* vel *statum* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B.—80 *Percipit ingratos* Gassend.

NOTE

70 *Rem conflant*] Rem faciunt, rem augment, opes parant. Sic Terent.

73 *Consanguineum*] Consanguineorum, eorum quibuscum sunt juncti sanguine.

Mensas] Epulas, cænas,

75 *Invidia*] Invidentiâ. Namque, ut ait Cicero Tusc. iv. hoc vocabulum invidia, tam cadit in eum, qui invidet, quam in eum, cui invidetur: invidentiâ vero active sumitur.

Potentem] Rerum potiri: in dignitatibus esse.

76 *Clarus qui incedit honore* [*claroque incedere honore*] Verbum *incedere* notat auctoritatem et hono-

rem. Sic Virg. Æn. i. 50. de majestate incessus Junonis: 'Ast ego, quæ Divum incedo regina, Jovisque,' &c. Sic Propert. Eleg. ii. 2. 'Incedit vel Jove digna soror.' Alii legunt: *claro qui incedit honore*. Supp. terror mortis. Alii: *claroque incedit honore*. Supp. invidia.

77 *In tenebris*] In obscuritate, quæ ignobilium est conditio ac fortuna vilis. Metaphora est.

Cæno] Contemptu, abjectione. Metaphora est. Sic Livius dixit *Plebeium cænum*.

80 *Lucisque videndæ*] Supp. diei: h. e. fruenti vita.

Ut sibi consciscant mœrenti pectore letum ;
 Oblitei fontem curarum, hunc esse timorem ;
 Hunc, vexare pudorem ; hunc, vincula amicitiai
 Rumpere ; et, in summa, pietatem evortere suadet :
 Nam jam sæpe homines patriam, carosque parenteis, 85
 Prodiderunt, vitare Acherusia templa petentes.
 Nam, velutei puerei trepidant, atque omnia cæcis
 In tenebris metuunt ; sic nos in luce timemus
 Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quam
 Quæ puerei in tenebris pavitant, finguntque futura. 90
 Hunc igitur terrorem animi tenebrasque, necesse est,
 Non radici solis, neque lucida tela diei,
 Discussant ; sed Naturæ species, Ratioque.
 Primum, animum dico, mentem quem sæpe vocamus,

immemores hunc metum esse originem ægritudinum suarum ; hunc metum violare pudorem ; hunc metum perfringere nexus amicitiae, et tandem destruere funditus pietatem omnem. Eicunt homines jam plerumque tradiderunt patriam et amatissimos suos propinquos, cupientes effugere sedes infernas. Namque sicut infantes concutiuntur metu, et timent cuncta in obscuris tenebris: ita nos nonnumquam in die metuimus ea, quæ non sunt magis timenda, quam quæ infantes metuiunt in tenebris, et quæ sibi repræsentant in animo eventura. Ergo oportet ut, non quidem splendor solis, aut clara spicula lucis, sed imago naturæ et lux mentis dissipent hunc metum, atque has tenebras mentis nostræ. Primo dico animum, quem non-

hodie Mus. B. 2.—81 morienti V. ed. Bodl. Th. Ra.—82 habent esse V. ed. Th. Ra.—83 huc vincula Mus. B. 2. Habent...habent pro Hunc...hunc V. ed. Th. Ra.—84 pietate Vind. Bodl. V. ed. O. Vind. fr. Sus. Ferr. Th. Ra. vertere Vind. fr. funditus Gif. Par. suadet Lamb. Gryph. Nard. Sus. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. V. ed. suadet V. marg. 1. suadit Bas. Bodl. suapte Voss. marg.—86 H. vs. deest Mus. B. 1.—87 ac omnia Mus. B. 1.—90 fugiunt Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Ferr. Th. Ra. tingunt Vind. fr.—91 Nunc V. ed. O. Mus. B. 2. Sus. Th. Ra. tenebris Ferr.—92 radiis Mus. B. 2. nec Mus. B. 1.—94 quam Gryph. Nard. Mar. Bas.—95 vocatum Sus. V.

NOTÆ

82 *Hunc timorem*] Supp. mortis.
 84 *Evortere suadet* [*fundo*] H. e. funditus evortere. Sic supra vs. 3. 'turbat ab imo.' Sic Virg. *Æn.* x. 88. 'Nosne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo Conamur?' Lamb. legit, *evortere funditus*.
 86 *Acherusia templa*] Inferorum loca: Inferos, vs. 25.
 87 *Nam velutei puerei, &c.*] Hi 7. vss. jam positi sunt II. 54. et iterum re-

petuntur VI. 34. Confirmat igitur vanum esse metum, quem de Diis, de Inferis, et de penis post mortem habent homines; præclaraque utitur comparatione. Quasi hunc animi terrorem hominibus incusserit rerum ignorantio. Consule horum 7. vss. notas loco citato.

94 *Primum animum, &c.*] Disputaturus hoc toto libro de animi et animæ natura, his 43. vss. primum re-

In quo consilium vitæ, regimenque, locatum est,
Esse hominis partem nihilo minus, ac manus, et pes,
Atque oculi, partes animantis totius exstant.

95

Quam vis multa quidem sapientum turba putarunt

nunquam appellamus mentem, in quo ratio et regula vitæ posita est, non minus esse partem hominis, quam manus, et pes, et oculi sunt partes totius animalis. Licet sane magna multitudo philosophorum crediderint sensum unim non esse posi-

//////////

ed. Voss. marg. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra.—96 *ut manus* V. ed. Mus. B. 1. *ac pes* Mus. B. 2. *pes* deest V. ed. Th. Ra.—98 H. vs. deest Voss.

NOTÆ

futat veterum philosophorum opinionem, qui crediderunt animum nihil aliud esse, quam harmoniam, seu quandam corporis intentionem, velut in cantu et fidibus. Hujus autem opinionis auctorem faciunt Aristoxenum, medicum et musicum, qui primum Lamprum Erythræum, deinde Zenophilum Pythagoreum, postremo Aristotelem audivit. Quamquam Cic. Tusc. 1. non auctorem, sed fautorem tantum hujus opinionis illum esse dicit: 'Proxime autem Aristoxenus, musicus, idemque philosophus, intentionem ipsius corporis quandam, velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur; sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri, tanquam in cantu sonos. Hic ab artificio non recessit; et tamen dixit aliquid, quod ipsum, quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone.' Noluit igitur Lucretius ex Epicuri doctrina animum esse harmoniam: sed ait æque totius animati partem esse, ac pes, manus, et oculi pars certa sunt corporis. Idque probat 1. his 19. vs. infirmo comparationem, quam illi instituebant de animo cum valetudine. Valetudo quidem non est certa pars animalis valentis: sed est temperamentum æquum quatuor primarum qualitatum, ut aiunt. Verum animus non ita se habet; namque aliquando totius corporis iniqua est

intentio seu temperatio, hoc est, totum ægrotat corpus, aut certæ illius partes dolent, cum tamen animus lætatur: sicut sæpe caput dolet, non dolente pede; aut contra. Igitur animus certa pars est totius animati.

Mentem] Mens dicitur una e tribus animæ partibus. Gallice, *l'entendement*. Sunt enim Mens, Memoria, Voluntas.

96 *Nihilo minus ac manus, et pes, &c.*] Dum animum dixit esse partem hominis, non male philosophatus est poeta. Vere enim animus pars est hominis informans, ut aiunt; non autem assistens, et velut nauta in navi, aut auriga in curru, quod academici senserunt. Verum dum addidit partem esse hominis, æque ac pes, manus, oculi, &c. sunt partes totius animantis, turpiter hallucinatus est. Neque enim distinxit inter partes integrales, et essentielles, quas vocant. Partes quippe integrales seu integrantes faciunt totum compositum in genere materiæ: sic oculi, caput, manus, brachia, pedes, &c. totum constituunt corpus: partes vero essentielles totius compositi essentiam faciunt: sic materia et forma: sic corpus et anima totum constituunt hominem. Verum sentiebat Lucretius cum Epicuro animam corpoream esse, ac proinde partem integram esse voluit.

Sensum animi certa non esse in parte locatum;
 Verum habitum quemdam vitalem corporis esse, 100
 Ἀρμονίαν Graiei quam dicunt; qui faciat nos
 Vivere cum sensu, nulla quom in parte siet mens:
 Ut bona sæpe valetudo quom dicitur esse
 Corporis, et non est tamen hæc pars ulla valentis;
 Sic animi sensum non certa parte reponunt: 105
 Magno opere in quo mi divorcei errare videntur.
 Sæpe itaque in promptu corpus, quod cernitur, ægrum;
 Quom tamen ex alia lætamur parte latenti:
 Et retro fit, ubi contra sit sæpe vicissim,

tum in peculiari parte corporis; sed esse certam intentionem vitalem corporis nostri, quam Græci vocant harmoniam, eo quod faciat nos vivere cum sensu, nec tamen mentem esse in ulla parte corporis. Sicut quando firma sanitas corporis plerumque dicitur esse, et tamen hæc sanitas non est pars aliqua corporis sani: ita illi sapientes non ponunt animum in certa aliqua parte. Qua in re valde aberrantes videntur mihi falli. Profecto enim nonnunquam corpus, quod videtur, in aperta parte ægrotat: et tamen ex alia parte, quæ latet in nobis, lati sumus. Et contra, accidit ut plerumque vice versa contrarium fiat; quan-

vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. Cant. *putare* Bas. marg. *putaret* Gryph. marg. Ald. P. *putarit* Gif. Par.—99 H. vs. deest Mus. B. 1.—100 *Utrum* V. ed. Th. Ra. *vitalis* Voss. vet. Mus. B. 2. *totius corporis* Gas-send.—101 *Harmoniam* Hav. Ferr. V. ed. Th. Ra. Bip. Delph. *qui* Mus. B. 1. *quod reliqui*.—102 *concentu* Cr. conj. *quom* deest V. ed. *tamen in parte* Mus. B. 2. *sciēt* Mus. B. 2. Ferr. *sit* Voss. vet. *si et* V. ed.—103 *posset pro sæpe* V. ed. Th. Ra.—104 *Corpore* V. ed. Th. Ra. *ulla* deest Vind. *illa* V. ed.—105 *animus* V. ed. *animis* Mus. B. 2.—107 *utique* Hav. Bip. Delph. *in promptu est* V. marg. 1. *ægrum est* Gif. Par. Delph. Cont. *agrūt* Hav. Bip.—109 *recto fuit* Mus. B. 2. *sit* Ald. Bip. *uti* Hav. Delph.—110 *Tum...lætare*

NOTÆ

99 *Sensum animi*] Animi operationem, ut aiunt. Scilicet voluit animum in homine esse sicut visum, auditum, tactum, &c. Sensus autem visus fit in oculis: sensus auditus in auribus, &c. ita et animi sensum in certa hominis parte fieri voluit.

100 *Habitum*] Intentionem, ut ait Cicero: 'Harmonia, quasi concentus partium omnium in omnes modos.'

101 Ἀρμονίαν [*Harmoniūm*] Græca vox, Latine concordia, concentus: vs. 129. et seqq.

Qui [*quod*] *faciunt nos vivere, &c.*] Sic

302. et v. 760. vi. 266.

102 *Siet*] Antiquæ pro sit. Sic II. 1077.

106 *Mi*] Mihi.

Divorcei] Aberrantes, alieni a vera ratione.

107 *In promptu*] In aperto: manifesto, exteriori. Sic II. 148.

108 *Parte latenti*] Animo nempe, qui latet in nobis: corpus enim pars est hominis conspicua: animus vero pars latens in homine.

109 *Ubei* [*uti*] Ut; bene, Alii, *ubi*.

Quom, miser ex animo, lætatur corpore toto : 110
 Non alio pacto, quam si, pes quom dolet ægri,
 In nullo caput interea sit forte dolore.

Præterea, molli quom somno dedita membra,
 Ecfusumque jacet sine sensu corpus onustum ;
 Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo 115
 Multimodis agitatur, et omneis adcipit in se
 Lætitiæ motus, ac curas cordis inaneis.

Nunc animam quoque ut in membris cognoscere possis
 Esse, neque harmonia corpus retinere solere ;
 Principio, fit utei, detracto corpore multo, 120

do homo æger mente, lætus tamen est toto corpore: non alio modo, quam si caput interim forsitan nullo dolore afficiatur, quando pes ægrotantis hominis afficitur dolore. Deinde quando artus dati sunt dulci sopori et totum corpus gravatum sternitur sine ullo sensu; aliquid tamen inest nobis, quod in eo tempore commovetur variis modis, et recipit in se omnes sensus gaudii et vanas etiam anxietates mentis. Jam vero ut queas etiam agnoscere animum recenseri inter partes hominis, nec harmoniam esse quæ consuescat coercere corpus, primum accidit, ut, multa parte corporis ablata, nonnunquam tamen vita maneat

//////////

Mus. B. 1.—111 *spes* Ferr.—112 *si forte* V. ed. Th. Ra. sic Mus. B. 2. *labore* Delph.—113 *somno quom* Hav. et alii.—114 *honestum* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Vind. Mus. B. 2. 3. Vind. fr. *honustum* Th. Ra.—115 *aliquid* Delph.—117 *ac*: sic Mus. B. 1. et reliqui.—118 *ut deest* Mus. B. 2. 3. *agnoscere* Cant.—119 *nec* Mus. B. 1. *harmonia c. interire* Vind. V. ed. Voss. vet. et L.

NOTÆ

113 *Præterea, molli, &c.*] His 5. vs. probat II. ab exemplo animum non esse harmoniam; toto enim corpore sopito, est aliquid in nobis, quod lætitiæ et curæ capax sit: illud autem nihil aliud esse potest, quam animus: igitur animus non est harmonia totius hominis, sed pars quædam illius.

114 *Onustum*] Supp. vel cibo et potu: vel cura et labore.

115 *Aliud*] Nempè animus.

118 *Nunc animam quoque, &c.*] His 13. vs. probat III. animum non esse harmoniam; sed hominis partem æque ac pedes, manus, brachia, caput, &c. Namque, detractis paucis nervis instrumentorum, aut vel mutato etiam ordine, inversoque digitorum tactu super organa, jam desi-

nit esse harmonia: contra vero, detractis etiam non paucis corporis membris anima restat in corpore: nec secessit extra corpus, nisi cum pauca semina seu paucæ atomi caloris et spiritus, quibus vita in corpore tota servatur, extra corpus per os, aut per aliam corporis viam diffugerunt. Igitur calor ille ac ventus vitalis sunt in nobis id, quod membra corporis deserit. Is autem calor ac ventus sunt ipsa anima, ut infra dicetur vs. 232. et seqq.

In membris] Inter membra: unam e partibus hominis.

119 *Retinere*] Servare: facere ut vitam servet.

120 *Corpore multo*] Multis corporis partibus.

Sæpe tamen nobis in membris vita moretur ;
 Atque eadem rursus, quom corpora pauca caloris
 Difflugere, forasque per os est editus aër,
 Deserit ex templo venas, atque ossa relinquit ;
 Noscere ut hinc possis, non æquas omnia parteis 125
 Corpora habere, neque ex æquo fulcire salutem :
 Sed magis hæc, venti quæ sunt calidique vaporis
 Semina, curare in membris ut vita moretur.
 Est igitur calor, ac ventus vitalis, in ipso
 Corpore, qui nobis moribundos deserit artus. 130
 Quapropter, quoniam est animi natura reperta,
 Atque animæ, quasi pars hominis ; redde harmoniæ
 Nomen ad organicos saltu delatum Heliconis ;
 Sive aliunde ipsei porro traxere, et in illam

nobis in artubus, qui restant. Et contra eadem vita derelinquit et deserit continuo venas et ossa, ubi primum paucilla semina prima caloris abierunt, et flatus aëris emissus est extra per os. Ita ut inde quæ agnosce cuncta corpuscula prima non agere æqualia munera in homine, neque sustinere æqualiter vitam hominis: sed ea primordia, quæ sunt flatus et calidi caloris, efficere, ut vita maneat in artubus. Ergo est in ipso corpore vapor calidus, et aër vitalis, qui relinquit nostra membra janjam moritura. Quamobrem, cum natura animi, atque animæ, jam inventa sit veluti pars hominis, relinque illis sapientibus vocem illam harmoniæ, quæ deducta est ab nemore organico Heliconis; sen tandem deduxerunt ex alio loco, et converterunt eam vocem in illum rem significandam, quæ tunc

B. *interire* O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Bodl. V. marg. 1.—122 *rursus vulg. semina pro corpora* V. ed. *calore* V. ed. Th. Ra. *colore* Bodl.—123 *deditus* V. ed.—124 *reliquit* V. ed. Mus. B. 2.—126 *nec* Mus. B. 1.—127 *vapores* Vind.—130 *moribundus* Delph. *moribundis* Fab.—132 *redit* P. Ald. *reddit* Th. Ra. *crede* V. marg. 1. *harmoniam* V. ed. Ferr. Th. Ra.—133 *Nomine* Mus. B. 2. *ad organicos* Voss. vet. *saltu* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. *saltem* Th. Ra. *saltum* Bodl. Mus. B. 1. *alto* Voss. marg. *sacro* V. marg. 1. Cant. marg. *cantu ductum citharæ* Fab. *Heliconis* P. Bodl. Cant. Th. Ra. Ald. Bip. *Helicone* Voss. marg.—134 *traxere* V. ed. *texere* Voss. vet.—135 *principio pro*

NOTÆ

- 122 *Eadem*] Supp. vita, vs. 121.
 Corpora] Semina, atomi.
 125 *Parteis*] Provincias, munera, officia.
 126 *Corpora*] Atomos, primordia.
 129 *Calor, ac ventus*] Ignis ac aër, quæ partes sunt ex quibus animam constare docet infra vs. 232. et seqq.
 ‘Calor ac ventus vitalis,’ i. e. anima.
 131 *Quapropter quoniam, &c.*] His 6. vss. concludit hanc opinionem de harmonia pro anima procul esse removendam; docetque hoc vocabulum usurpatum ab illis veteribus philosophis, propter inopiam veræ vocis, et desumptum ab iis, qui ex fidibus et nervis suaves eliciunt sonos.
 133 *Heliconis*] Helicon mons est Apollini Musisque sacer.

Transtulerunt, proprio quæ tum res nomine egebat: 135
 Quidquid id est, habeant; tu cætera percipe dicta.

Nunc animum atque animam dico conjuncta teneri
 Inter se, atque unam naturam confacere ex se;
 Sed caput esse quasi, et dominari in corpore toto,
 Consilium, quod nos animum, mentemque, vocamus: 140
 Idque situm media regione in pectoris hæret.
 Heic exsultat enim pavor, ac metus; hæc loca circum,
 Lætitiæ mulcent: heic ergo mens, animusque, est.
 Cætera pars animæ, per totum dissita corpus,
 Paret; et ad numen mentis, momenque, movetur: 145

curebat proprio vocabulo. Quicquid illud sit, servent sibi: tu vero accipe cetera mea verba. Tum itaque dico animum et animam mutuo conjuncta esse, et facere unam naturam per se: scd rationem illam, quam nos appellamus animum et mentem, esse velut caput, et præesse in toto corpore; eaque ratio manet posita in medio spatio pectoris. In eo quippe loco timor ac terror palpitat: circa has sedes motus lætitiæ dulciter movent: igitur animus et mens sita est in hac regione. Reliqua pars animæ diffusus est per totum corpus et obsequitur animo, et agitur

~~~~~  
*proprio quæ* Mus. B. 2.—136 H. vs. deest Voss. vet. et L. B. *id* deest Mus. B. 2.—139 et deest V. ed. Th. Ra.—142 *exultat neque* Mus. B. 2. *exsultat* Voss. vet.—143 *Lætitia mulcet* V. ed. Th. Ra. *mensque* Mus. B. 2. *est* deest Mus. B. 2.—145 *nomenque* P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. marg.

## NOTE

135 *Transtulerunt*] Penultima syllaba correpta; quod familiare est Lucretio.

137 *Nunc animam atque, &c.*] His 25. vss. jam tria docet Lucretius I. animum et animam ita inter se esse conjuncta, ut unam per se naturam efficiant. II. animum esse tamen quasi ducem, et dominum, ad cujus numen ipsa moveatur anima. III. animum situm esse in una pectoris regione, hoc est, in corde: animam vero diffusam esse per totum corpus. Sed sigillatim expendamus argumenta, quibus hæc omnia astruit.

141 *Regione in pectoris, &c.*] Non unus Lucretius cum Epicuro sedem animi posuit in corde; posuerunt enim ibidem Empedocles, Parmenides, et Democritus. Aristoteles autem, Plato, Pythagoras, et Hippo-

crates eam animi partem, quæ rationalis est, in cerebro sitam esse voluerunt; quæ vero irascibilis pars est, eam quoque in corde positam esse censuerunt.

142 *Heic exsultat, &c.*] His 2. vss. probat animi sedem esse in pectore, quia ibi motus lætitiæ et pavoris versantur et exultant: lætitia enim et metus præcipuæ sunt animi affectiones; ubi igitur sunt rei effecta, ibi et respisa sit necesse est. Quamquam infirma hæc ratio videtur. Alias enim in brutis quoque inesset mens et animus: namque et in earum pectoribus lætitiæ ac pavoris motus exultant.

144 *Cætera pars animæ*] Anima. Sic vs. 151. His itaque 2. vss. ait animam ipsam per totum corpus esse diffusam, et ad nutum animi moveri.

Idque sibi solum per se sapit, et sibi gaudet,  
 Quom neque res animam, neque corpus, conmovet una.  
 Et, quasi quom caput, aut oculus, tentante dolore,  
 Læditur in nobis, non omni concruciamur  
 Corpore; sic animus non numquam læditur ipse, 150  
 Lætitiaque viget, quom cætera pars animai  
 Per membra atque artus nulla novitate cietur.  
 Verum, ubi vehementi magis est conmotata metu mens,  
 Consentire animam totam per membra videmus :

*ad nutum et motum animi. Etque ratio animi sola sapit sibi, et lætatur sibi per seipsam; quippe quod neque res ulla, neque ipsum corpus agit animam: et relati, quando caput vel oculus offenditur in nobis ob dolorem provocantem, non vexamur tamen in toto corpore: ita sæpe mens ipsa cruciatur, et exultat gaudio, neque tamen reliqua pars animæ ulla re nova agitur per membra et per partes corporis. Sed cum animus agitur majori timore, cernimus totam animam compati per singulos*

//////////

Bas. marg. numenque Sus.—146 et deest Voss. vet. et L. B.—147 *ulla* vulg.—149 *Editur* Mus. B. 1. *cum cruciamur* Mus. B. 2.—151 *urget* Bodl. V. ed. Th. Ra.—152 *novitatificietur* Voss. vet. et L. B.—153 *venienti* Vind. V. ed.

#### NOTÆ

145 *Momen*] Motum. Sic vi. 483. ‘momine ponti;’ h. e. motu et æstu maris.

146 *Idque*] Supp. consilium, vs. 140. quod mentem seu animum vocat. His autem 16. vss. reliquis docet animum et animam simul esse conjuncta, ita tamen ut animus lætitia metuve afficiatur aliquando, intacta et quieta anima: remque comparatione illustrat. Sicut enim aliquando fit, ut, cui caput aut pes dolet, is tamen reliquis corporis partibus dolorem non sentiat: ita animus aliquando lætitia exultat, aut curis angitur, cum tamen anima non consentiat. Verum ubi metus animi ac lætitia major est, tunc et ipsa consentit, hoc est, metu pariter percutitur, aut lætitia exultat. Cujus rei indicium sunt sudor et pallor, qui per totum corpus eunt; linguæ ac vocis debilitas; oculorum caligatio; tinnitus aurium, et cetera ejusmodi, qui-

bus totum frangitur corpus, quod ab ipsa sic tangitur anima, quæ prius ab ipso pariter animo percussa fuit. Hinc animum et animam conjuncta simul esse contendit. Verum viderit Lucretius. Pugnancia enim loqui videtur. 1. Si anima juncta est cum animo, animus vero hæreat unus in solo pectore, quid cetera pars animæ? Vagaturne per totum corpus? 11. Si paret anima ad animi nutum, paretne semper, an aliquando reluctatur? Si paret, ergo sapit sibi æque ac animus, cum hujus domini sui mandatis audiens sit. Verum ad quid hoc obsequium? Nimirum ad consentiendum animo, non quidem in medioeribus motibus, sed in majoribus. Quasi vero animus solus sibi conscius minorum ærumnarum, nihil animæ impertiatur.

152 *Nulla novitate*] Nullo novo affectu, supp. doloris aut lætitia, aut alterius passionis.

Sudoresque ita, palloremque, exsistere toto 155  
 Corpore, et infringi linguam, vocemque aboriri,  
 Caligare oculos, sonere aureis, subcidere artus.

Denique, concidere ex animi terrore videmus  
 Sæpe homines : facile ut qui vis hinc noscere possit,  
 Esse animam cum animo conjunctam ; quæ, quom animi vi  
 Percussa est, exin corpus propellit, et icit. 161

Hæc eadem ratio naturam animi, atque animai,  
 Corpoream docet esse : ubi enim propellere membra,  
 Conripere ex somno corpus, mutareque voltum,  
 Atque hominem totum regere, ac vorsare, videtur ; 165

*artus. Videmus igitur sudores et pallorem esse in toto corpore, et linguam debilitari, et vocem intercludi, oculos obduci tenebris, aures tinnire, membra debilia cadere: tandem videmus nonnunquam homines succumbere præ metu mentis, ita ut inde quilibet queat cognoscere, animam simul junctam esse cum animo; quæ, ubi percita est vi animi, inde propulsat, et verberat ipsum corpus. Hoc idem argumentum ostendit naturam animi et animæ esse corporalem; cum enim animus et anima cernantur percutere artus corporis, excitare corpus ipsum et sopore, et mutare faciem hominum, et gubernare, et vertere totum hominem, (quarum rerum nihil*

//////////

Bodl. Ferr. Th. Ra. *vementi* Ald. P. Vind. fr. Mus. B. 3.—155 *Sudorem O. itaque* Voss. vet. et L. B. *ita et* Vind. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. *pallorem* Voss. vet. et L. B.—157 *oculo* V. ed. Th. Ra. *sonare* Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *sonore* V. marg. 1.—160 *anima c. a. conjuncta* Mus. B. 2. *animai vi* Cant. *vi deest* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. *vis* Ferr. Bip. O. Mus. B. 1.—161 *Percussat* V. ed. Ferr. *Percussat* Th. Ra. *exin* Vind. Mus. B. 2. 3. *extra* V. ed. Bodl. Bas. Th. Ra. Gryph. marg. P. *exin* Vind. fr. *et in* Mus. B. 1. *exhinc* Priscian. p. 886. *exinde propellit corpus* Nonius 11. 421.—163 *Corporea* Mus. B. 2. *esse deest* Mus. B. 1.—164 *et summum* Mus. B. 1. *somno* V. ed.—165 *At pro Atque* Cant.—167 *est deest*

#### NOTE

156 *Aboriri*] Intercludi, intermori. Metaphora est. Aboriri enim est fœtum ante tempus emittere in lucem.

157 *Sonere*] Sono, is, antiquum verbum tertiæ conjug. Sic vs. 887. i. e. tinnire.

*Subcidere*] Sic Plaut. ‘genna succidunt.’

160 *Quæ, quom animi vi, &c.*] Sic locutus est 11. a vs. 266. ad vs. 283.

161 *Exin [exhinc]* Vel, ut aliis placet, *exin*; i. e. inde, hinc. Alii *extra*. Minus bene: neque enim anima percutit corpus extra.

162 *Hæc eadem ratio, &c.*] His 7. vss. docet ex superioribus dictis ac probatis animum et animam corporea constare natura: 1. quia uterque percutiunt corpus, mutant vultum, e somno excitant corpus, regant et versant totum hominem. Quod quidem fieri sine tactu non posse arguit: tactum vero sine corpore fieri non posse docuit 1. 305. ‘Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.’

164 *Voltum*] Vultum. Antiqua scriptura.



Quorum nihil fieri sine tactu posse videmus,  
Nec tactum porro sine corpore; nonne fatendum est,  
Corporea natura animum constare, animamque?

Præterea, pariter fungi cum corpore, et una  
Consentire animum nobis in corpore cernis. 170  
Si minus obfendit vitam vis horrida teli,  
Ossibus ac nervis disclusis, intus adacta;  
At tamen insequitur languor, terræque petitus  
Suavis, et in terra mentis qui gignitur æstus;

*sane fieri posse cernimus sine contactu, neque contactum esse sine corpore, nonne confitendum est animum et animam componi ex natura corporali? Deinde vides animum una cum corpore pati, et simul compati nobis in ipso corpore. Si forte violentia vehemens plagæ inflicta intrinsicus, ossibus et nervis disjunctis, lædit minus vitam: tamen debilitas virium subsequitur, et lapsus humi dulcis, et conturbatio animi, quæ generatur humi, et aliquando etiam desiderium quasi dubium surgendi*

//////////

Mus. B. 2.—169 *rem pro cum* V. ed. Bodl. Ferr. *rem cum* Th. Ra.—170 *morbis in corporis* Nard.—171 *offendis* Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. Cant. *nimis offendit* V. marg. Voss. vet. *teli* Voss. vet. et L. B. P. in not. Bip. Hav. Delph. *leti* reliqui. H. vs. et tres seqq. delendos putant Creech. Gassend. Lamb.—172 *adapta* Mus. B. 2. *ad acta* Ferr.—174 *inter morientes qui... inter lamentas... in cessamentis* Voss. marg. *interdum moriendi* Fab. *in terra mitis qui* Gif. marg. P. in not. *mentes* Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. Mus. B. 2.

#### NOTE

169 *Præterea, pariter, &c.*] His 9. vss. probat, II. animum et animam constare natura corporea, quia compatiuntur cum ipso corpore. Læso quippe corpore, ita ut mors non subsequatur, dolent animus pariter et anima.

*Fungi*] *Pati*. Sic I. 444. 'At facere et fungi sine corpore nulla potest res.'

170 *Consentire*] *Compati, pati simul*. Sic vs. 154.

*Nobis*] Bene. Joan. Nardius *morbis*. Male. Neque enim in solis morbis compatitur anima cum corpore: sed et in ceteris affectionibus.

171 *Si minus obfendit, &c.*] Hos 4. vss. delendos censet Lambinus quasi nihil ad rem facientes. Verum, pace tanti viri dixerim, his 4. vss. bene signat et indicat languores corporis

et animi, qui sequuntur ex minus vehementiori plaga, ita ut mors ipsa non sequatur. Cum quis enim animo debilitatur, tunc languet, humi succidit, humi stratus dulci quadam voluptate recreatur, et mens ipsius gravi percuntitur æstu; interdum exurgere cupit, nec tamen valet.

*Teli*] *Plagæ, ictus*. Alii *lethi*. Minus bene; neque enim de morte, sed de gravi debilitate animi quæstio est. Sic sese explicat vs. 177.

173 *Petitus*] Substant. quasi petitio. Quibus enim ægre est, ii cupiunt terram petere, et humi procumbere, quia recti stare non valent.

174 *Mentis æstus*] *Conturbatio animi*, Gallice *évanouissement*. Vel inquieti surgendi et terra cupiditas, si vires ferre possent.

Interdumque quasi exsurgendi incerta voluntas. 175

Ergo corpoream naturam animi esse, necesse est;

Corporeis quoniam telis, ictuque, laborat.

Is tibi nunc animus quali sit corpore, et unde

Constiterit, pergam rationem reddere dictis.

Principio, esse aio persubtilem, atque minutis 180

Perquam corporibus factum constare: id ita esse,

Hinc, licet advortas animum, ut pernoscere possis.

Nihil adeo fieri celeri ratione videtur,

Quam sibi mens fieri proponit, et inchoat ipsa.

Ocyus ergo animus, quam res se perciet ulla, 185

*e terra. Igitur oportet ut natura animi sit corporalis, siquidem languescit ex plaga et spiculis corporalibus. Jam vero persequar verbis ostendere tibi, ex quali natura constet et ex quibus rebus factus fuerit iste animus. Primo dico eum esse tenuissimum, et constatum esse ex seminibus minutissimis. Inde opus est ut aplices mentem ad hoc, ut queas agnoscere illud ita se habere. Nihil videtur fieri tam veloci modo, quam si animi ratio statuit fieri aliquid, et ipsa incipit illud facere. Igitur animus movet seipsum velocius, quam ulla res alia ex iis, quarum*

//////////

3.—175 *voluptas* Mus. B. 1.—176 *esse* deest Mus. B. 2.—177 *Corporis* Mus. B. 1.—178 *At tibi* Mus. B. 1.—180 *animo* pro *aio* Bodl. Mus. B. 2. *animum*

#### NOTÆ

177 *Corporeis*] I. e. a corpore infligitis et illatis.

178 *Is tibi nunc animus, &c.*] His 54. vss. seqq. docet Poëta quibus et qualibus ex atomis natura animi atque animæ constet. Vult autem constare ex levibus, tenuibus, et rotundis. Cujus rei rationem r. reddit his 31. vss. prioribus. Quippe quia animus mira mobilitate viget. Quid enim aliud, ex iis quæ cernuntur, ocyus se movet, quam animus? In iustanti enim totum percurrit universum. Quæ vero mobilia sunt, ea constant ex atomis rotundis, tenuibus, ac levibus. Sic v. g. aqua facile fluit, quia volubilibus constat atomis: contra vero, mel non nisi lente defluit, quia tardioribus et constantioribus fit ex atomis. Sic levis ventus ingentem granorum papaveris acervum facile disjicit, quia ejusmodi grana constant ex atomis levibus et

rotundis: contra vero lapidum acervus aut telorum, vento disjici non potest, quia lapides et tela constant ex atomis ponderosis et asperis.

*Quali corpore*] Quali natura. Vult autem animum esse corpus aliquod. Sic Epicurus apud Laërt. lib. x. 'Anima corpus est tenuissimis partibus præditum, per totam animantis massam diffusum.' Ibid. 'Animus corpus est tenuissimarum partium, et ex tenuissimarum partium corporibus conflatum.'

*Unde*] Quibus ex rebus: quibus ex atomis.

181 *Perquam*] Maxime. Sic vss. 188. 205. et alibi passim.

*Corporibus*] Atomis.

185 *Ocyus ergo animus, &c.*] Non solus Lucretius cum Epicuro voluit animum esse mobilissimum et a se moveri: docuit enim id etiam Plato: docuerunt et Pythagorei, qui definie-

Ante oculos quorum in promptu natura videtur.  
 At, quod mobile tanto opere est, constare rotundis  
 Perquam seminibus debet, perquamque minutis ;  
 Momine utci parvo possint impulsa moveri.  
 Namque movetur aqua, et tantillo momine flutat ; 190  
 Quippe volubilibus, parvisque, creata figuris.  
 At contra mellis constantior est natura,  
 Et pigrei laticcs magis, et constantior actus :  
 Hæret enim inter se magis omnis material  
 Copia; nimirum, quia non tam lævibus exstat 195  
 Corporibus, neque tam subtilibus, atque rotundis :  
 Namque papaveris, aura potest subpensa levisque

*natura cernitur in aperto ob oculos. Verum ea res, quæ adeo velox est, debet conflari ex primordiis maxime teretibus, et maxime tenuibus, ut ea primordia percita queant permoveri minimo momento. Etenim aqua volvitur et fluit minimo momento, eo quod conflata est ex formis atomorum mobilibus et tenuissimis. Secus vero natura mellis est stabilior, et liquores ejus sunt magis tardi, et mobilitas ejus est tardior; namque cætus omnis corpusculorum magis inter se continetur, nempe quia non constat ex corpusculis adeo lævigatis, neque adeo tenuibus, et teretibus. Etenim flatus venti volitans per aëra, et parvus, potest facere, ut ingens cumulus*

//////////

P. in not. *per sutilem* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. Ferr.—186 *quorum*: sic Vind. Mus. B. 2. Cant. Vind. fr. Hav. Bip. Delph. *quorum* reliqui.—187 *Aut* V. ed. Bodl. Th. Ra. *mobile est t. o.* Mus. B. 2.—189 *In omne* Ferr. Vind. Mus. B. 2. 3. *In homine* V. ed. *Inomine* Th. Ra. *Flamine super rasura* Mus. B. 1.—190 *nomine* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 2. 3. *fluctuat* Gif. Par. Delph. Cout. *fluitat* V. ed. O. Vind. fr. *fluctat* Gryph. Nard. Bas. *fluit* Mus. B. 2.—193 *constantior* Mus. B. 2. *ictus* V. ed. P. Bodl. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg.—194 *et pro enim* Mus. B. 1.—195 *qui pro quia* V. ed. Th.

#### NOTÆ

bant animum, ‘ numerum seipsum moventem.’ Aristoteles vero Lib. I. de Anim. negat animam ullatenus moveri, sed immobilem esse causam, cur corpus moveatur.

186 *Quorum* [*quorum*] Supp. rerum, 185. Male ergo olim *quorum*.

189 *Momine*] Momento, instanti temporis. Sic vs. 145. 190. et vi. 173. 473.

190 *Flutat* [*fluctuat*] Alii *fluitat*; sic enim iv. 75. *fluitant* in fine versus.

191 *Figuris*] Atomis. Sic II. 385. et alibi passim.

193 *Latices*] Liquores, supp. mellis; i. e. mel.

*Actus*] Cursus, fluxus. Metaphora ab iis quæ aguntur. Difficilius quippe ac tardius fluit mel, quam aqua.

194 *Materiei copia*] Cætus atomorum.

196 *Corporibus*] Atomis, vs. 181.

197 *Papaveris*] Alii *papaverum*, non elisa litera m ante vocalem sequentem.

*Aura subpensa*] Ventus leniter flans, et quasi per medium aëra tantum spirans.

Cogere, ut ab summo tibi diffluat altus acervus ;  
 At contra lapidum conjectum, spicarumque,  
 Nenu potest: igitur, parvissima corpora pro quam 200  
 Et lævissima sunt, ita mobilitate fruuntur.

At contra, quæquomque magis cum pondere magno  
 Asperaque inveniuntur, eo stabilita magis sunt.

Nunc igitur, quoniam est animi natura reperta  
 Mobilis egregie, perquam constare necesse est 205  
 Corporibus parvis, et lævibus, atque rotundis:  
 Quæ tibi cognita res in multis, o bone! rebus  
 Utilis inveniatur, et obportuna cluebit.

Hæc quoque res etiam naturam dedicat ejus,

*granorum papaveris tibi disjiciatur ab imo: contra vero non potest disjicere cumulum saxorum, aut telorum. Ergo quo magis primordia sunt exigua et levigata, eo majori velocitate moventur. Contra vero, quo magis singula primordia reperimtur cum ponderosa gravitate, et horrida sunt, eo magis sunt constantia. Jam vero itaque, cum natura animi inventa sit maxime volubilis, oportet ut componatur ex primordiis parvissimis, et lævigatis atque teretibus. Quæ res ubi erit nota tibi, o amice, reperietur usui esse in pluribus rebus, et commoda erit. Hæc*

Ra.—197 *papaverum* V. ed. Mus. B. 2. Hav. Ferr. Bip.—198 a Mus. B. 2. *defluat* Mus. B. 2.—199 *conjectum* Gif. Par. *spicularum* V. ed. Th. Ra. *spicularum* Hav. Bip. Voss. vet. Delph.—200 *Nenu*: sic Vind. fr. Bodl. Voss. vet. et L. B. Hav. Bip. Delph. *Nami* Mus. B. 1. *Nulla* reliqui. *perquam* Cout. Sus. V. marg. 1. Voss. L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. *quæque* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *quanto* Hav. Bip. Delph.—201 *Ut* P. Ald. *Ec* V. ed. Th. Ra. *mobilitata* Vind. Voss. L. B. Vind. fr. Hav. Bip. *fruuntur* P. Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 3. in marg. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. Nard. Bas. Voss. marg.—202 *quacunque* Bodl. *quo quæque* Vind. fr. Hav. Bip. Delph. *corpore magno* Cr. conj. H. vs. deest Ferr.—204 *est deest* V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. *reperta est* Cant. V. marg. 1.—205 *constans* V. ed. Th. Ra.—207 *et bone* P. Ald. H. vs. deest Mus. B. 2.—208 *oportune* V. ed. Th. Ra. *cluebit* V. ed. *luebit* Mus. B. 2.—209 *dederat* O. *declarat* Mus. B. 1. *dedicat* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. Nard. Cout. P. Bodl. Voss.

#### NOTE

- 198 *Ab summo*] Ab imo, a fundo, usque ad fundum, funditus.  
 199 *Conjectum*] Conjectus, us, i. e. congeries, cumulus. Alii *conlectum*, pro collectum, i. e. cætum. Idem. *Spicarum* [*spicularum*] Spicularum, telorum.  
 200 *Nenu*] Antiqua vox pro non. Sic iv. 713.  
*Potest*] Supp. cogere, ut differat: vel disjicere.  
*Corpora*] Atomis.  
*Pro quam* [*parvissima quanto, ita, &c.*] Nota vocem 'quanto' cum superlativo: et 'quanto, ita,' pro quo magis, eo magis.  
 201 *Fruuntur* [*feruntur*] Lamb. *fruuntur*.  
 206 *Corporibus*] Atomis, vss. 181. 196. &c.  
 207 *O bone*] Supp. Memmi.  
 208 *Cluebit*] Erit. Antiquum verbum: i. 120. 450. &c.  
 209 *Hæc quoque res etiam, &c.*] His

Quam tenui constet textura; quamque loco se  
Contineat parvo, si possit conglomerari. 210

Quod simul atque hominem leti secreta quies est  
Indepta, atque animi natura, animæque, recessit;

Nihil ibi libatum de toto corpore cernas

Ad speciem, nihil ad pondus; mors omnia præstat, 215  
Vitalem præter ventum, calidumque vaporem.

Ergo animam totam perparvis esse necesse est

Seminibus, nexam per venas, viscera, nervos:

Qua tenus, omnis ubi e toto jam corpore cessit,

*eadem etiam ratio declarat naturam illius, nimirum quam exili contextura sit, et quam in exiguo spatio cohæbeat se, si queat cogi in unum glomeramen; quoniam ubi primum tranquillitas tuta mortis corripuit hominem, et natura animi atque animæ exiit, nihil vides tunc detractum de toto corpore quoad formam exteriorem, nihil quoad molem: letum relinquit omnia integra præter vitalem sensum, et calorem fervidum. Igitur oportet ut tota anima connexa sit minimis primordiis per venas, per intestina, et per nervos; quoniam, cum ipsa recessit ex omni corporis*

//////////

vet. et L. B. *deliquat* vulg.—211 *se possit* P. in not. Voss. vet. et L. B. V. marg. 2. Cant. *sic possit* V. marg. 1. *posset* V. ed. Th. Ra.—212 *simulatque* Ald. *quis* Ferr.—213 *Adepta* Voss. vet. Cant. V. marg. 1. *Invecta* Mus. B. 2.—214 *tibi* Cant. *limatum* Vind. Vind. fr. Bip. *delibratum* Lamb. *libratum* alii.—215 *nihil*: sic P. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *nil* vulg.

#### NOTÆ

23. vss. continetur II. argumentum, quo probat Lucretius animum atque animam constare ex levibus, tenuibus, ac rotundis atomis. Nimirum, quia, cum e corpore egressa est anima, nihil tamen ponderis aut molis videtur deperisse corpori: nihil corpus vitari post mortem observamus quoad speciem; vixque, nisi solo sensu, cadaver a corpore vivente distinguitur. Rem illustrat a simili; quasi non aliter contingat, quam cum in vino vel unguento evanido, aut alio quovis corpore sapido, flos, aut odor, aut succus evanescit in aëra; remanet tamen, quoad speciem et molem, vinum integrum, vel unguentum integrum, vel corpus sapidum integrum. Igitur animus et anima constant ex tenuissimis atomis. Quamquam profecto certius hoc argumentum ex his elici potuit, quod anima

sit omnino corporis expers.

*Dedicat* [*deliquat*] Antiquum verbum; i. e. declarat. Sic I. 368. et alibi. Alii *dedicat*, quasi affirmat.

210 *Tenni textura*] Tennissimarum atomorum contextu.

211 *Conglomerari*] Cogi in unam molem; conduci in unum glomerem.

213 *Indepta*] Assecuta, adepta. Indipiscor, quasi in et apiscor, interposita littera *d*.

214 *Libatum*] Detractum, decerpitum: vss. II. 717. et v. 261. 569. Lamb. *limatum*; minus eleganter.

215 *Ad speciem*] Ad formam exteriorem: ad superficiem.

*Præstat*] Relinquit integra.

218 *Seminibus*] Atomis.

*Nexam*] Retentam, implexam, junctam.

219 *Qua tenus* [*Quatinus*] Antiqua vox, pro quoniam.

Extima membrorum circumcæsura tamen se 220  
 Incolomem præstat; nec deficit ponderis hilum:  
 Quod genus est, Bacchi quom flos evanuit, aut quom  
 Spiritus unguenti suavis diffugit in auras;  
 Aut aliquo quom jam sucus de corpore cessit:  
 Nihil oculis tamen esse minor res ipsa videtur 225  
 Propterea, neque detractum de pondere quidquam.  
 Nimirum, quia multa minutaque semina sucos  
 Ecficiunt, et odorem, in toto corpore rerum.  
 Qua re etiam atque etiam mentis naturam, animæque,  
 Scire licet perquam paucillis esse creatam 230  
 Seminibus; quoniam fugiens nihil ponderis aufert.  
 Nec tamen hæc simplex nobis natura putanda est:

*parte, tamen circumtextura summa artuum conservat se integram; neque vel minimum quid gravitatis deficit. Cujusmodi fit, quando flos Bacchi effluxit: vel quando aura unguenti odoriferi evanuit in flatus aëris: vel quando jam succus excessit ex aliquo corpore sapido: tamen non idcirco res ipsa apparet oculis magis diminuta, neque aliquid deest est de illius gravitate; scilicet quia plurima tenuia corpuscula faciunt succos, et odorem in toto corpore rerum. Quamobrem jam maxime cognoscere est naturam animi atque animæ constatam esse ex primordiis minimis, siquidem discedens e corpore nil detrahit de illius gravitate. Neque ta-*

//////////

*prostat V. marg. 1.—218 noxam Vind. vixam V. ed. Th. Ra. nixam Ferr. V. marg. 1. Mus. B. 2.—219 e deest Mus. B. 2. et toto Voss. vet.—221 Incolumen V. ed. Ferr. Th. Ra. deficit illum Mus. B. 2.—222 evam pro evanuit Mus. B. 2.—223 suaves P. V. ed. O. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. diffudit Vind. defugit Mus. B. 2. Ferr.—225 oculos Mus. B. 2. H. vs. deest Mus. B. 1.—226 Præterea V. ed. O. Gryph. P. Ferr. Bip. de corpore Gassend.—227 sucus Mus. B. 2.—232 Hæc Ferr. pu-*

#### NOTÆ

220 *Extima circumcæsura*] Græce περικοπή, 'extremitas' quasi summus cortex, circumtextura. Sic IV. 651. 'Extima membrorum circumcæsura coërcet.' Plinius autem non 'circumcæsuram,' sed 'circumcisu-ram' dixit XVI. 30.

221 *Hilum*] Vel hillum: i. e. minimum quid, nihilum. Lucill. Lib. 30. 'Quodque tuas landes culpes, non proficis hilum.' Cicer. Tusc. II.

222 *Quod genus est*] Cujus generis est, quale est, vs. 267. et alibi passim.

*Bacchi flos*] Odor vini. Sic Plautus

Cist. I. 2. 9. vocat vinum optimum 'florem Liberi.' Sic Lucret. II. 847. 'florem nardi,' pro nardo suavissimo, dixit. Sic infra vs. 777. et v. 845. 'florem ætatis,' pro ætate vigente, &c. et I. 556. 565. Est autem Bacchus vini Deus, qui pro vino usurpatur a poetis.

231 *Seminibus*] Atomis.

*Fugiens*] E corpore recedens, supp. anima.

232 *Nec tamen hæc simplex, &c.*] His 21. vs. seqq. docet non simplicem tamen esse naturam animi atque animæ, quantumvis tenuissimis con-

Tenuis enim quædam moribundos deserit aura,  
 Mixta vapore; vapos porro trahit æra secum:  
 Nec calor est quisquam, quoi non sit mixtus et ær. 235  
 Rara quod ejus enim constat natura, necesse est  
 Aëris inter eum primordia multa moveri.

Jam triplex animi est igitur natura reperta:  
 Nec tamen hæc sat sunt ad sensum cuncta creandum;  
 Nihil horum quoniam recipit mens posse creare 240  
 Sensiferos motus, quædam quei mente volutant.

*men ea natura animæ credenda est nobis una et simplex: namque levis quidam ventus mixtus calore relinquit eos, qui moriuntur: calor autem ducit secum æræ, neque ullus est vapor calidus, cum quo ær non sit etiam mixtus. Quippe, quia natura illius calor non est stipata, oportet ut intra illum plurima semina æris cieantur. Itaque jam triplex natura animi inventa est: neque tamen hæc tres naturæ omnes sufficiunt ad progignendum sensum; siquidem ratio ipsa nihil harum trium rerum approbat posse efficere motus, qui reddunt sensus, et qui versant animo quasdam*

*tandum Gif.—234 ære Vind. V. ed. Th. Ra. Mns. B. 2. 3.—235 color Mus. B. 2.—236 enim Ferr.—237 intus eum O. in cereum Ferr. V. ed. Th. Ra. in cætum P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. incertum Bodl. interitu V. marg. 1. in jectu V. marg. 2. nulla cieri Hav. et alii ex conj. Tarneb.—241 quædam quæ Gif. Par. Gryph. Cout. Bas. P. V. marg. 1. V. ed. O. Mns. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. volutant 'dedi ex ingenio.' Wakef. volutat Gryph. Nard. Bas. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. volutet vulg. edd. queis omnia mobi-*

## NOTÆ

stet atomis: sed quia observavit moribundos, qui postremo expirant anram quamdam calore mixtam; calor vero comitem secum ducit æra; hinc animi atque animæ naturam constare voluit ex his tribus, vento, ære, et calore seu igne, atque ex quarta alia natura, quæ nominis expers sit. Scilicet, quia moribundi aut mortui potius nihil jam sentiunt, voluit etiam animam constare ex principio sentiendi, cum tribus illis, vento, ære, calore. Sed singula hæc ponderemus sigillatim.

236 *Ejus*] Supp. Caloris.'

237 *Eum*] Supp. Calorem.

*Moveri*] Alii *cieri*. Idem; i. e. volitare, esse, inesse.

240 *Recipit*] Approbat. Sensus is est horum versuum. Quoniam mens,

h. e. ratio animi, non recipit, sen non approbat, posse quicquam horum trium, h. e. ullam e tribus illis naturis, creare motus sensiferos, et qui queant cogitare aliquid, ac mente volutare. Sic enim notat externos et internos sensus. Quasi ær, ventus, et calor non valeant creare sensus internos, neque etiam externos: sed quarta requiratur res, quam nominis expertem ait, propter Latinæ linguæ egestatem; quæ nihil aliud tamen est, quam contextura ex illis tribus; et quæ sola sensiferos motus reddit.

241 *Sensiferos*] Qui reddant sensum. Sic vs. 246.

*Mente volutant*] Animo versant: cogitant. Sic Virg. *Æn.* iv. 'secumque ita corde volutat.'

Quarta quoque hiis igitur quædam natura necesse est  
 Adtribuatur: ea est omnino nominis expers:  
 Qua neque mobilius quidquam, neque tenuius, exstat,  
 Nec magis est parvis et lævibus ex elementis; 245  
 Sensiferos motus quæ didit prima per artus:  
 Prima cietur enim, parvis perfecta figuris;  
 Inde calor motus, et venti cæca potestas,  
 Adcipit; inde aër: inde omnia mobilitantur:  
 Concutitur sanguis, tum viscera persentiscunt 250

res. Ergo oportet ut quarta etiam quædam natura adjungatur his tribus: ea autem prorsus caret nomine; qua tamen nihil velocius, nihilque subtilius est, nihil constat ex primordiis leterioribus aut tenuioribus, et quæ prior distribuit motus, qui reddunt sensum per membra corporis. Namque prior ipsa movetur prædita tenuibus formis: ab ipsa vapor calidus, et vis invisibilis venti, et aër pariter recipiunt motus suos; ab ipsa reliqua moventur; postea sanguis agitatur; cunctæ partes intestinorum accipiunt sensum; denique sensus suos



litantur Fab. qui dant quæ mente volutes Voss. marg. 1.—241 nec his Mus. B. 1. *tenuis* Mus. B. 2.—245 *est*: sic Cant. e reliqui. aut pro et Vind. Mus. B. 2. Vind. fr. Delph. Bip. *excrementis* V. ed. Bodl. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. ex est in rasura in Mus. B. 1.—246 *qua* Vind. Mus. B. 3. Voss. vet. et L. B. *dedit* V. ed. Bodl. Mus. B. 2. *edicit* Vind. Mus. B. 1. *cedit* O. *edidit* Vind. fr. *sensit* Mus. B. 3.—247 *scietur* V. ed. *ciere* Mus. B. 1. *scitetur* Mus. B. 2.—249 *Occipit* V. marg. 1.—250 ‘Vs. multa lectionum varietate conturbatum, ad scripturam codicum Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Cant. et quos vocat Pius reverendæ fidei exemplaria, dedimus; nisi quod in quatuor prioribus voces *sanguis tum* ordine inverso legantur, ut in Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3.’ *Wakeup* Cumcutitur Mus. B. 2. *Tum quatitur vulg. cum viscera* Bodl. *per venas viscera vivunt* P. Ald. *per sentes viscera iunt* Vind. O. Mus. B. 3. *per sentes viscera vint* V. ed. Th. Ra. *per sentes viscera vivit* Bodl. *tum deest* Cant.

#### NOTÆ

242 *Quarta quoque . . . nominis expers*] Sic Plut. Plac. iv. 3. testatur Epicurum docuisse, ‘animus esse temperatum quid ex quibusdam quatuor, nempe ex quodam igneo, ex quodam aëreo, ex quodam ventoso, et ex quarto quodam innominato, quod ipsi est sentiendi vis.’ Quæ quatuor ex moribundis colligit Lucretius. Stobæus autem ea colligit ex viventium effectibus. ‘Namque,’ inquit, ‘ex his aura quidem causa est motus: aër, quietis: calidum, ejus calor, qui in corpore cernitur: innominatum denique, sensus; cum nulli eorum elementorum quæ nomi-

nantur sensus sit.’ Græcis supersedeo brevittatis causa. Sed de his iterum Lucretius vs. 289. et seqq.

245 *Elementis*] Primordiis, atomis.

246 *Didit*] Dividit. Sic II. 1135. et inf. vs. 708. Virg. Æn. VII. Manil. L. I. et alii.

247 *Perfecta*] Prædita, constans, facta. Sic II. 409. 523. 676. &c.

*Figuris*] Atomis, vs. 191.

248 *Inde*] Nempe ab ipsa hac quarta natura. Sic vs. 249.

*Venti cæca potestas*] Ventus, qui sub oculos non cadit. Sic I. 278. 296. 1101. et alibi passim. Sic infra vs. 270



Omnia; postremis datur ossibus, atque medullis,  
Sive voluptas est, sive est contrarius ardor.

Nec temere huc dolor usque potest penetrare, neque acre  
Permanere malum, quin omnia perturbentur;

Utque adeo vitæ desit locus, atque animai 255

Diffugiant partes per caulas corporis omneis.

Sed plerumque fit, in summo quasi corpore, finis

Motibus: hanc ob rem vitam retinere valemus.

Nunc, ea quo pacto inter sese mixta, quibusque

*redditur ossibus et medullis, sive is sensus sit voluptas, sive sit æstus doloris, qui contrarius est voluptati. Neque enim æstus doloris potest inepte intrare, aut malum aliquod vehemens pervenire huc usque, quin omnia turbentur. Ita ut etiam ratio vitæ deficiat, et partes animæ discedant per omnes meatus corporis. Sed nonnunquam terminus datur his motibus quasi in suprema corporis superficie; quamobrem possumus conservare vitam. Jam vero, dum cupio dicere*

\*\*\*\*\*

—251 *postremo* Mus. B. 1. vulg. edd.—253 *acto* Mus. B. 2. *aër* V. marg. 1.  
—254 *Permanere* Mus. B. 2. Ferr. *quando* Mus. B. 2. V. ed. Ferr. Th. Ra.—  
255 *adeo ut vitæ* Lamb. Hav. Bip. Delph. *defit* V. ed. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald.  
P.—256 *Diffugiunt* Ferr. P. Mus. B. 2. Bas. *culmas* Vind. V. ed. O. Mus. B.  
1. Ferr. Th. Ra. *culinas* Mus. B. 2. 3. *culvia* Vind. fr.—257 *fuit* Mus. B. 2.  
*deest* Mus. B. 1. *quasi in summo* Vind. O. Cant. Ferr. *in somno quasi* Th. Ra.  
*summo in quasi* Mus. B. 1. 2. 3. *quasi deest* V. ed. *quasi in summo fit* Bas.  
*corporis* Vind. fr.—258 *Montibus* Mus. B. *rita* Mus. B. 2.—259 *se* V. marg.

#### NOTÆ

252 *Ardor*] Dolor: æstus doloris. Metaphora est, dolor quippe quasi ignis devorat. Sic Catul. de Nupt. Pelei: 'nostræque incendia mentis.' Idem ad Passerem: 'Credo ut tum gratis acquiescat ardor.' Sic Attius: 'Æstus ulceris.' Lambinus legendum pntat, *ægror*, vel *angor*.

253 *Nec temere huc usque, &c.*] His 6. vs. interim docet modum, quo dolorem sequitur mors, si medullitus penetret: secus vero salus, si desinat in summo corpore, nec intus permanet. Sic supra hæc eadem docuit.

255 *Ut desit*] Lamb. bene. Alii *defit*.

256 *Per caulas corporis*] Per poros, per meatus corporis. Sic II. 950. et IV. passim.

258 *Motibus*] Supp. doloris.

259 *Nunc, ea quo pacto, &c.*] Hactenus de natura animi et animæ. Jam his 30. vs. seqq. explicaturus est modum, quo quatuor hæc naturæ coalescant in unam animam. Quamquam ait propter Latinæ linguæ egestatem modum hunc esse inexplicabilem: sed rem simili confirmat. Sicut enim, inquit, in uno et eodem corpore sapor, odor, et calor reperiuntur, sed qua ratione misceantur, non innotescit; ita ex aëre, vento, calore, et vi sentiendi coalescit animi atque animæ natura: verum, quo pacto inter se misceantur, nos latet. Scilicet anima constat ex atomis adeo tenuibus, ut ejus natura non minus sensus nostros fugiat, quam vis ejusdem nos latet. Quam porro turpiter hal-

Compta modis, vigeant ; rationem reddere aventem 260

Abstrahit invitum patrii sermonis egestas :

Sed tamen, ut potero summatim adtingere, tangam.

Inter enim cursant primordia, principiorum

Motibus inter se, nihil ut secernier unum

Possit, nec spatio fieri divisa potestas ; 265

Sed quasi multæ vis unius corporis exstant.

*modum, quo hæ quatuor naturæ commixtæ sint inter se, et quibus rationibus compositæ valcant, inopia linguæ patriæ uocat me etiam reluctantem. Verumtamen quasi delibubo, prout potero quoad summum delibare. Namque principia, ex quibus constat animus, moventur inter se motibus primordiorum, ita ut unum nequeat distingui ab alio, neque vis una queat separata esse intervallo aliquo ab alia: sed plures sunt quasi potestates coactæ in unum*

//////////

1.—260 *Côpta* i. e. *coapta* Cr. conj. Fab. *ventem* Vind. fr. *habentem* Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra.—263 *cursat* Mus. B. 2.—264 *secernitur* Vind. *sternere* V. ed. Th. Ra.—265 *diversa* Gryph. marg. Bas. marg. P.—266 *multa ejus* P. Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. O.

#### NOTÆ

lucinati sint veteres in explicanda animi atque animæ natura, satis constat vel ex ipsis variis illorum opinionibus de anima. Tredecim quippe diversas de anima sententias colligo ex Cicer. Tusc. I.: namque, I. aliis animus visus est esse cor. II. aliis non cor, sed in corde sedem habere animum placuit. III. aliis pars fuit cerebri. IV. non pars cerebri, sed in cerebro sita anima visa est. V. Empedocli anima fuit sanguis cordi suffusus. VI. aliis fuit spiritus seu flatus. VII. Zenoni, ignis. VIII. Aristoxeno, harmonia. IX. Pythagoræ et Xenocrati, numerus. X. Platoni triplex fuit animi pars; prima, ratio in capite: secunda, ira in pectore: tertia, cupiditas subter præcordia. XI. Dicæarcho, nihil omnino; sed nomen totum inane. XII. Aristoteli, ἐντελέχεια, quasi continuata et perennis motio. XIII. Democrito, et Epicuro, cætus tenuiorum atomorum. Et tandem aliis aliud.

260 *Compta*] Composita, perfecta, et quasi ornata. Sic IV. 31. de eadem anima: 'Et quibus e rebus cum compta vigeret.'

261 *Patrii sermonis*] Latinæ linguæ.

262 *Summatim*] A summo, leviter, quoad superficiem.

*Adtingere*] Explicare, quasi delibare.

263 *Inter enim cursant*] Tmesis, pro intercursant enim. Porro his 4. vs. rationem reddit hanc, cur modus, quo quatuor illæ naturæ in unam coalescunt animam, percipi non possit; nimium, quia atomi, ex quibus quatuor illæ naturæ constant, adeo mobilitate vigent, ut præ jugi motu cunctæ confundantur, nec vis illarum secreta spatio aut tempore distingui possit.

*Primordia, principiorum Motibus*] H. e. atomi mutuis motibus; seu aliarum motibus.

264 *Secernier*] Poëtice, pro secerni, h. e. distingui, separari.

265 *Fieri divisa*] Dividi.

266 *Vis*] Plur. pro *vires*: sic II. 586. 'Et quam quidque magis multas vis possidet in se.' Vis autem seu vires unius corporis, id est, potestates in unum corpus coactæ et coagmentatæ.

Quod genus, in quo vis animantum visere volgo,  
 Est odor, et quidam calor, et sapor; et tamen ex hiis  
 Omnibus est unum perfectum corporis augmen.  
 Sic calor atque aër et venti cæca potestas 270  
 Mixta creant unam naturam, et mobilis illa  
 Vis, initum motus ab se quæ dividit ollis;  
 Sensifer unde oritur primum per viscera motus.  
 Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestque;  
 Nec magis hac infra quidquam est in corpore nostro; 275  
 Atque anima est animæ proporro totius ipsa:  
 Quod genus, in nostris membris et corpore toto  
 Mixta latens animi vis est, animæque potestas;

*corpus. Cujusmodi vulgo reperitur in quibuslibet intestinis animalium quidam odor, quidam calor, et quidam sapor; et tamen ex his cunctis fit unus per se auctus corporis minus: similiter calor et aër et invisibilis vis venti simul juncta progignunt unam per se naturam, una cum illa potestate quæ moveretur facile, et quæ ex seipsa dat illis tribus principium motus; et ex qua primo motus, qui reddit sensum, nascitur per intestina. Namque hæc quarta natura prorsus latitat, et omnino occultata jacet: neque est aliquid in corpore nostro, quod sit abstrusius, quam illa; et ipsa est omnino vere anima totius animæ. Sicut igitur in artubus nostris, et in toto corpore nostro vis seu facultas animi, et animæ ipsius, permixta*

Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph. Nard. Bas. Sus. V. marg. 1.—267 *animantum est Gryph. marg. Sus. Bas. marg. P. viscere P. Voss. vet. Ald.—268 color Gif. Par. ex iis Voss. vet.—271 illa est V. marg. 1. Cant.—272 in vitam V. ed. Th. Ra. in vitam Voss. L. B. nutum Mus. B. 1. vitam Ferr. initium Vind. Mns. B. 2. Vind. fr. Hav. Bip. illos P. Ald. illis V. ed. Th. Ra.—273 inde Mus. B. 2.—275 ac infra O. Mus. B. 1. cuiquam P. quiddam P. in not.—276 est animi Bas. proportio O. Mus. B. 1.—277 H. vs. deest Mus. B. 2.—278 animus est*

## NOTE

267 *Quod genus*] Quale est, ejusmodi est, vss. 222. 277.

*Volgo*] Vulgo.

268 *Calor*] Alii *color*.

269 *Corporis augmen*] Corpus.

270 *Venti cæca potestas*] Ventus, qui sub oculos non cadit, vs. 248.

271 *Mobilis illa vis*] Quarta illa natura nominis expers, quæ dat motus et sentiendi principium in animantibus.

272 *Initum*] Dicitur initus, us, et initium, ii: lib. 1. 18.

274 *Hæc natura*] Hæc quarta natura nominis expers.

275 *Magis infra*] Magis abscondi-

tum: interius: magis latens: minus cognitum.

276 *Anima est animæ*] Dat quippe motum et sensum singulis membris, ceterasque tres supra dictas alias naturas, ventum, aërem, et calorem, superat tenuitate ac mobilitate. Sic vs. 281.

*Proporro*] Longe, prorsus, omnino: vs. 282. II. 977. &c.

277 *Quod genus*] Cujus generis, ejusmodi: vs. 267.

278 *Animi vis, animæque potestas*] Animus et anima, quæ nos latent, quia pauxillis constant atomis, inquit Lucretius.

Corporibus quia de parvis, paucisque, creata est.  
 Sic tibi nominis hæc expers vis, facta minutis 280  
 Corporibus, latet; atque animæ quasi totius ipsa  
 Proporro est anima, et dominatur corpore toto.  
 Consimili ratione necesse est, ventus et aër  
 Et calor inter se vigeant conmixta per artus;  
 Atque aliis aliud subsit magis, emineatque; 285  
 Ut quiddam fieri videatur ab omnibus unum:  
 Ne calor, ac ventus seorsum, seorsumque potestas  
 Aëris, interimant sensum, diductaque solvant.  
 Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira,

*latitat omnino, quia scilicet facta est ex seminibus paucis et tenuibus: ita quarta hæc potestas, quæ caret nomine, latitat tibi prorsus, quia creata est ex seminibus parvis; et ipsa est omnino anima totius animæ, et tenet dominium in toto corpore. Pari modo oportet ut ventus, et aër, et calor inter se conjuncta valeant per membra singula; et aliquid aliud ex his subjiciatur magis, aliud vero dominetur, ut aliquid unum videatur creari de cunctis illis: et ut neque calor, neque ventus separatim, neque vis aëris etiam separatim et a se invicem separata permant et tollant sensum. Is quippe calor, quem mens in ira suscipit, ubi incenditur, et ubi ignis*

V. ed. Mus. B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. vis deest Mus. B. 3. omnia ab h. voce usque ad vocem totius vs. 281. desunt Mus. B. 2.—279 E corporibus Ferr. V. ed. Th. Ra. Corporeis Voss. vet.—280 Sit Mus. B. 3.—281 late Vind. V. ed. Vind. fr. Cant. Th. Ra. Voss. marg. animus quasi Gryph. Nard. Bas. quæ sit Vind. fr. quasi deest Hav. Delph. Bip. et animam pro animæ.—282 animi Gryph. Nard. Bas. comminatur V. ed. Th. Ra.—286 sub omnibus Mus. B. 2. de Lamb. et alii.—287 Ni V. marg. Voss. vet. et L. B. que deest V. ed. Th. Ra.—288 interimat Mus. B. 2. seorsum Gryph. marg. Bas. marg. P. deducta Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3.—289 color V. ed.

## NOTÆ

283 *Consimili ratione, &c.*] His 6. vss. posterioribus rationem reddit cur tres illæ priores naturæ, ventus, aër, et calor, subesse debeant quartæ naturæ, quæ nominis expers est; scilicet, ne calor, aut aër, aut ventus seorsum vigeat, officiatque sensibus, ac penitus eos interimat. Quarta quippe illa natura dominari debet, illisque tribus ex se dare motus sensiferos, ut dixit vs. 245. et seqq.

286 *Ab [De] omnibus*] Sine elisione. Alii *ab omnibus*, minus eleganter.

289 *Est etiam calor, &c.*] His 35.

vss. totus in id incumbit Lucretius, ut hæc tria, ventum, aërem, et calorem concurrere ad animæ concretionem evincat. Rem autem probat ex variis animantium passionibus, seu motibus, quibus in hunc vel in illum affectum procliviora videntur. Alia enim animalia prona sunt ad iram, quia calor in iis effervescit, quales sunt leones. Alia timida sunt, quia friget ac riget in iis aura sen ventus; quales sunt cervi. Alia placida sunt, quia tepet in iis aër; quales sunt boves. Sic par ratio contingere ho-

Quom fervescit; et ex oculis micat acribus ardor. 290  
 Est et frigida multa, comes Formidinis, aura;  
 Qua ciet horrorem membris, et concutit artus.  
 Est etiam quoque pacati status aëris ille,  
 Pectore tranquillo fit qui, voltuque sereno.  
 Sed calidi plus est illis, quibus acria corda, 295  
 Iracundaque mens facile ecfervescit in ira:  
 Quo genere in primis vis est violenta leonum,  
 Pectora quei fremitu rumpunt plerumque gementes;  
 Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.  
 At ventosa magis cervorum frigida mens est, 300  
 Et gelidas citius per viscera concitat auras;  
 Quæ tremulum faciunt membris existere motum.  
 At natura boum placido magis aëre vivit;  
 Nec minus, irai fax numquam subdita percit

*vehementius exilit ex oculis, est quoque in ipsa mente. Est etiam multus ventus frigidus, qui comitatur metum, qui gignat timorem in artubus, et qui concutiat membra. Est etiam illa constitutio aëris placidi qui creatur in corde placido, et in tranquilla facie. Verum plus caloris inest iis animantibus, quæ habent pectora iracunda, et quibus animus pronus ad iram haud difficile accenditur in ira: cujusmodi præcipue furor acris leonum est, qui sæpe, dum fremunt, dirumpunt sibi corda rugitu, neque valent continere in suo pectore æstum irarum. Verum anima cervorum magis est gelida, quia ventosa, et excitat velocius ventos frigidos per præcordia, qui faciunt inesse motum timidum artubus. Sed natura boum pascitur aëre magis pacato; neque unquam lampas uberioris iræ subjecta ac fumus per-*

Th. Ra.—290 *ferrescet* Bodl. Voss. vet. V. ed. *fruescet* Ferr. *aërius* Mus. B. 2. *acribus* Lamb. Hav. Bip. Ald.—292 *Qua*: sic P. Vind. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. *Quatiet* Mus. B. 2. 3. *in membris* Hav. Bip. Delph.—294 *sit qui* Bodl. O. V. marg. 1. *qui fit* P. Hav. Delph. Ald. Bip.—295 *est deest* Mus. B. 2. *quondam pro corda* Mus. B. 2.—296 *mens deest* V. ed. Th. Ra. *ferrescit* O.—302 *membri* V. ed. Th. Ra. *membrorum* Vind.—304 *nimis* P. Cant. Ald. Bip.

## NOTE

minibus docet, ut alii effervescent in iram, quibus inest plus caloris: alii formidine teneantur, quibus inest plus venti: alii pacati sint, quibus inest plus aëris. Addit vero varios hominum mores, ac studia diversa, affectusve, oriri ex varia trium istarum naturarum contextura: quam tamen explicare non valet, quia latent ipsum tot nomina principiorum, quibus fiat. Verum hos proclives mores,

hosque affectus perversos posse doctrina et sapientia minui quidem, ac levari, non autem penitus extirpari ac tolli, censet.

*Sumit*] Supp. animus.

290 *Ardor*] Ira. Effectus pro causa.

299 *Irarum fluctus*] Sic Virg. *Æn.* iv. 532. 'magnoque irarum fluctuat æstu.'

304 *Percit*] Concitat, excitat, ac-

Fumida, subfundens cæcæ caliginis umbram; 305  
 Nec gelidis torpet telis perfixa vaporis :  
 Inter utrasque sita est, cervos sævosque leones.  
 Sic hominum genus est ; quam vis doctrina politos  
 Constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit  
 Natura quouisque animi vestigia prima : 310  
 Nec radicitus evelli mala posse putandum est,  
 Quin proclivius hicc' iras decurrat ad acreis ;  
 Ille metu citius paullo tentetur ; at ille  
 Tertius adcipiat quædam clementius æquo :  
 Inque aliis rebus multis differre necesse est 315  
 Naturas hominum varias, moresque sequaceis ;  
 Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere caussas,

*movet ac suffit tenebras tetri fumi per præcordia ; neque etiam friget unquam icta frigidis spiculis metus : sed posita est inter utrosque, cervos et leones. Tulus est gens hominum ; licet enim scientia etiam reddat quosdam homines cultos et civiles ; tamen ea linquit primas semitas cujusque naturæ animæ ; neque credendum est vitia posse funditus extirpari, quin alius homo proruat pronus ad violentas iras : alius multo velocius percutiatur formidine ; alius vero tertius recipiat quosdam motus acris, quam par sit. Sic etiam in aliis rebus pluribus oportet ut naturæ hominum, et studia quæ sequuntur, diversa sint. Quarum rerum ego jam non possum*

Hav. Delph. unquam P. Cant. Ald. Bip. Hav. Delph.—305 *Fumidas effundens* Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *Fumides effundens* Voss. vet. Cant. a pr. m. *Tumidas effundens* Bodl. *Fumidans effundens* O. *umbra* Voss. vet.—306 *gelidi* P. Ald. Voss. L. B. Mus. B. 2. Bip. Hav. *genu distorpet* Vind. fr. *pavoris* P. Voss. L. B. Mus. B. 2. Hav. Ald. Bip. Delph.—307 *utrosque* P. Ald. Bip. Hav. Delph. *sitas pro sita est* V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 1. 2. 3. Vind. fr. *scythas* Cant.—308 *natura pro doctrina* Mus. B. 2.—310 *Naturæ* Hav. Bip. Delph. *animi* Gif. Par. P. Lamb. Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. *animæ* Bodl. Voss. vet. et L. B. Hav. Bip. Delph.—312 *Quando* V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. *decurrit* Voss. L. B. sed corr. a rec. m.—313 *tenetur* V. ed. O. Mus. B. 1. *terretur* Th. Ra.—314 *accipiet* O. Mus.

## NOTÆ

cendit. Dicitur percio, is, et percio, es.

308 *Sic hominum genus, &c.*] His 16. vss. posterioribus significat naturæ vitia in hominibus non posse quidem doctrina funditus extirpari : ita tamen studio, doctrina, et diligentia minui ac levari posse, ut nihil vetet quominus homo sapiat, beate vivat, ac inter homines quasi quidam Deus esse videatur.

310 *Naturæ quouisque*] Nimirum, vel ventosæ, vel aëriæ, vel calidæ ; i. e. vel timoris, vel clementiæ, vel iræ.

315 *In aliis rebus*] H. e. in aliis studiis et affectibus.

316 *Sequaceis*] H. e. quos sequi facile est : vel, qui sequuntur naturam.

317 *Cæcas*] Obscuras, non cognitatas.

Nec reperire figurarum tot nomina, quot sunt  
Principiis, unde hæc oritur variantia rerum.

Illud in hiis rebus videor formare potesse ; 320  
Usque adeo naturarum vestigia linqui  
Parvola, quæ nequeat ratio depellere dictis ;  
Ut nihil impediatur dignam Diis degere vitam.

Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni :  
Ipsaque corporis est custos, et caussa salutis : 325  
Nam communibus inter se radicibus hærent,  
Nec sine pernicie divelli posse videntur.

*reddere rationes, quæ me latent : neque invenire tot diversa nomina formarum, quot sunt primordiis, ex quibus diversitas morum nascitur. In his rebus video hoc unum posse probare, nimirum relinquere minimas naturarum, quas ratio animi non possit tollere verbis, ut nihil obstet, quominus vita digna Diis degatur. Itaque hæc natura animæ retinetur a toto corpore, et ipsa vicissim conservatrix est corporis, et causa vitæ illius. Namque cohærent inter se per mutuas radices ; nec videntur posse separari sine interitu alterutrius. Sicut enim difficile est clicere*

~~~~~

B. 1. *et quo* Mus. B. 2. *equo* V. ed. Th. Ra.—320 *video* P. Mus. B. 3. Ferr. Ald. Cr. conj. Fab. *vide* V. ed. Th. Ra. *firmare* P. Vind. V. ed. Bodl. Vind. fr.—322 *quis* Voss. marg. *nequeant* Mus. B. 1. *dictis* P. Cr. conj. Cont. *noctes* Sus. Voss. marg. Voss. vet. *noctis* Mar. Bodl. Voss. L. B. V. marg. 1.—325 *corporis et* V. marg. 1. *corpore est* V. ed. *est corporis* Mus. B. 2.—326 *Jam*

NOTÆ

318 *Figurarum*] Atomorum, vs. 191. et lib. II. 385. &c.

319 *Variantia*] Varietas, diversitas, differentia : I. 654.

321 *Naturarum*] Nempe caloris, aëris, et venti, ex quibus anima constat.

322 *Dictis*] Verbis, seu monitis etiam sapientum. Alii *doctis*, h. e. sapientibus. Alii *docta*, sup. ratio.

323 *Dignam Diis*] Beatam. Quippe quæ in animi tranquillitate potissimum consistat.

324 *Hæc igitur natura, &c.*] His 14. vss. docet ex Epicuri mente corpus et animam inter se conjuncta esse, ut alterum ab altero sejunctum nec vivere, nec esse, nec sentire possit. Idque probat a simili, ut aiunt. Sicut enim, inquit, odor separari nequit a glebis seu granis thuris, quin natura thuris pereat: ita separari ne-

quit anima a corpore, quin et corpus et anima simul intereant. Impia sane sententia : licet enim anima custos sit corporis, et causa salutis illius ; non ideo tamen corpus vicissim custos est animæ, et causa salutis ejus. Anima quippe dat corpori vitales motus, sensus, et vitam ; neque ullo organo corporeo alligatur ipse saltem intellectus. Forma quidem continet corpus, non vero continetur. Hinc falso dixit quod anima ‘tenetur corpore ab omni.’ Quod sine corporis organo non valeat operari. Porro Epicurei voluerunt animas a corporibus teneri, eodem fere modo, quo aquam a vase. Vas enim, quia crassius, continet aquam, quæ tenuior est. Ita animam tenuioribus atomis, corpus vero crassioribus constare voluerunt. Sic enim Lucretius infra vs. 441. ‘Quippe etc-

Quod genus, e turis glebis evellere odorem
 Haud facile est, quin intereat natura quoque ejus :
 Sic animi atque animæ naturam corpore toto 330
 Extrahere haud facile est, quin omnia dissolvantur ;
 Inplexis ita principiis ab origine prima
 Inter se fiunt consorti prædita vita :
 Nec sibi quæque, sine alterius vi, posse videtur
 Corporis, atque animi, seorsum constare potestas : 335
 Sed communibus inter eos conflatur utrimque
 Motibus, adensus nobis per viscera, sensus.
 Præterea, corpus per se nec gignitur umquam,

odorem e cespitibus thuris, quin natura illius etiam pereat: ita difficile est evellere naturam animi ac animæ e toto corpore, quin cuncta hæc simul interimantur; adeo concordia vita mutuo donantur a primo suo exortu propter implicita inter se primordia, quibus constant; neque facultas corporis et animi videtur sibi posse sentire aliquid separatim sine potestate alterius: sed sensus accenditur nobis in præcordiis per motus communes inter illos ex utraque parte. Deinde neque corpus

//////////

Mus. B. 1.—328 *est turis* V. ed. Th. Ra. *divellere* Mus. B. 3.—331 *haud deest* Mus. B. 2.—333 *consortia fiunt* P. Ald. *cosorti fiunt* Vind. *consorti fiunt* V. ed. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. P. in not. Ferr. Th. Ra. *consorti finem* O. *vitæ* P. V. ed. O. Mus. B. 1. Fab. Ferr. Th. Ra. Ald.—334 *N. sine vi quidquam alterius sibi p. v.* Hav. Delph. Bip. *quidquam sine vi alterius sibi* P. in not. quoque Bodl.—335 *stare* V. ed. Voss. L. B. Th. Ra. *sentire* Hav. Bip. Del. et alii.—336 *conflictatur* Gif. Par.—339 *nec post* Mus. B. 1. 2. et vulg.

NOTÆ

uim corpus, quod vas quasi constitit ejus, Cum cohibere nequit, &c.

328 *Quod genus*] Quale: cujus generis: sicut, vs. 267. &c.

Glebis] Massa, seu granis.

329 *Ejus*] Supp. thuris.

331 *Omnia*] Nempe et anima et animus et corpus. I. e. totum animal, totus homo.

332 *Inplexis principiis*] Implicatis inter se atomis: quasi atomi, quibus constat anima, nequeant esse seorsum sine atomis, quibus constat corpus. Et contra.

Ab origine prima] A primo suo cætu et conjunctione.

333 *Prædita*] Supp. corpus et anima.

334 *Alterius*] Supp. corporis, aut animæ.

336 *Inter eos*] Inter animum seu animam et corpus.

337 *Adensus . . . sensus*] Sic II. 940. Metaphora est. Vel loquitur ex opinione eorum qui animam, et animæ sensus, ignem esse censuerunt.

338 *Præterea, corpus, &c.*] Neutram, corporis et animæ, naturam seorsum per se solam vitæ munera exercere posse demonstraturus Poëta exorditur ab ipso corpore; hisque 13. vs. declarat non posse corpus secretum ab anima, neque gigni, neque crescere, neque etiam post separationem animæ ab ipso diutius superstes esse, quin statim computrescat et resolvatur.

Nec crescit, neque post mortem durare videtur.
 Non enim, ut humor aquæ, dimittit sæpe vaporem 340
 Qui datus est, neque ea caussa convellitur ipse,
 Sed manet incolomis : non, inquam, sic animai
 Discidium possunt artus perferre relictei ;
 Sed penitus pereunt convolsei, conque putrescunt.
 Ex ineunte ævo sic corporis atque animai 345
 Mutua vitaleis discunt contagia motus,
 Maternis etiam membris, alvoque reposito ;
 Discidium ut nequeat fieri sine peste, maloque :

generatur unquam per se, neque augetur, neque post mortem videtur diutius existere. Etenim, non sicut liquor aquæ deponit plerumque calorem, qui datus est illi, qua tamen de causa ipse liquor aquæ non destruitur, sed restat salvus ; non, inquam, ita membra orbatâ possunt ferre separationem animæ: sed separata ab anima funditus intereunt, et computrescunt. Adeo mutui contactus animæ et corporis a prima sua origine norunt motus vitales, etiam dum illa sunt posita in alco, et in artubus maternis, ut separatio unius ab altero non possit fieri sine mutua pernicie et in-

//////////

edd. aurare V. ed. Th. Ra.—340 *saporem* Gif. marg. Bas. Gryph. marg. P.—341 *a* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *ab hac vulg. ipsa* Voss. vet.—343 *Dissidium* P. Mus. B. 1. 2. V. marg. 1. Ald. *Dissidue* Ferr. *distigium* V. marg. 1. P. in not. *inter pro possunt* V. ed. Th. Ra. *poterunt* Ald.—344 *conclusi* Mus. B. 1.—345 *corpus* Ferr. V. ed. Th. Ra.—346 *distant* O. Mus. B. 1.—347 *in membris vulg. reposita* P. O. Mus. B. 1. Cant. et vulg. edd.—348 *ut deest* P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald.

NOTÆ

tur. Interim tacitæ satisfacit objectioni. Poterat enim quis comminisci animam jungi corpori, sicut calor jungitur aquæ: calor autem ab aqua divelli potest, absque ipsius aquæ interitu. Verum imparem utriusque sortem esse arguit. Calor enim, inquit, peregrinus est aquæ, et ejus tantum eventum, quod accidens vulgo vocant: at anima ita conjuncta est corpori, a prima sua origine, ut etiam quasi in alvo materno juncta fuerit: nec ab eo usquam sine utriusque pernicie separari possit: 'Ut videas, quoniam conjuncta est causa salutis, Conjunctam quoque naturam consistere eorum.'

340 *Vaporem*] Calorem, vs. 216. Alii *saporem*.

341 *Convellitur*] Interimitur, interit.

343 *Relictei*] Supp. ab anima.

344 *Convulsei*] Convulsi, h. e. interemti: separati ab ipsa anima.

Conque putrescunt] Computrescuntque. Tnesis est.

345 *Ex ineunte ævo*] A prima sui origine: vs. 332.

346 *Discunt*] Norunt, tenent, habent, reddunt.

Contagia] Contactus, conjunctiones, connexus.

347 *Maternis membris, alvoque*] Quasi dum in alvo materno formantur. I. e. in primo suo exortu.

Reposito [*reposita*] Reposita, supp. corpus et anima.

Ut videas, quoniam conjuncta est caussa salutis,
 Conjunctam quoque naturam consistere eorum. 350

Quod super est, si quis corpus sentire refutat,
 Atque animam credit, permixtam corpore toto,
 Subscipere hunc motum, quem sensum nominamus;
 Vel manifestas res contra, verasque, repugnat.
 Quid sit enim corpus sentire quis adferet umquam, 355
 Si non ipsa palam quod res dedit, ac docuit nos?
 At, dimissa anima, corpus caret undique sensu;
 Perdit enim, quod non proprium fuit ejus in ævo;

teritu. Ut inde agnoscas ideo naturam illorum etiam esse conjunctam, quia causa conservationis eorum conjuncta est. Quod reliquum est, si quis negat corpus habere sensum, et putat animum diffusam per totum corpus solam admittere hunc motum, quem appellamus sensum, is sane resistit etiam adversus res claras et certas. Etenim quis unquam dicit, quid sit corpus habere sensum, nisi illud ipsum, quod res ipsa manifeste tribuit, et monstravit nobis? sed, inquires, emissa anima e corpore, corpus ipsum privatur omni sensu. Nimirum, quia amittit id,

—351 *renutat* vulg. edd.—353 *nominicamus* Ald. *nomicamus* V. ed. Th. Ra. —354 *variusque* Mus. B. 2.—355 *Qui fit* Nard. *quod adserat* Fab. *quis efferet* Cont. *asseret* Vind. Vind. fr. *affert* Ferr. *unquam?* P. in not.—356 *atque* Mus. B. 1. et V. marg. 1. Post h. vs. sequuntur 358. 359. Bodl. *quod enim* res Mus. B. 2.—357 *Ac* V. marg. 1.—358 H. vs. *rejecit* Lamb. *delet* Fab. *condemnat* Creech. *quid* Bas. marg. *eo in ævo* Voss. vet. *sed ei a pr. m. ejus inquam* Voss. marg. *qui in Ms. tertio notat fuisse ejus in quo. unde Preiger. leg. ejus*

NOTÆ

351 *Quod super est, si quis, &c.*] His 9. vs. duplicem solvit objectionem, quarum solutio locum tenet argumenti, quo probat non animam solam sensu præditam: sed sensum esse commune corpori et animæ. I. Itaque erroris arguit eos, qui soli animæ corpus tribuunt, cum res manifesta nos contrarium docet. Sensus enim ipse, quo nihil certius esse ait 1. 700., docet nos corpori sensum esse. II. Quia remota anima e corpore, videtur corpus esse omnis expers sensus, respondet corpus quidem amittere cum vita sensum omnem: sed docet sensum non esse quid corpori proprium, verum corpori et animæ commune esse ait. Quod et docuit supra vs. 246. Deinde respondet non unum sensum amittere corpus cum

vita, sed multa præterea perdere; perdit enim ea omnia quæ sibi ex nexu animæ tributa fuerant, puta videre, audire, tangere, &c. Scilicet hæc omnia sibi non sunt propria, sed sibi et animæ communia ex nexu mutuo, quo conjunguntur.

356 *Si non ipsa palam, &c.*] Alii legendum putant: *Si non ipse, palam qui res dedit, ac docuit nos?* Ipse autem, nempe sensus. Verum eadem est sententia, si non eadem verba. Revocat enim nos poëta ad rem manifestam, qui sensus est ipse, quo nihil certius esse possit, ut ait 1. 700. 'Quo referemus enim? quid nobis certius ipsis Sensibus esse potest, queis vera ac falsa notemus?'

358 *Perdit enim, &c.*] Hunc versum non Lucretianum judicat Lambinus.

Multaque præterea perdit, quom expellitur ævo.

Dicere porro oculos nullam rem cernere posse, 360
 Sed per eos animum ut foribus spectare reclusis,
 Difficile est, contra quom sensus ducat eorum;
 Sensus enim trahit, atque acies detrudit ad ipsas:
 Fulgida præsertim quom cernere sæpe nequimus,
 Lumina luminibus quia nobis præpediuntur; 365

*quod proprium sibi non fuit in vita: et insuper amittit multas res ubi e vita expul-
 satur. Ceterum dicere oculos non posse videre rem ullam, sed animum aspicere per
 ipsos quasi per apertas portas, sane non est sapere; quoniam sensus illorum repug-
 nat: namque in hac re sensus ipse ducit et revocat nos ad ipsos pupillas oculo-
 rum. Præcipue cum nonnunquam non possumus intueri res splendidas, eo quod*

*unquam.—362 Desipere est vulg. add. sensum Vind. fr. ducat sensus O. Mus.
 B. I. dicat vulg. edd.—363 H. vs. rejiciendum censent Gif. Creech. Lamb.*

NOTÆ

Verum non alienus videtur, cum rationem in eo reddat Lucretius, cur corpus dimissa anima non sentiat: nimirum quia dimissa anima corpus non perdit quod sibi fuit proprium, dum viveret. Sensus enim et vita sunt ab anima tanquam a principio; non autem sunt quid corpori proprium, ut monui vs. 351. not.

360 *Dicere porro oculos, &c.*] His 11. vss. seqq. refutat sententiam eorum, qui non animam et corpus, sed animam solam sentire, videre, audire, &c. voluerunt. Sic enim docuit Heraclitus, cujus illud notum est: *νοῦς ὁρᾷ, νοῦς ἀκούει*: mens videt, mens audit. Sic apud Cicer. Tusc. 1. 'Nos enim ne nunc quidem cernimus ea, quæ videmus. Neque enim nullus sensus est in corpore, sed, ut non solum physici docent, verum etiam medici, qui ista aperta et patefacta viderunt, viæ quasi sunt ad oculos, ad aures, ad nares, a sede animi perforatæ,' &c. Poëta hanc opinionem refellit. 1. Quia si oculi v. g. nobis essent in corpore solum ut fores perforatæ, per quas anima videret, sane splendor lucis non iis noceret; neque enim fores ac fenestræ apertæ domo-

rum, per quas res cernimus extra, dolorem ullum sentiunt. At oculi dolorem sentiunt, cum res splendidas intuentur. Lumen enim clarius, v. g. solis, nivis candor etiam major, armorum splendor micantior, &c. nocent et officinunt oculis. 11. Quia si per oculos, tanquam per fenestras, mens videret, sane, demtis oculis, mens facilius et clarius cerneret res ipsas. Quod falsum esse vult Lucretius, quasi anima e corpore egressa nulla jam sit.

362 *Contra quom sensus ducat* [*dicat*] Cum sensus contradicat. Tmesis est. Alii, *ducat*. Quasi ostendat, persuadeat. Eadem sententia.

363 *Trahit, atque acies detrudit ad ipsas*] I. e. revocat nos ad iudicium oculorum. Cum enim oculi vident, sane aliquando dolorem patiuntur, in rebus saltem splendidioribus aspectandis. 1v. 324. 'Splendida porro oculi fugitant vitantque tueri.'

Acies] Oculos, 11. 420. 1. 325. et 1v. 692.

365 *Lumina*] Supp. oculorum: i. e. oculi. Sic vs. 368.

Luminibus] Luce, splendore nimio.

Quod foribus non fit: neque enim, qua cernimus ipsei,
Ostia subscripiunt ullum reclusa laborem.

Præterea, si pro foribus sunt lumina nostra,

Jam magis exemptis oculis debere videtur

Cernere res animus, sublatis postibus ipsis.

370

Illud in hiis rebus nequaquam sumere possis,

Democriti quod sancta viri sententia ponit;

Corporis atque animi primordia singula, privis

oculi nobis efficiuntur splendoribus lucis: quod quidem non contingit portis. Namque apertæ fores, per quas nos ipsi videmus, non patiuntur ullam difficultatem. Deinde si oculi nostri sint nobis pro portis, igitur, sublatis oculis ipsis, jam animus videtur debere videre res clarius, quasi fores ipsæ demtæ forent. In his autem rebus non potes usurpare illud, quod divina sententia viri Democriti statuit, nimirum principia quæque corporis et animæ adjuncta alternatim primordiis mu-

—365 *Numina* Mus. B. 2.—366 *quæ* O. Mus. B. 1. *terminus* V. marg. 1. *cernimus esse* Cassend. *cerni ceteris deficientibus* Mus. B. 2.—367 *Hostia* Ferr. Mus. B. 2. 3. *Extra* Mus. B. 1.—370 *rem* V. ed. Th. Ra.—372 *sibi sententia*

NOTÆ

366 *Qua*] Per quæ, quibus; supp. ostia, fores.

370 *Postibus*] Foribus, obicibus, iv. 275.

371 *Illud in hiis rebus, &c.*] His 26. vss. refutat pariter in his rebus Democriti sententiam. Voluit quippe hic singulas animæ atomos singulis totidem corporis atomis esse appositas: sicque animam et corpus alternatim per se mutuo sentire. Negat autem hunc nexum animæ et corporis Lucretius; quia, cum animæ rarior sit natura, quam corporis, tot in anima nequeunt inesse atomi, quot in corpore. Varias res in exemplum adducit, quibus singulas atomos animæ, singulis atomis corporis non annexas esse ostendit. I. Namque sæpe adhærent corpori multa pulveris ramenta, quæ tamen non sentimus. II. Adhæret et insidet cuti nostræ creta, hoc est, squalida sordes, quam tamen non sentimus. III. De nocte vigilantibus sub dio cadit pruina, quam non sentimus

etiam. IV. Tela araneorum obvia sæpe nobis progredientibus adhæret, quam non sentimus. V. Putris araneorum tela de tectis cadens in caput nostrum a nobis non sentitur. VI. Plumæ per aëra volitantes sæpe cadunt in nos, quas tamen non sentimus. VII. Flores maturi carduorum per aëra ventis rapti sæpe nobis occurrunt, nec tamen sentimus eos. VIII. Culicum vestigia in corpore non sentimus. Igitur sunt in corpore plura corpuscula prima, seu atomi, quam in anima. Secus enim si singulis corporis atomis singulæ atomi animæ appositæ essent, quarum alterno connexu sensus fierent, sane deberemus ea sentire omnia, quæ aliquas corporis atomos tangunt. Quod secus fieri sat probant allata exempla.

372 *Sancta*] Divina. Hic vs. repetitur v. 621.

373 *Privis* [*primis*] Primordiis, atomis.

Adposita, alternis variare, ac nectere, membra.
 Nam, quom multo sunt animai elementa minora, 375
 Quam quibus et corpus nobis, et viscera constant;
 Tum numero quoque concedunt, et rara per artus
 Dissita sunt; dum taxat ut hoc promittere possis,
 Quantula prima queant, nobis injecta, ciere
 Corpora sensiferos motus in corpore, tanta 380
 Intervalla tenere exordia prima animai.
 Nam neque pulveris interdum sentimus adhæsum
 Corpore, nec membris incussam sidere cretam;
 Nec nebulam noctu, neque aranei tenuia fila
 Obvia, sentimus, quando obretimur euntes; 385
 Nec supera caput ejusdem cecidisse vietam
 Vestem; nec plumas avium, papposque volanteis,

tare, et connectere artus corporis. Etenim non solum principia animi longe minora sunt, quam ea, quibus et corpus et intestina nostra componuntur: sed etiam inferiora sunt numero, et dispersa sunt per singulas partes corporis per majora intervalla; ita ut queas affirmare istud, nimirum primordia animæ occupare in corpore tantum spatii, quanto intervallo apposita possint excitare nobis in corpore motus, qui dent sensum. Etenim sæpissime non sentimus adhæsiorem pulveris in corpore nostro, neque cretam, quæ immittitur, adhærere artubus nostris, neque etiam sentimus pruina de nocte, neque exilia fila araneæ occurrentia nobis, dum progredientes implicamur illis. Nec caducam vestem ejusdem araneæ prolapsam esse nobis in caput: nec plumas volucrum, nec flores carduorum, qui præ nimia

~~~~~

Fab.—374 *vertere* Delph.—375 *sint* P. Ald. O. *animæ* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—376 *quibus e* vulg. edd.—378 *permittere* P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *possit* Mus. B. 1.—383 *insidere* Bip. et alii.—384 *neque*: sic P. Vind. V. ed. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *nec reliqui. arani* V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. *araneæ* Vind. Vind. fr.—386 *supera*: sic P. Vind. fr. Ald. *super ea* V. ed. Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *supra* vulg.—387 *plumam...*

#### NOTÆ

- |                                                             |                                                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 375 <i>Elementa</i> ] Atomi, primordia.                     | <i>Aranei</i> ] Dicitur araneus, et araneæ.                                                                          |
| 378 <i>Promittere</i> ] Affirmare.                          | 386 <i>Vietam</i> ] Languidam: putri molitia præditam: caducam. Fest.                                                |
| 381 <i>Exordia prima</i> ] Atomi, primordia.                | 387 <i>Vestem</i> ] Vel pellem, quam prævetustate exuit interdum aranea: vel telam ejusdem, quæ cadit e laquearibus. |
| 382 <i>Adhæsum</i> ] Adhæsiorem. Adhæsus, us.               | <i>Pappos</i> ] Flores carduorum maturos, quos per aëra volitantes fert aura.                                        |
| 383 <i>Cretam</i> ] Sordes alba, quæ cuti adhæret.          |                                                                                                                      |
| 384 <i>Nebulam</i> ] Pruina, aut rorem de nocte decidentem. |                                                                                                                      |

Quei nimia levitate cadunt plerumque gravatim :  
 Nec repentis itum quoius vis quomque animantis  
 Sentimus ; nec priva pedum vestigia quæque, 390  
 Corpore quæ in nostro culices, et cætera, ponunt.  
 Usque adeo prius est in nobis multa ciendum,  
 Quam primordia sentiscant concussa animai,  
 Semina, corporibus nostris inmixta per artus ;  
 Et quam, intervallis tantis tuditantia, possint 395  
 Concursare, coire, et dissultare vicissim.  
 Et magis est animus vitai claustra coërcens,

*sua levitate volitantes interdum ægre decidunt : neque pariter percipimus inces-  
 sum cujuscunque animalis reptilis ; neque etiam peculiare quasque pedum impres-  
 siones, et reliquas res alias, quos culices figunt in corpore nostro. Adeo verum  
 est illud, quod plura primordia, quæ diffusa sunt nostris corporibus per cuncta  
 membra, permovenda sint, antequam principia animæ percita sentiant, et antequam  
 percutientia sese invicem per spatia tam dissita queant concurrere, convenire, et  
 dissilire alternatim. Ceterum animus retinet potentius vincula vitæ, et potentior*

papos Mus. B. 2.—388 *Quia Cant. gravatu* Mus. B. 1. *gravati* P. in not.—  
 389 *repente situm* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *repenti  
 situm* Vind. fr. *iter* V. marg. 1.—390 *Sentiamus* Voss. vet. *prima* Gryph.  
 marg. Bas. marg. P. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Ferr. Ald.—392 *in deest* Voss.  
 vet. *in nobis sunt m. cienda* Gryph. Nard. Bas. *ciendo* V. ed. Bodl. Voss. vet.  
 et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *ciendus* Vind.—393 *sentifi-  
 cent* P. Ald. *sentificant* V. ed. Th. Ra. H. vs. postponitur seq. vulg. edd.—  
 394 *nobis* Mus. B. 2. *immissa* Gassend. Turneb. Adv. xx. 26.—395 *quantis  
 intervallis* Vind. V. ed. O. Vind. fr. Ferr. Th. Ra. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gif.  
 L. B. Par. *quam sis intervallis* Lamb. Turneb. *cutitantia* V. ed. Mus. B. 2.  
 Ferr.—396 *Concussare* P. Ald. *Concussa recoire* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2.

## NOTÆ

388 *Gravatim*] Ægre, vix.  
 389 *Itum*] Incessum.  
 390 *Priva*] Privata, peculiaria: vs.  
 724. et iv. 26. 568.  
 391 *Et cætera*] Supp. ejusmodi ani-  
 malia. Vel ejusmodi res, quas re-  
 linquunt culices in cute nostra, dum  
 per corpus nostrum eunt: puta ex-  
 crementa minuta, aut sordes ejusmo-  
 di.  
 392 *Multa ciendum*] Hellenismus.  
 Multa cienda. Sic i. 111.  
 395 *Tuditantia*] Percutientia, tun-  
 dentia.  
 397 *Et magis est animus, &c.*] His  
 21. vss. asserit ex occasione Lucre-

tius primatum animi in animam at-  
 que in ipsum corpus. Quamvis enim  
 animi tenuiores atomos, quam animæ  
 docuerit esse: tamen uni animo cus-  
 todiam vitæ committere placuit. Sci-  
 licet quia docuit supra sedem animi  
 in medio esse pectore, animam vero  
 per totum corpus esse diffusam: hinc  
 ab animo, quasi a fonte vitam deri-  
 vari voluit. Rem autem probat ex-  
 perientia, qua constat homines, qui-  
 bus membra fere cæsa sunt ac trun-  
 cata, vitam adhuc retinere, cum ta-  
 men pars animæ illorum resecta sit  
 per laceros artus. Sic forsitan olim  
 usu veniebat in ludis gladiatorum,

Et dominantior ad vitam, quam vis animai.  
 Nam sine mente, animoque, nequit residere per artu  
 Temporis exiguam partem pars ulla animai; 400  
 Sed comes insequitur facul, et discedit in auras,  
 Et gelidos artus in leti frigore linquit.  
 At manet in vita, quoi mens, animusque, remansit,  
 Quam vis est, curtum cæsis, lacer undique membris :  
 Truncus, adempta anima, circum, membrisque remotus,  
 Vivit, et ætherias vitaleis subscipit auras; 406  
 Si non omnimodis, ut magna parte, animai

*est ad salutem tuendam, quam potestas animæ. Namque sine mente et animo nulla pars animæ potest remanere per membra vel exiguo momento temporis: sed sociâ sequitur illum, et una cum eo facile abit in aëra: et deserit membra frigida, in frigore mortis. Verum ille restat in vita cui mens et animus est relictus, etiamsi laceratus sit, circum amputatis artubus cunctis undique. Etiamsi sit truncatus undique, sublata etiam ipsi anima, et artubus recisis, vivit tamen, et recipit aërios flatus, qui faciunt illum vivere, saltem, si non omnino caret anima,*

//////////

3. Cant. Ferr. Th. Ra. *dissulcare* Vind.—399 *nequid* Ferr. V. ed. Th. Ra.—400 *exigui* P. Th. Ra. Ald.—401 *facile* vulg. et deest Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *e* pro *et* Voss. vet. et L. B. *descendit* O. Mus. B. 2. Cant.—404 *circum cæsis* vulg. *cretum cæsis* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *cretum cæcis* Vind. fr. Cant. *rerctum cæsis* Mus. B. 2.—405 *remotus*: sic Voss. L. B. Voss. marg. *remota* Voss. vet. *remotis* reliqui.—407 *ut*: sic Vind. V. ed. O. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.

#### NOTÆ

qui, laceris et resecatis membris, diu tamen vivebant adhuc. Quod et hodie contingit in Cayro, teste Nardo, ubi umbilico tenus dissecti medii secantur grassatores, calcique ferrenti imponuntur, vivuntque ibi ad horas, et loquuntur. Rem eandem confirmat exemplo oculi; sicut enim, inquit, illæsa pupilla, si reliquæ partes oculi lædantur, remanet visus: sic illæso animo, si reliqua anima per artus cæsos lædatur, remanet vita. Sin autem oculi pupilla lædatur, visus occidit extemplo sequunturque tenebræ: ita si mens lædatur, vita tota interimitur. Scilicet: ‘Hoc anima atque animus juncti sunt fœdere semper.’

*Delph. et Var. Clas.*

*Vitui claustra*] Sic i. 416. Sic i. 355. ‘clausa domorum,’ iv. 613. ‘clausa viarum,’ &c.

399 *Nam sine mente, &c.*] Hæc ratio falsa est. Namque dementes et furiosi vivunt sine mente atque animo.

400 *Temporis exiguam partem*] Supp. per. Sic vs. 64. et vi. 128. 1257. &c.

401 *Discedit in auras*] Quippe etenim anima ex parte ventus est: vs. 232.

402 *Gelidos artus, &c.*] Quia pariter anima ex parte calor est. Ibid.

405 *Truncus*] Quales esse diximus grassatores nunc in Cayro: aut gladiatores olim Romæ: vs. 397. not.

*Lucret.*

2 A

Privatus, tamen in vita contatur, et hæret.  
 Ut, lacerato oculo circum, si pupula mansit  
 Incolomis, stat cernundi vivata potestas ; 410  
 Dum modo ne totum conrumpas luminis orbem,  
 Et circumcædas aciem, solamque relinquo ;  
 Id quoque enim sine pernicie non fiet eorum :  
 At, si tantula pars oculi media illa peresa est,  
 Obscidit ex templo lumen, tenebræque sequuntur ; 415  
 Incolomis quam vis alioquin splendidus orbis.  
 Hoc anima atque animus junctei sunt foedere semper.  
 Nunc age, natos animantibus et mortaleis

*sed magna parte illius, et moratur et manet in vita. Veluti, si pupilla oculi remansit salva, oculo reciso circum, facultas vivida videndi restat adhuc, modo non laceres totum orbem oculi: sed recidas solum pupillam oculi circum, et eam solam seorsum linquo; nam istud etiam fieri poterit sine interitu illorum. Sed si vel minima pars oculi, quæ media est, tantisper fuerit lacerata, ctiansi tamen orbis oculi clarus remaneat integer, lux oculi interimitur subito, et tenebræ subsequuntur. Animus et anima in ævum connexi sunt pari hac lege vinculi. Jam vero agedum, ut queas cognoscere animos in animalibus nasci et mori et animas*

\*\*\*\*\*

Ferr. at vulg. *vaga parte* Mns. B. 2. *magnam partem* Vind. fr.—408 *contatur*: sic Mns. B. 1. *conctatur* Cant. *cunctatur* vulg. edd.—409 *pupilla* Mus. B. 1. 2. *remansit* Mns. B. 1.—410 *juvata* V. ed. Th. Ra. *innata* Bodl. Ferr. *vitata* Sus.—411 *Omnimodo* V. ed. Th. Ra. *corruptus* Mns. B. 2.—412 *Sed* Hav. Bip. Delph. *circumcedas* Voss. vet. et L. B. V. marg. 1. Vind. Mus. B. 1. 3. Cant. *circumcedans* Vind. fr. *circumcidas* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 2.—413 *confiet* Lamb. et alii. *non fiet?* P. in not.—415 H. vs. sequenti postponitur vulg. edd.—416 *alioquin*: sic V. ed. Th. Ra. Ferr. *alioqui* vulg.—417 *juncti* Ferr. V.

#### NOTÆ

409 *Pupula*] Vel pupilla, pars est oculi crystallina, quam sequitur vitreus humor introrsum: extrorsum vero aqueus. Vitreum humorem illum complectitur tunica, quæ a Græcis dicitur ideo ἀμφίβληστρον, 'circumdans.'

410 *Vivata*] *Vivida*: vs. 559.

411 *Luminis*] Oculorum.

413 *Non fiet* [*confiet*] Lamb. bene. Alii, *non fiet*.

*Eorum*] Supp. pupillæ, et oculi.

415 *Tenebræ*] Cæcitas.

418 *Nunc age, &c.*] Ab h. vs. 418. ad vs. 1109. hoc est, ad finem usque libri hujus, animæ humanæ mortalitatem

pro viribus Memmio suo insinnaturus Poëta præmonet his 8. vss. prioribus se nunc agere causam animæ et animi, atque ob eam rem indiscriminatum unius sub nomine alterum subintelligi debere toto disputationis excursu. Itaque et animum et animam natos et mortales esse asserit. Quibus vero multis argumentis utitur, ea sigillatim expendemus, ac interim, natura ipsius animæ in nobis reclamante, atque ipsa Fide duce, refutabimus.

*Natos Esse*] I. e. generari. Sic I. 755. II. 542. 1086. et alibi passim.



Esse animos, animasque leveis, ut noscere possis ;  
 Conquisita diu, dulcique reperta labore, 420  
 Digna tua pergam disponere carmina vita.  
 Tu face utrumque uno subjungas nomine eorum ;  
 Atque animam, verbi caussa, quom dicere pergam,  
 Mortalem esse docens, animum quoque dicere credas ;  
 Qua tenus est unum inter se, conjunctaque res est. 425  
 Principio, quoniam tenuem constare minutis

*evanescere in auras, persequar componere versus dignos tua vita, o Memmi, quos ego quasi diu, et reperi jucunda cum opera. Interim tu fac, ut reponas utramque vocem illorum, animi scilicet et animæ, sub eadem voce ; et ubi persequar dicere et docere animam, verbi gratia, esse morti obnoxiam, putes quoque me dicere animum esse mortalem: in quantum sunt una et connexa res inter se. Primum igitur, cum demonstraverim animam exilem componi ex primordiis*

\*\*\*\*\*

ed. Th. Ra. Ald. P. Mus. B. 1. 3. Gif. marg. Nard. V. marg. 1. *vincitis, omisso sunt*, Voss. vet.—421 *D. t. Memmi, pergam disponere v.* O. Mus. B. 1.—422 *face*: sic P. O. Mus. B. 1. *fac* reliqui. *nomine* Voss. vet. Mus. B. 3. Cant.—425 *Quatinus* Ald. Bip.—426 *tenuem* deest Vind.—427 *que pro esse*

#### NOTÆ

419 *Animasque leveis*] Animas, quæ facile dissolvi et interimiri possint, quia constant ex levibus atomis.

420 *Dulcique reperta labore*] Sic 11. 729.

422 *Eorum*] Scilicet animi et animæ.

426 *Principio, quoniam, &c.*] His 20. vss. continetur 1. argumentum, quo probat animam nativam esse et mortalem ; illudque deducit ex eo, quod anima corporea sit corporeisque constans ex atomis, quæ quidem tenuiores sunt ac mobiliiores, quam illæ, ex quibus constant aqua, fumus, et nebula ; cum anima per somnum percullatur simulacris et imaginibus harum rerum, hoc est, aquæ, fumi, et nubilæ, quarum imaginum appulsus facit, ut res illas, quarum sunt imagines, per somnum cogitemus. Hinc arguit animam facilius dissolvi ac interire posse, quam fumum, aquam, aut nebulam, quasi res ea, quæ percutitur, facilius resolvi debeat, quam

quæ percutit.

Verum falsum est hoc argumentum, quo animas corporeas esse contendit ; spiritus enim sunt. Deinde, quavis mens in corpore per somnum cogitet fumum, aquam, nebulam, aut alias ejusmodi res ; non ea tamen recipit harum rerum imagines, sed phantasia, quæ interior est animæ facultas ; iisque imaginibus in phantasia receptis utitur mens ad res eas cognoscendas, quarum ea sunt simulacra. Adde quod mens alias res cognoscit, quarum imagines neque in seipsa neque in phantasia recipiuntur. Igitur non ideo corporea est anima, quia mens corporeis utitur simulacris ad res cognoscendas. Perperam ergo addit Poëta animam e corpore egressam non posse retineri sanam ab ipso aëre, qui rarior est ipso corpore, quo solo cohiberi potuit. Spiritus enim est anima, qui aëre non eget, ut salvus servetur ac vivat. Quasi vero sicut aqua continetur vase, quo fracto

Corporibus docui, multoque minoribus esse  
 Principiis factam, quam liquidus humor aquai,  
 Aut nebula, aut fumus : nam longe mobilitate  
 Præstat, et a tenui caussa magis, icta, movetur ; 430  
 (Quippe ubi imaginibus fumi, nebulæque, moventur)  
 Quod genus, in somnis sopitei, ubi cernimus alta  
 Exhalare vapore altaria, ferreque fumum :  
 Nam procul hæc dubio nobis simulacra genuntur :  
 Nunc igitur, quoniam, quassatis undique vasis, 435  
 Diffluere humorem, et laticem discedere, cernis ;  
 Et nebula, ac fumus, quoniam discedit in auras ;  
 Crede animam quoque diffundi, multoque perire

*minimis, constatam esse ex primordiis longe minoribus quam fluidus latex aquæ, vel vapor, vel fumus constat ; namque anima vincit hæc omnia vi movendi et ipsa movetur facilius, etsi percussa sit a levi causa ; etenim movetur simulacris fumi et vaporis. Cujusmodi fit, cum dormientes videmus per somnia aras sublimes effundere nebulam, et proferre vaporem ; namque sine dubio imagines istæ fiunt in nobis dormientibus. Itaque cum jam videas aquam, et humorem fluidum effluere, et exire undique ex vasis perfractis ; et cum caligo ac fumus abit in flatus æris, puta similiter animam dissipari, et longe citius*

Mus. B 2.—428 *aquai est* Mus. B. 2. et vulg. edd.—430 *ista movetur* Gassend.—431 *moventur* : sic P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. Cant. *moventur* vulg.—434 *genuntur* Lamb. Hav. Bip. *feruntur* Cr. conj.—435 *quoniam* deest V. ed.—436 *Diffugere* P. in not.—437 *discedat* Voss. vet.—438

## NOTE

diffluit : ita anima corpore cohibeatur, 434 *Genuntur* [*geruntur*] *Fiunt*.  
 quo conquassato dissolvatur et in auras evanescat. Lamb. *genuntur*, h. e. *gignuntur*.

427 *Docui*] *Supra* vs. 162. et seqq. not.

430 *Tenui caussa*] Quippe quæ anima moveatur simulacris seu imaginibus aquæ, fumi, et nebulæ, dum has res cogitat mens per somnum. Ejusmodi enim rerum imagines tenuiores sunt, quam res ipsæ.

431 *Quippe ubi*] Quippe, quia, quoniam, cum. Sic passim alibi.

*Imaginibus*] *Simulacris*. Epicurus enim neque quicquam cerni, neque etiam cogitari, aut somnari posse voluit sine imaginibus. Cic. 1. de Fin.

432 *Quod genus*] *Cujus generis* : vs. 328.

438 *Crede animam quoque, &c.*] Sane ipse suo se jugulat gladio Lucretius. Si enim concusso ac fracto corpore dissolvatur anima, sicut aqua rupto vase effluit ; igitur quo magis obstructum erit corpus, eo detentius in eo retinebitur anima, sicut aqua magis continetur in vase obstructo, quam in perforato : cum tamen in morte non violenta corpus non frangatur ; in suspensis hominibus aliquomodo occludatur ; nihilominus evolat anima etiam facilius, quam dum corpus per membra secatur. Corpus quidem vas est, sed e terrenis fictum. Anima vero continetur in corpore, sed e cælo oritur. Utrumque autem per mortem revertitur eo, unde ortum est.

Ocyus, ac citius dissolvi in corpora prima,  
 Quom semel ex hominis membris, ablata, recessit. 440  
 Quippe et enim, corpus, quod vas quasi constitit ejus,  
 Quam cohibere nequit, conquassatum ex aliqua re,  
 Ac rarefactum, detracto sanguine venis,  
 Aëre qui credis posse hanc cohiberier ullo?  
 Corpore qui nostro rarus magis incohibessit? 445  
 Præterea, gigni pariter cum corpore, ut una  
 Crescere sentimus, pariterque senescere, mentem.

*interire; et semina prima longe velocius disjungi, ubi primum anima adempta e singulis artubus discessit. Namque ubi corpus, quod est sicut vasculum illius, non potest retinere illam, quia labefactatum est ab aliqua re, et factum est minus densum ob sanguinem ublatum e venis, quomodo putes illum posse coërceri ab ullo aëre, qui, cum rarior sit quam corpus nostrum, cohibeat illam? Deinde experimur animum similiter cum corpore generari, et similiter crescere, et similiter conse-*

*Crede ô Voss. vet. Credere Mus. B. 2.—439 ac: sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. et vulg. in Voss. vet. deest in reliquis.—440 ex omnibus membris Gif. Par. Voss. L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. omnibus ex vel e reliqui.—442 Cum vel Quom vulg.—443 Arare factum V. cd.—444 credis: sic Voss. vet. Sus. credas reliqui. ne pro hanc Mus. B. 2.—445 incohibescat Mus. B. 1. in cohibessit Gryph. Bas. Nard. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. an cohibessit Gif. hanc cohibessit Delph. am cohibessit Lamb. Hav. Bip. varius pro rarus Mus. B. 2.—446 et una Ald. Bip. Hav. Delph.—448 infirmi Th. Ra. tenere*

## NOTÆ

Corpus terræ mandatur: anima petit cælum. Valeat ergo Lucretii ratio tam infirma.

445 *Incohibessit* [*hanc cohibessit*] Alii, *incohibescit*. Alii, *am cohibescit*. Quasi vox 'am' antiquæ pro eam dicta fuerit. Porro 'cohibessit' dicitur pro cohibuerit. Sic apud Plant. servassim, suplicassim, prohibessis, &c. pro servaverim, suplicaverim, prohibueris, &c.

446 *Præterea, gigni, &c.*] His 14. vs. continetur II. argumentum adversus animæ immortalitatem. Nempe, quia vult Lucretius, ex Epicuri doctrina, sicut corpus in homine, ita animam generari, crescere, vigere, senescere, ac mori; quippe quia animus sequitur diversas hominis ætates. Puerescere enim videtur cum pueris; vigere cum viris, senescere cum seni-

bus. Verum, ut recte arguit Lactantius de Div. Præm. VII. 12. par non est utriusque ratio. Corpus enim, quia ex mortali fit elemento, corrumpitur: anima vero humana, quia e cœlesti subtilitate deducitur, nec corrumpitur, nec occidit, sed sempiternus est spiritus, qui ex Dei spiritu originem ducit. Deinde tritum illud axioma, QUICQUID NATUM EST, INTERIRE NECESSE EST, valeat tantum in rebus corporeis. Anima quidem cum corpore oritur, sed a Deo oritur perfecta, cui neque ætas addit neque detrahit quicquam. Vires animi crescunt quidem et senescunt: at hæc non sunt animæ ipsius vitia, sed ipsius corporis organorum defectus. Sic præclare etiam Aristot. de Anim. I. 4.

Nam, velut infirmo puerei, teneroque, vagantur  
 Corpore, sic animi sequitur sententia tenuis :  
 Inde, ubi robustis adolevit viribus ætas, 450  
 Consilium quoque majus, et auctior est animi vis :  
 Post, ubi jam validis quassatum est viribus ævi  
 Corpus, et obtusis ceciderunt viribus artus ;  
 Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque :  
 Omnia deficient, atque uno tempore desunt. 455  
 Ergo dissolvi quoque convenit omnem animam  
 Naturam, ceu fumus in altas aëris auras :  
 Quandoquidem gigni pariter, pariterque videmus  
 Crescere ; et, ut docui, simul, ævo fessa, fatisci.  
 Huc adcedit, utei videamus, corpus ut ipsum 460

*nescere. Namque sicut infantes huc illuc discurrunt in corpore debili et minime robusto ; ita infirma vis mentis comitatur infirmitatem corporis. Postea vero, cum ætas crevit ex firmitioribus viribus, iudicium mentis fit etiam majus, et sententia animi major est. Tum, postquam corpus collabefactum est fortioribus viribus ætatis diuturnæ, et postquam membra defecerunt præ robore præfracto, mens quoque racillat, et animus ac lingua insanunt : omnia debilitantur ac deficient in eodem tempore. Igitur necesse est totam naturam animæ evanescere, sicut fumus evanescit in sublimes flatus aëris : siquidem cernimus illum similiter generari, et similiter prorescere ; et, ut dixi, fracta ætate deficit. Adde quod, sicut cerni-*

V. ed. Ferr. Th. Ra.—449 *tenuis* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *tempus* P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald.—451 *auctior* Vind. V. ed. Mus. B. 1. *adest* Ferr. *vis* deest Ferr.—454 *delira* Ferr. V. ed. Th. Ra. *linguaque mens* Voss. L. B. *lingua, modet mens* Voss. vet. Voss. marg. *lingua animusque* Gif. marg.—455 *corpore desunt* Mus. B. 2.—456 *sic pro quoque* P. Ald. *sed quoque* P. in not. *jam* Ferr. V. marg. 1. O. Mus. B. 1. *deest* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3.—457 *ceu fumum* Gif. L. B. Bodl. Cout. *cum corpore* Cr. conj. *it in O. it* Cant. *acris* Voss. vet. et L. B. Cant. *it altas acris in auras* V. marg. 1.—459 *ut* deest V. ed. Vind. Mus. B. 2. Cant. Th. Ra. *fatisci* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Th. Ra. *fatiscit* Voss. vet. et L. B. *sed* Voss. vet. *fatiscit* in marg. *fatisci* Ferr. Ald. *fatiscit* vulg.—460 *et pro utei* V. marg. 1. *videmus* V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. *id ipsum* P. Ald. *et ipsum*

## NOTÆ

- 449 *Animi sententia*] Vis ingenii : *Fatisci* [*fatiscit*] Deficit.  
 consilium. 460 *Huc adcedit, utei, &c.*] His 4. vss. continetur III. arg. ex eo deductum, quod sicut corpus, ita mens seu animus suis labore morbis, nempe curis, luctu, metu, angoribus, &c. quæ omnia sunt æque causa mortis ac morbi corporis : ‘ Nam dolor ac morbus leti fabricator uterque est.’ Quo pariter argumento usus est Panætius
- 451 *Consilium*] Ingenium : mens : vis animi.  
 454 *Delirat lingua*] I. e. stulta et delira loquitur.  
 455 *Omnia*] Tum corpus, tum animus.  
 459 *Ut docui*] Supra jam vs. 446. et seqq.

Subscipere inmaneis morbos, durumque laborem ;  
 Sic inanimam curas acereis, luctumque, metumque :  
 Qua re participem leti quoque convenit esse.

Quin etiam, morbis in corporis avius errat  
 Sæpe animus ; dementit enim, delirique fatur : 465  
 Interdumque gravi lethargo fertur in altum

*mus ipsum corpus obnoxium esse magnis morbis, et acri dolori : ita cernimus mentem capere duras anxietates, et mœrorem, et timorem. Quamobrem necesse est participem esse etiam mortis. Immo etiam mens aliquando devia insanit in morbis corporis ; namque desipit, et loquitur res stultas, et nonnunquam incidit in profundum et sempiternum somnium, ex gravi lethargia, oculis et vultu ipso penitus debilitatis.*

Mus. B. 2.—461 laborem : sic P. V. ed. Th. Ra. O. Bas. Creech. dolorem Vind. Vind. fr. Mns. B. 1. 2. 3. Cant. Hav. Bip. Delph. pavorem alii.—462 aëris Ferr.—464 Quomodo V. ed. corporum Ferr. V. ed. errat Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—465 animam V. ed. dementia P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. Gif. marg. dementia O. dementat Lamb. in not. timentur V. marg. 1. delita Mus. B. 1. delata V. ed. fatum Mus. B. 1.—466 que deest Cant.—

## NOTÆ

apud Cicer. Tusc. 1. sed quod pariter Cicero ibid. refutat his verbis : ‘Sunt hæc ignorantis, cum de æternitate animorum dicantur, de mente dici, quæ omni turbido motu semper vacet, non de partibus iis, in quibus ægritudines, iræ, libidinesque versentur ; quas is, contra quem hæc dicantur, semotas a mente et disclusas pntat,’ &c.

[Ut] Bene ; id est, sicut, veluti. Alii id ; male, ut patet ex sequenti particula ‘sic’ vs. 462. cui hæc ‘ut’ respondet.

464 Quin etiam, morbis, &c.] His 11. vss. continetur iv. argumentum, deductum pariter ex eo, quod non modo suis laboreis morbis animus, sed et morbis corporis attingatur ac frangatur. Namque sæpe gravi febre laborantis lingua delirat et animus insanit : sæpe lethargia captus in æternum soporem mergitur, et moritur. Verum, ut recte arguit Lactantius de Div. Præm. vii. 12. ‘quia anima juncta est cum corpore, si virtute

careat corpus, contagio ejus ægret, imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem.’ Hinc nonnisi per metaphoram dicitur mens ægra, aut dolens. Solo enim corporis vitio mens aut desinit operari, aut male operatur. Sic Arist. de Anim. 1. 4. docuit odium, amorem, iram, metum, mœrorem, et alias ejusmodi animi passiones, quas dicimus, non intellectus, sed corporis ipsum habentis. Esse enim intellectum aliquid divinius, et passionis expertus.

465 Dementit] Delirat, insanit. Alii dementia, h. e. delira, stulta.

466 Lethargo] Dicitur lethargus, i, masc. et lethargia, æ. Morbus est, quem Celsus iii. 20. vocat torporem et inexpugnabilem pæne somni necessitatem cum alienatione mentis. Hinc a voce Græca λήθη ‘oblivio’ dici volunt. In eo quippe morbo contingit rerum omnium oblivio. Cerebrum quippe occupatur nimia pituitæ copia.

Æternumque soporem, oculis, nutuque cadenti :  
 Unde neque exaudit voces, nec noscere vultus  
 Illorum potis est, ad vitam quei revocantes  
 Circumstant, lacrumis rorantes ora, genasque. 470  
 Qua re animum quoque dissolvi fateare, necesse est ;  
 Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.  
 Nam, dolor ac morbus, leti fabricator uterque est :  
 Multorum exitio perdoctei quod sumus ante.  
 Denique, cor hominum quom vini vis penetravit 475

*Quo fit ut tum homo neque audiat clamores, neque possit agnoscere faciem eorum qui circum illum adsunt revocantes ad vitam, et irrigantes suos vultus et malas suas lacrymis. Quapropter oportet ut confitearis mentem etiam resolvi; siquidem pestilentiae morborum intrant in eam. Namque dolor et morbus sunt uterque causa mortis; quod quidem antea sumus experti damno plurimorum hominum. Tandem quare gravis debilitas artuum occupat hominem, ubi violentia vehemens vini peni-*

467 oculi V. ed. Th. Ra. nutum Voss. vet. vultu Gif. Par. Gryph. marg. Delph. Cout. P. V. marg. 1. Ald. motuque cadens sic Barth. ad Stat. Theb. rv. 831.—468 Unde nec Mus. B. 1. nec noscere P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Voss. vet. Mus. B. 1. 3. Cant. neque n. vulg.—471 fateare Voss. vet. et L. B. deest V. ed. Th. Ra.—474 que Vind. quam V. ed. Ferr. Th. Ra. Post h. vs. inseruntur *Præterea mentem sanari, corpus ut agrum, Et pariter flecti medicina posse videmus* Gif. Par. Cout. *Et quoniam menti sanari corpus inani* Bodl. *Et quoniam mentem sanari corpus ut agrum, Et pariter mente (mentem* Voss. vet. et L. B.) *sanari corpus inani* Voss. marg. Voss. vet. et L. B. *mentem* V. marg. 1. (ubi postea aliquid deest) Voss. vet. et L. B.—475 *cor hominum*: sic P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Sus. *cur, hominem* Hav. Bip. Delph. *cur hominis quidam, viri* Bas. P. Ald. sed *vini* P. in not. *vim*

## NOTÆ

469 *Ad vitam revocantes*] Clamore quippe et tactu revocari debent ad vitam, qui lethargo tenentur, ne sempiterno sopore obruantur. Alludit et ad veterum morem, qui moribundos aqua calida et clamoribus ad vitam revocare conabantur. Hinc apud Terent. in Eunucho, ‘conclamatum est;’ i. e. jam nil vitæ corpus habet; mortuus est.

475 *Denique cor hominum, &c.*] His 11. vs. continetur v. argumentum. Nimirum quia in ebrietate tota mens turbatur ac collabescit, æque ac totum corpus mortalis est anima. Verum id argumentum jam manet solum ex dictis, vs. 446. 464. not. Neque enim mens madet vino, sed cerebrum

ac phantasia, cujus species nebulosas ac confusas facit vini fumus, efficitque ut mens non ea, qua prius, claritate uti possit. Non igitur id mentis sed organorum corporis vitium est. Similiter imbecillitas ac gravitas membrorum, quæ sequitur ebrietatem, non ab animæ defectu, sed a corporis vitio, quod vi vini labefactatum jam ab anima nec teneri nec regi potest. Sic non ideo sol labem contrahit, quia per obstructas fenestras cœnaculum non intrat. Sic manus non imbecilla fit, quia tritas in pulverem glebas terræ longius projicere non valet; compactas vero longe projicit.

Aeris, et in venas discessit diditus ardor ;  
 Consequitur gravitas membrorum, præpediuntur  
 Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens,  
 Naut oculi ; clamor, singultus, jurgia, gliscunt ;  
 Et jam cætera de genere hoc, quæquomque sequuntur : 480  
 Quæ ea sunt, nisi quod vehemens violentia viri  
 Conturbare animam consuevit corpore in ipso ?  
 At, quæquomque queunt conturbari, inque pediri,  
 Significant, paullo si durior insinuarit  
 Causa, fore ut pereant, ævo privata futuro. 485  
 Quin etiam, subito, vi morbi sæpe coactus,  
 Ante oculos aliquis nostros, ut fulminis ictu,  
 Concidit, et spumas agit ; ingemit, et tremit artus ;

*tus subiit eum, et ubi calor vini divisus secessit in venas? cur tibie illi homini titubanti impediuntur? cur lingua torpescit? cur animus quasi vino mergitur? cur oculi quasi mero natant? cur clamor, singultus, rixæ subsequuntur; atque etiam cur reliqua ejusmodi, quæ subsequuntur, talia sunt, nisi quia aeris vis vini solita est turbare mentem in ipso corpore? Sed ea omnia, quæ possunt turbari et impediri, indicant, (si causa paulo vehementior subierit,) futurum esse ut intereat, et præventur ævo venturo. Immo etiam nonnunquam aliquis percussus subitanea violentia morbi cadit ante conspectum nostrum, quasi ictu fulminis, et emittit spumas,*



Ferr. Th. Ra. V. ed. *penetrant* V. ed.—476 *Aeris* Ferr. V. ed. Th. Ra. *dedi-*  
*tus* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Sus.—478 *Cura*  
*Ferr. Crura; v. l. Mus. B. 1. 2. tabescit* Mus. B. 2. *manet* Sus.—479 *Haut*  
*Ferr.*—480 *scquantur* V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald.—481 *Curbasunt* Voss. vet.  
 et L. B. *Curvasunt* Mus. B. 1. Hav. *viri* P. Ald. *viri* V. ed. Th. Ra. *vini*  
*reliqui.*—482 *Contrahere* V. ed. Th. Ra. *animum* O.—483 *vique pediri* Mus.  
 B. 2.—486 *Quando* V. ed. Th. Ra. Sus. Mus. B. 2. *subito* P. V. ed. Bodl.  
 Voss. vet. et L. B. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Sus. Lamb. *subita* vulg.—

## NOTÆ

476 *Diditus*] Divisus, dispersus, vs. 246.

483 *Inque pediri*] Tmesis ; impedi-  
 rique.

484 *Insinuarit*] Supp. se : i. e. in-  
 traverit, subierit.

486 *Quin etiam, subito, vi, &c.*] His  
 23. vss. continetur vi. argumentum.  
 Nimirum quia in morbo comitiali ac  
 epileptico, Gallice *mal caduc*, sicut  
 corpus vi morbi distractum torque-  
 tur, ac laborat, ita animus turbatus  
 desipit ac jactatur. Verum hoc ar-

gumentum, quia in superioris confir-  
 mationem accedit, manet pariter so-  
 lutum ex superioris solutione. Neque  
 enim vis illa morbi animam vexat, sed  
 distorquet corpus ipsum per totos  
 artus. Quanquam pati dicitur tunc  
 anima, quatenus solito non fungitur  
 officio. Sic quantumlibet quis fuerit  
 peritus citharædus, non poterit tam-  
 en non dissonantes edere sonos, si  
 perturbate citharæ chordæ intensæ  
 fuerint ac distensæ.

Desipit, extentat nervos, torquetur, anhelat  
 Inconstanter, et in jactando membra fatigat. 490  
 Nimirum, qua vis morbi, distracta per artus,  
 Turbat agens animam, spumantis in æquore salso  
 Ventorum validis fervere viribus undæ.  
 Exprimitur porro gemitus, quia membra dolore  
 Adficiuntur; et omnino quod semina vocis 495  
 Eliciuntur, et ore foras glomerata feruntur,  
 Qua quasi consuerunt, et sunt munita viai.  
 Desipientia fit, qua vis animi, atque animai,  
 Conturbatur, et, ut docui, divisa, seorsum

*gemit, contremiscit per membra, delirat, extendit nervos, contorquetur, ægre respirat, et perpetuo sese agitando lassat suos artus. Scilicet, quia violentia morbi dissita per membra conturbat et vexat mentem, sicut v. g. in mari salso aquæ spumas agunt, et exæstuant præ vehementibus viribus ventorum. Gemitus vero in homine tali emittitur, quia artus vexantur cruciati, et quia primordia vocis funditus emittuntur, et conglobata exeunt foras per os, qua parte fere solita sunt exire, et parata sunt ad exitum. Delirium autem accidit, quia facultas mentis et animæ turbatur, et, ut dixi, disjecta separatim dissipatur, quippe quæ*

489 *Dissipit* V. ed. Th. Ra. Sus. *Disipit* P. Ald. *Descipit* Mus. B. 2. *extendat* Mus. B. 3. *ostentat* Mus. B. 1.—490 *Incunctantur* Delph. *et invalido membra* Vind.—491 *quæ*: sic Voss. vet. et L. B. Cant. Sus. V. marg. 1. *quia reliqui*.—492 *animam*: sic P. V. ed. Vind. O. Vind. fr. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Bas. *animum* vulg. *spumatis* in V. ed. Bodl. *spumanti ut* in P. Ald. Gryph. marg. Sus. *spumans* in Vind. Mus. B. 1. 2. 3. *spumantes* O. Cant. *spumans velut* Voss. vet. et L. B. *spumant ut* Delph. *spumans ut* Ferr. Hav. Bip. *spumantes ut* in Gif. Par. *spumantes æquore* Gryph. Nard. Bas. Lamb. Cout. Gassend.—493 *ac validis* Delph. *ut* Lamb. Ferr. Ald. Bip. Gassend. Bas. *fervecit* Hav. Bip. *ferveiscunt* Gif. Par. Lamb. *frenescunt* V. ed. Th. Ra. unde Ferr. V. ed. Th. Ra. *unda* Hav. Bip.—494 *Et premitur* Cant.—496 *Ejiciuntur* Bip. Delph.—497 *Deest* Cout. *Delendum censent* Lamb. Creech. *minuta* Creech. ed. sec.—498 *quæ*: sic O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *quæ* V. ed. *cum* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *quia* Hav. Bip. Delph.—499 *domi pro do-*

## NOTE

492 *Spumantis in æquore* [*Spumant ut in æquora, &c.*] Recte: alii legunt: *Spumantes æquore salso Ventorum ut validis fervere viribus undæ*. Bene quidem.

495 *Semina vocis*] Atomi, quibus vox efficitur.

496 *Eliciuntur* [*Ejiciuntur*] Bene, sic vs. 58. Alii, *eliciuntur*; minus eleganter.

497 *Qua quasi, &c.*] H. vs. *delendum censet* Lambinus. Verum eleganter

indicat rationem, ac viam, qua vox emittitur, et qua solent illa vocis semina exire, et parata esse ad exeundum.

*Munita viai*] Parata ad viam, ad exeundum. Sic loquitur Cic. Tusc. 1. 'Nonquam abiisset ad Deos, nisi cum inter homines esset, eam sibi viam muniisset.' I. e. præparasset, patefecisset.

498 *Vis unimi*] Animus.

499 *Ut docui*] Vs. 491.



Disjectatur, eodem illo distracta veneno. 500

Inde, ubi jam morbi reflexit caussa, reditque

In latebras acer corrupti corporis humor;

Tum, quasi vacillans, primum consurgit, et omneis

Paullatim redit in sensus, animamque recepat.

Hæc igitur tantis ubi morbis corpore in ipso 505

Jactentur, miserisque modis, distracta, laborent;

Quir eadem credis, sine corpore, in aëre aperto,

Cum validis ventis ætatem degere posse?

Et, quoniam mentem sanari, corpus ut ægrum,

Cernimus, et flecti medicina posse videmus; 510

Id quoque præsigit mortalem vivere mentem.

Addere enim parteis, aut ordine trajicere, æquum est,

*divulsa sit eodem illo veneno. Deinde, cum primum causa morbi se placavit, et cum tetra bilis corporis infecti revertitur in suas latebras, tunc æger homo surgit veluti titubans, et revertitur sensim in omnes sensus, et recipit animam. Ergo cum hæc anima vexetur tantis morbis in eo corpore, et divulsa miserum in modum crucietur, quare putas eandem posse ducere vitam extra corpus, in ipso patenti aëre cum vehementibus ventis? Et quia videmus animum fieri sanum, veluti corpus egrotum, et cernimus illum posse restaurari remediis, hoc etiam præsignificat nobis animum degere obnoxium morti. Etenim quicumque aggreditur*

cui V. ed. Th. Ra.—500 *districta* Sus.—501 *deflexit* Sus. V. marg. 1. *se flexit* vulg. edd.—502 *latebra sacer* Voss. vet. ater P. V. ed. Mus. B. 2. Hav. Delph.—503 *quis pro quasi* V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. *Tumque vacillans id quasi vas quoddam esse videtur* P. in not. *talipedans* Lamb. et alii.—506 *Jactetur...laboret* Hav. Lamb. Bip. Delph.—507 *eandem* Lamb. Hav. Bip. Delph.—510 *fleti* Ferr. *medecinam* Vind. V. ed. O. Ferr. Th. Ra.—511 *mortale* Mus.

## NOTE

500 *Veneno*] Vi morbi subita, vs. 486. vel atro corporis corrupti humore, vs. 520.

503 *Vacillans* [*Talipedans*] Bene; quasi supra talos insistens, Fest. Alii *vacillans*, verum prima syllaba corripitur.

507 *Eadem* [*Eandem*] Supp. animam.

*In aëre aperto*] In supremis ætheris auris, ut loquitur v. 144.

509 *Et, quoniam mentem, &c.*] His 16. vs. continetur VII. argumentum. Nimirum, quia mens æque ac corpus ægrum curari potest ac medicina

flecti, ideo mortalem illam esse vult. Quicquid enim sanatur, id sanatur aut per novas partes accedentes, aut per partium suarum transpositionem aliquam. Verum quod mentis insania curetur helleboro, vel aliis id genus remediis, non ad mentem, sed ad cerebrum pertinet hæc sanitas; quo bene restaurato mens suas optime functiones obit.

510 *Flecti medicina*] Curari remediis, sanari, restaurari, mutari. Sic vs. 515. 521.

511 *Præsigit*] Præsignificat, prænotat.

Aut aliquid prorsum de summa detrahere hilum,  
 Conmutare animum quiquomque adoritur, et infit ;  
 Aut aliam quam vis naturam flectere quærit. 515  
 At neque transferri sibi parteis, nec tribui, volt,  
 Immortale quod est, quidquam ; neque defluere hilum.  
 Nam, quodquomque suis mutatum finibus exit,  
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.  
 Ergo animus, sive ægrescit, mortalia signa 520  
 Mittit, ut edocui ; seu flectitur a medicina :  
 Usque adeo falsæ rationis vera videtur  
 Res obcurrere, et ecfugium præcludere eunti ;  
 Ancipitique refutatu convincere falsum.

*et incipit mutare mentem, vel tentat etiam commutare quamlibet aliam rem, sane convenit ut ille vel adjiciat novas partes, vel transponat illas de sua positura, vel denum demat aliquid de massa illius rei. Verum id, quod non est mortale, non postulat sibi partes vel transponi vel quicquam addi, neque vel minimum quid sibi decidere. Namque illud omne, quod mutatur, et egreditur e limitibus suæ naturæ, subito fit interitus ipsius, quod fuit antea. Igitur mens, seu ægrotat, seu restauratur a remediis, dat indicia mortis, ut dixi. Adeo vera ratio videtur obviare falsæ rationi, et intercludere fugam effugienti, et evincere falsitatem refuta-*

B. 2. *vivere vitam* quidam.—512 *ordinem* Mus. B. 2. *traicere* Ferr. V. ed. Th. Ra. V. marg. 1.—513 *aliud* Hav. Bip. *trahere* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *illum* Hav. Bip. Delph.—514 *quecunque* V. ed. Th. Ra. *et insit* Mus. B. 1. *is ipsum* Bas. P. Ald. *et ipsum* Gryph. Nard.—516 *Atque terra ferri* V. ed. Th. Ra. *minui volt* P. in not. *metui* Sns.—517 *nec* Mus. B. 1. *diffuere* P. Nard. *hilum* Mus. B. 2.—518 *quod cum* V. ed. Th. Ra.—521 *uti docui* vulg. et super rasura Mus. B. 2. *ut ideo* Mus. B. 2. *si flectitur* Mus. B. 1. *ut medicinam* Vind.—522 *rationi* P. Ald. Bip. Hav. Delph.—523 *cuncti* Ferr.—524 *Ancipiti atque* Mus. B. 2. *refutatur* P. V. ed. Vind. Bodl. O. Voss. vet. et L. B.

## NOTE

512 *Ordine trajicere*] Quasi de loco in locum transferre.

514 *Adoritur, et infit*] Aggreditur et incipit. Sic v. 1027. Sic Virg. *Æn.* x. et xi. 'ita farier infit.' Festus, infit, incipit.

515 *Naturam*] Rem.

*Flectere*] Mutare, restaurare, sanare: vs. 510.

517 *Defluere*] Decedere, detrahi. Alii *diffuere*.

*Hilum*] Minimum quid; quasi ne nihilum quidem, vs. 221. et infra vs. 784. et alibi passim

518 *Nam, quodquomque, &c.*] Hi 2. vss. positi sunt i. 671. 792.

520 *Mortalia signa*] Mortalitatæ suæ indicia.

521 *Ut edocui*] Hactenus a vs. 418.

522 *Falsæ rationis*] Supp. illorum, qui credunt animas esse immortales.

523 *Ecfugium præcludere*] Effugienti viam intercludere. Sic i. 974.

524 *Ancipitique refutatu*] Refutatione duplici, h. e. quæ in utramque partem valeat, sive hoc sive illud dicas.

Denique, sæpe hominem paullatim cernimus ire, 525  
 Et membratim vitalem deperdere sensum.  
 In pedibus primum digitos livescere, et ungueis;  
 Inde pedes, et crura, mori: post inde per artus  
 Ire alios tractim gelidi vestigia leti.  
 Scinditur atque animo hæc quoniam natura, nec uno 530  
 Tempore sincera existit, mortalis habenda est.  
 Quod, si forte putas ipsam se posse per artus

*tionem valente in utramque partem. Demum cernimus nonnunquam hominem mori sensim, et amittere sensum vitæ sigillatim per singulos artus. Primo enim videmus unguem et digitos in pedibus nigrescere: deinde pedes et crura emori: postea vero restigium frigidæ mortis currere sequaci tractu per alia membra. Igitur, cum natura animæ secetur, nec sana manet uno tempore, putanda est obnoxia morti.*



Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. V. marg. 1.—525 terminus V. ed. O. cernis obire Gryph. Nard. Bas.—526 *disperdere* Voss. vet. *dispergere* vel *disperdere* Gif. marg.—530 *atque* Mus. B. 3. Hav. Bip. *animi* Gif. marg. Nard. Bas. *animæ* Mus. B. 1. Hav. Bip. Delph. *quoniam hæc* Mus. B. 3. *hæc* deest Mus. B. 1. Bodl. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Gif. marg. Hav. Bip. Delph. Gryph. marg.

## NOTE

525 *Denique, sæpe hominem, &c.*] His 22. vss. continetur VIII. argumentum; scilicet, quia homo membratim mori videtur; primum enim pedes, deinde crura frigescent, ac livescunt, postea reliquæ corporis partes sensum omnem vitæ amittere vulgo videntur. Igitur et ipsa anima particulatim etiam mori debet divulsa per singulos artus. Neque enim introrsum sese recipere ac contrahere credibile est. Alias in ea parte, in quam glomeraretur, major appareret vitæ sensus; quod tamen vulgo fieri non videmus. Verum responsio facilis ex ipsius Lucretii doctrina. Namque supra vs. 142. animi sedem posuit in pectore, animam vero, quia corpoream putat, dissitam voluit per totum corpus; neque tamen ab animo sejunctam. Igitur potest ab extremis corporis membris sensim se contrahere ad illud idem pectus, in quo sedet animus, quocum conjuncta

est. Sed alia est responsio. Namque cum anima incorporea sit, tota per totum corpus, et tota in singulis corporis partibus diffunditur. Unde cum pars corporis moritur aut rescinditur, non ideo anima perit aut resecatur: sed in residuis partibus integris manet incolumis; nec e corpore exit, nisi facta mortali corporis resolutione. Sic v. g. ipsa intentionalis species, quam vocant, tota est in toto loco, et tota in qualibet loci parte. Namque v. g. quo in loco aut qua in parte loci speculum aut oculum posueris, illic ubique reperietur tota imago. Sic D. Jesu Christi corpus totum est sub tota panis specie, et totum sub qualibet panis parte in sacro-sancto Eucharistiæ Sacramento.

*Ire*] Mori, II. 960.

526 *Deperdere*] Alii *dispergere*, minus eleganter.

Introrsum trahere, et parteis conducere in unum,  
 Atque ideo cunctis sensum deducere membris;  
 At locus ille tamen, quo copia tanta animai 535  
 Cogitur, in sensu debet majore videri:  
 Qui quoniam nusquam est, nimirum, ut diximus ante,  
 Dilaniata, foras dispargitur. Interit ergo.  
 Quin etiam, si jam lubeat concedere falsum,  
 Et dare, posse animam glomerari in corpore eorum, 540  
 Lumina quei linqunt moribundei particulatim;  
 Mortalem tamen esse animam fateare, necesse est:  
 Nec refert, utrum pereat dispersa per auras,  
 An, contracta suis e partibus, obbrutescat;  
 Quando hominem totum magis, ac magis, undique sensus  
 Deficit; et vitæ minus, et minus, undique restat. 546  
 Et, quoniam mens est hominis pars una, locoque

*Quod si fortasse credis ipsam posse ducere se intus per membra, et contrahere partes in unum, et ideo trahere sensum e singulis artubus, attamen ille locus, in quem tam magna vis animæ contrahitur, debet apparere in sensu majore. Qui cum nullibi videatur, scilicet ut docuimus supra, anima distracta dissipatur extra corpus. Igitur moritur. Immo etiam, si jam placeat dare id, quod tamen falsum est, et concedere animam posse conglomerari in corpore illorum hominum, qui morituri deserunt lucem solis paulatim, oportet tamen ut confitearis animam esse obnoxiam morti, neque interest, utrum disjecta inter flatus aëris intereat, an vero, conglomeratis in unum partibus ejus, fiat sine sensu rationis. Siquidem sensus magis ac magis relinquit totum hominem ex omni parte, et minus ac minus vita superest ex omni parte. Et quia animus pars est una hominis, et affixa hæret certo spatio*

Sus. V. marg. 1.—533 *Introrsum* Voss. L. B.—534 *adeo* P. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Gryph. marg. Cout. *diducere* Voss. vet. et L. B. V. marg. 1. Ferr.—538 *dispargitur*: sic Voss. L. B. Mus. B. 1. 2. *dispargitur* vulg. *niterit* V. ed. Th. Ra.—539 *Quando* V. ed. Th. Ra.—542 *tamen* deest Mus. B. 2. *est* deest Voss. vet.—543 *disperse* Voss. L. B.—544 *contractis in se* vulg. edd. *se p.* Vind. fr. *obbrutescat* Bodl. *obpurtesca* Vind. fr. *obputrescat* P. in not.—546 *Deficit* V. ed. Th. Ra.—548 *Fixa* deest Mus. B. 2. *Fissa*

## NOTE

535 *Copia animai*] Vis animæ: cætus atomorum ipsius animæ, anima.

537 *Ut diximus ante*] Vs. 491.

541 *Lumina quei linqunt*] Qui lucem solis deserunt: i. e. qui moriuntur.

544 *Suis e* [*In se*] In seipsas, in unum.

*Partibus*] Supp. ipsius animæ.

*Obbrutescat*] Fiat sine sensu rationis; desinat esse anima humana: pereat.

547 *Et, quoniam mens est, &c.*] His 10. vss. continetur ix. argumentum, nimirum, quia mens est æque pars hominis ac pedes, manus, brachia, caput, &c. ideo, sicut pedes, manus,

Fixa manet certo ; velut aures atque oculus sunt,  
 Atque aliei sensus, quæ vitam quomque gubernant :  
 Et, velutei manus, atque oculus, naresve, seorsum, 550  
 Secreta ab nobis, nequeunt sentire, neque esse ;  
 Secta etenim in parvo liquuntur tempore tibi :  
 Sic animus per se non quit sine corpore, et ipso  
 Esse homine, illius quasi quod vas esse videtur,  
 Sive aliud quid vis potius connexius ei 555  
 Fingere ; quandoquidem connexu corpûs adhæret.

hominis, sicut v. g. sunt aures, et oculi, et alii sensus omnes, qui regunt vitam ; et sicut manus, et oculus, aut nares separatim sejuncta a nobis, non possunt habere sensum, neque existere, sed tamen derelinquuntur in minimo talicunq̄ue temporis momento : ita animus non potest existere per seipsum absque corpore, et absque ipso homine, quia videtur esse veluti vas illius ; seu queas excogitare aliquid aliud, quod sit ei magis connexum quam corpus, siquidem conjunctus tenetur cum cor-

Mus. B. 3.—551 ab : sic P. V. ed. Mus. B. 2. a vulg. nequeant Mus. B. 2. 3. Hav. Bip. nec O. Mus. B. 1.—552 Sed tamen in p. liquuntur t. tuli vulg. linguuntur Ferr. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. vincuntur Voss. marg. H. vs. spurium esse aiunt Gassend. Lamb. Creech.—554 hominem Vind. Mus. B. 2. 3. nos esse V. ed. Th. Ra.—555 aliquid O. Mus. B. 2. Cant. quod vis Mus. B. 2. potis es Vind. Mus. B. 3. Vind. fr. Lamb. connectinus V. ed. connectimus Bodl. conjunctius vulg. ei P. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. eii vulg.—556 connexus corpori

## NOTE

brachia, caput, &c. privantur omni sensu vitæ, dum a toto corpore reseantur, ita anima debet privari omni vitali sensu, dum a corpore divellitur. Quod autem pars hominis sit anima, id demonstratum a se putat Lucretius supra vs. 94. et seqq. verum, ut tacam mentem non esse partem hominis, ut pedes, manus, brachia. &c. respondeo partem esse tantum essentialem, quam vocant, et quæ sibi sit vitale principium : reliquæ vero hominis partes hoc habent ab anima, quod motus vitales, ac sensus habeant. Hinc nil mirum si partes reliquæ ab homine separatæ nihil sentiant, quia separantur a suo vitalis sensus principio.

Locoque . . . certo] Nimirum in peccatore, ut docuit vs. 137. not.

549 *Quæ vitam quomque*] Tmesis vocabuli quicunq̄ue.

552 *Secta etenim* [*Sed tamen*] in parvo, &c.] Hunc versum expungendum censeo Lambinus. Quanquam ejus est sensus, quasi dicat poëta : pedes, oculi, manus, &c. seorsum a corpore nihil sentiunt, etiamsi vel minimo momento separata sint a corpore.

554 *Vas esse videtur*] Sic vs. 441. Sic Cicero Tusculanarum 1. 'Nosce animum tuum ; nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquid animi receptaculum.' Sic Xenocrati in Antiocho dicitur corpus, ψυχῆς σκήνωμα, 'animæ tabernaculum.' In Cratyllo, ψυχῆς σῆμα 'animæ sepulcrum.'

556 *Connexu* [*Connexus*] Supp. animus : vs. 553.

Denique, corporis, atque animi, vivata potestas,  
 Inter se conjuncta, valent, vitæque fruuntur:  
 Nec sine corpore enim vitaleis edere motus  
 Sola potest animi per se natura; nec autem, 560  
 Cassum anima, corpus durare, et sensibus uti.  
 Scilicet, avolsus radicibus ut nequit ullam  
 Displicere ipse oculus rem seorsum corpore toto;  
 Sic anima, atque animus, per se nihil posse videtur:  
 Nimirum, quia per venas et viscera mixtim, 565  
 Per nervos atque ossa, tenentur corpore ab omni:  
 Nec magnis intervallis primordia possunt

*pore. Tandem vivida vis animi atque corporis simul juncta vigent, et potiuntur vita. Neque enim sola natura animi potest reddere per se solam sine corpore ritales sensus; neque contra corpus privatum anima potest diu existere, et frui sensibus. Nimirum sicut ipse oculus non potest videre rem ullam, si erutus semel sit a suis radicibus et separatus a corpore toto; ita animus et anima per se non videntur posse facere aliquid: scilicet, quia principia promiscue cohærentur a toto corpore per venas, per nervos, et per ipsa ossa, neque quasi soluta queunt dissilire per*

Lamb. Bip. Delph.—557 *animo* P. in not. *animai* V. marg. 1. *innata* Mus. B. 2. Ferr. P. in not. V. marg. 1. *vasta potestas* Sus.—558 *vivata* Mns. B. 1. *feruntur* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—562 *avolsis* Gif. Par. Gryph. Bas. P. Mus. B. 2. Ald. *radicitus* Lamb. et alii. *illam* V. ed. Th. Ra.—563 *oculus ipse* Vind. V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *oculis* Mus. B. 1.—564 *videntur* O. Mus. B. 1. 3. Cant. Hav. Bip. Delph.—565 *mixtum* Mus. B. 1.

## NOTÆ

557 *Denique, corporis, &c.*] His 22. vss. continetur x. argumentum. Scilicet, quia corpus et anima ita inter se conjuncta tenentur, ut alterum sine altero motus vitales exercere nequeat, ut demonstratum est supra vs. 324. et seqq. not. Sicut enim corpus ab anima separatum nullos vitæ sensus ciet, ita nec anima a corpore secreta sensiferos ullos motus reddere potest. Alias aër, in quem se reciperet, corpus esset animatum ab ea; quo quid absurdius? verum iniqua est hæc comparatio; anima enim corpori est vitæ principium: non contra. Unde nil mirum si corpus sine anima nihil sentiat: animam vero sentire posse extra corpus quis dubitat, cum sit

omnis sensus principium? neque propterea necesse erit ut aër, in quem evolat, in aliquod animal evadat, cum in eo non reperiantur apta organa, aptæque dispositiones ad vitales sensus. Sed secreta a corpore anima conservat semper innatam propensionem ad corpus rursus post resurrectionem animandum.

*Vivata*] Vivida. Sic vs. 410.

561 *Cassum*] Vacuus, privatum. Sic Virg. 'Lumine cassus.'

562 *Avolsus*] Alii *avulsis*.

566 *Tenentur corpore ab omni*] Sic vs. 324.

567 *Primordia*] Atomî, quibus animus et anima constat.

Libera dissultare ; ideo conclusa moventur  
 Sensiferos motus ; quos, extra corpus, in auras  
 Aëris, haud possunt post mortem, ejecta, movere : 570  
 Propterea, quia non simili ratione tenentur.  
 Corpus enim atque animam serit aër, si cohibere  
 Sese anima, atque in eos poterit concludere motus,  
 Quos ante in nervis, et in ipso corpore, agebat.  
 Qua re, etiam atque etiam, resoluta corporis omni 575  
 Tegmine, et ejectis extra vitalibus auris,  
 Dissolvi sensus animi fateare, necesse est,  
 Atque animam ; quoniam conjuncta est caussa duobus.  
 Denique, quom corpus nequeat perferre animai

*magna intervalla ; idcirco cohibita cient motus vitales, quos extra corpus emissa post mortem in tenues flatus aëris nequeunt cedere ; quippe quia non cohibentur pari modo. Namque aër erit corpus et vivens, si anima poterit continere sese et cohibere sese in illo ad eos motus ciendos, quos ciebat antea in nervis atque in ipso corpore. Quapropter maxime oportet ut confitearis sensus animi, et ipsam animam, quia connexa causa est ambobus, dissipari, ubi senel omne tegumentum corporis est dissipatum et flatus aërii vitales emissi sunt foras. Tandem quoniam corpus non*

2. *mixti* Voss. vet. et L. B. Sus.—568 *dissolvere* V. ed. Th. Ra. *moverunt* Gryph. Nard. Bas. P. Ald.—570 *aut* V. ed. Th. Ra. *at* Voss. L. B. *ut* Mus. B. 2. Voss. vet. *haut* Voss. marg. *moveri* vulg. edd.—571 *moventur* Mus. B. 2.—572 *animans erit* Lamb. Hav. et al. *animam serit* V. ed. Ferr. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. *animis erit* Gryph. *animam serit* Mus. B. 2. *animum serat* P. Gryph. marg. *animus erit* Par. sic V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. P. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—573 *Esse* Voss. vet. *in eo* Fab. Creech. Bip. *potitur* Mus. B. 1.—574 *venis* P. Gryph. Par. Gryph. marg. Cont. Ald. *venis* V. ed. *neris* Th. Ra.—575 *Quin* V. marg. 1. Ferr. *corpore ab* Mus. B. 1.—576 *jectis* Ferr.—578 *animæ* Gif. marg.—580 *Dissidium* V. marg. 1. P. Ald.

## NOTÆ

568 *Moventur Sensiferos motus*] Hel-  
 lenismus, seu Attica phrasis. Sic ap.  
 Thucyd. κειμένη θέσω, 'sita situm.'  
 Apud Arist. ἦν κίνησιω τὸ σῶμα κινεῖται,  
 ταύτην καὶ ψυχῆ. I. e. 'quem motum  
 corpus movetur, eum et anima.' Ita-  
 que moveri motus, pati motus, motus  
 excipere est. Sic inf. vs. 570. 'quos...  
 moveri.'

575 *Corporis Tegmine*] Periphrasis ;  
 i. e. corpore, quo tegitur anima. *Vitalibus auris*] Aëre, qui pars est vitæ  
 in homine, ut demonstravit supra vs.  
 232. et seqq.

Delph. et Var. Clas.

577 *Sensus animi*] Animum. Peri-  
 phrasis.

578 *Atque animam*] Alii *atque ani-  
 mæ* ; supp. sensus vs. 577.

*Duobus*] Animo et animæ ; quippe  
 quæ inter se conjuncta sint, ut docuit  
 vs. 137. et seqq.

579 *Denique, quom, &c.*] His 12. vss.  
 continetur xi. argumentum. Nimirum  
 quia putat animam esse divisibilem,  
 atque paulatim exhalari sicut fumum  
 per corporis apertas vias meatusque  
 omnes. Quo fit, ut exhalata tandem  
 anima corpus corrumpatur totum, ac

Lucret.

2 B

Discidium, quin in tetro tabescat odore ; 580  
 Quid dubitas, quin, ex imo penitusque coorta,  
 Emanarit, utei fumus, diffusa animæ vis ?  
 Atque ideo tanta mutatum putre ruina  
 Conciderit corpus penitus, quia mota loco sunt  
 Fundamenta ; foras anima emanante per artus, 585  
 Perque viarum omneis flexus, in corpore quei sunt,  
 Atque foramina ? multimodis ut noscere possis  
 Dispartitam animæ naturam exisse per artus ;  
 Et prius esse sibi distractam corpore in ipso,  
 Quam, prolapsa foras, enaret in aëris auras ? 590  
 Quin etiam, fineis dum vitæ vortitur intra,

*potest ferre separationem animæ, quin ipsum corrumpatur putri fœtore ; cur ambigis quin potestas animæ egressa ex intimo corpore funditus effluerit dispersa sicut fumus ? et idcirco corpus commutatum tanto ac tam tetro exitio funditus corruerit, eo quod fundamini animæ concussa sunt extra sedem suam et effluunt per membra, et per cunctos obliquos ductus viarum, qui sunt in corpore, et per meatus ? ut inde queas agnoscere naturam animæ variis modis diffusam emanavisse per membra corporis, et ipsam fuisse sibi separatam in ipso corpore, antequam egressa extra corpus enaret in tenues flatus aëris. Immo etiam*

quando V. ed. Th. Ra. *id tetro* vulg. edd.—581 *quando* V. ed. Th. Ra. *ex imo* P. Bodl. Mus. B. 3. *ca uno* Mus. B. 2. *ex uno* O. *eamimo* Vind. fr. *ea imo* reliqui. *penitus sibi*que V. ed. Th. Ra.—582 *Et manarit* V. ed. Th. Ra. *furati* Mus. B. 1. *diffusa* O. Mus. B. 1. *anima ejus* Vind. Voss. vet. Mus. B. 3. *animæ ejus* Mus. B. 2.—583 *putte* V. ed. P. Ald. Th. Ra. Gryph. marg. Gif. marg.—584 *sint* V. marg. 1. Ferr.—585 Sic ex ingenio Wakef. *animæ ; manantque* Hav. et alii. *manant animæque* Ferr. V. ed. Th. Ra.—588 *Dispartitam* O. Mus. B. Cant. *Dispartitam* vulg. *Dispercitam* V. ed.—589 *Ec* V. ed. Th. Ra. *isse* Gif.—590 *enatat* V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. *enatet* Ferr.—591 *Quando* V. ed. Th. Ra.—592 *est causa* Cant.—

## NOTÆ

putri odore tabescat. Verum ridenda hæc ratio. Quasi vero anima exhaleatur per corporis foramina, sicut thus per thuribuli meatus exit in aërias auras. Sane tota est ipsa incorporea, unde per totum corpus æque ac per singula illius foramina tota incolumis evolat. Quod autem corpus, recedente anima fœteat, non ejusdem animæ divisibilitas aliqua, sed defectus vitalis agitationis quam habet ab anima sola, in causa est.

580 *In [id]* Corpus, vs. 579.

581 *Ex imo penitusque* I. e. ex intimis et abditis visceribus ac partibus

corporis.

582 *Animæ vis*] Anima. Periphrasis.

585 *Fundamenta .... anima* [animæ] Anima enim fundamentum est corporis, a quo radicitus pariter tenetur, ut docuit vs. 326.

589 *Esse*] Bene, ut satis patet. Gifanius, *isse*, quasi interiisse, ut infra vs. 593. 'ire' pro mori dicitur, et supra vs. 525.

590 *Enaret*] Enataret, nando evolare. Metaphora ducta ab aqua ad aëra.

591 *Quin etiam, fines dum, &c.*] His



Sæpe aliqua tamen e caussa labefacta videtur  
 Ire anima, ac toto membratim corpore solvi;  
 Et quasi supremo languescere tempore vultus,  
 Molliaque exsanguî cadere omnia corpore membra. 595  
 Quod genus est, animo male factum quom perhibetur,  
 Aut animam liquisse; ubi jam trepidatur, et omnes  
 Extremum cupiunt vitæ reprehendere vinculum.  
 Conquassatur enim tum mens, animæque potestas  
 Omnis; et hæc ipso cum corpore conlabefiunt: 600  
 Ut gravior paulo possit dissolvere caussa.

*dum anima versatur in terminis vitæ, nonnunquam tamen videtur exire percussa ab aliqua causa: at ipsi artus videntur dissolvi a toto corpore, et vultus videtur torpescere perinde ac in extremo tempore vitæ, et omnes artus debiles deficere corpore exsanguî: quale accidit, ubi aliquid mali dicitur esse mentis, vel animum debilitatum esse, cum jam tali homini metuitur, et omnes astantes exoptant ultimum nexum vitæ resumere vires suas. Tunc enim animus, et tota vis animæ conentitur, et hæc ambo collabefactantur una cum ipso corpore, ita ut causa paulo vehementior*

~~~~~

593 et Vind. Bodl. Mus. B. 1. 2. *corpore omnia membra* V. ed. Voss. vet. et L. B. H. vs. deest Gryph. Nard. Bas.—594 H. vs. et seq. desunt Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *corpore vultus* Cant.—595 *Molli* Vind. fr. *corpore* deest Vind. fr.—596 *genus aut* P. Ald. Gif. marg. Gryph. marg. Bas. marg. *perhibere* Sns. *perhiberet* Vind. V. ed. O. Mus. B. 2. P. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *prohibetur* Bodl. *cum perhibetur* P. in not.—598 *vitæ* V. ed. Voss. vet. et L. B. *vires reliqui. reprehendere* P. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *reprehendere* vulg.—600 *hoc* V. ed. Th. Ra. *conlabescunt*

NOTÆ

II. vss. continetur XII. argumentum. Humanam animam mortalem esse rursus probare conatur ex animi atque animæ defectu, qui contingit in lipochymia seu lipoptyclia, et in syncope, quæ præceps est omnium virium lapsus; quod morbi genus vulgo dicitur symptoma, vel animi deliquium. Verum hoc animi deliquium non animæ mortalitatem arguit, sed minus corporis organorum defectionem, quibus obstructis vitales animalesque spiritus, quibus ut ministris utitur anima ad vitam, transmitti nequeunt.

593 *Ire*] Abire, inire, mori: vs. 525.

594 *Et quasi supremo, &c.*] Hunc versus delendum censet Lambinus, sequentemque ‘Molliaque exsanguî,’

&c. non habet. Verum uterque non alienus est a re. Namque animi deliquii signa sunt livor in vultu, frigus in toto corpore, ac pallor.

Vultus] Antiquæ; nunc vultus.

596 *Quod genus*] Quale est, cujusmodi est: vs. 432.

Male factum] Malum. Sic Plaut. Mil. Glor. ‘Animo male factum est huic repente miseræ.’

597 *Animam liquisse*] Animam defecisse. Hinc ‘deliquium animi.’

Trepidatur] Supp. ab astantibus, a familia.

Omnes] Supp. astantes; vel tota familia, et amici.

600 *Hæc*] Mens et anima.

Conlabefiunt] Collabefiunt: collabefactantur, deficiunt.

Quid dubitas tandem, quin, extra prodita corpus,
 Inbecilla, foras, in aperto, tegmine dempto,
 Non modo non omnem possit durare per ævom,
 Sed minimum quod vis nequeat consistere tempus? 605
 Nec sibi enim quisquam moriens sentire videtur
 Ire foras animam incolonem de corpore toto;

queat destruere ea. Quid ambigis demum, quin anima, ubi semel prolapsa est foras extra corpus, debilis admodum non possit existere salva in medio aëre, sublato ejus tegmento, non solum per totam aternitatem, sed ne vel per minimum quodlibet momentum temporis coexistere? nemo enim moriens videtur experiri ani-

P. V. ed. Bodl. Th. Ra. Ald. *conlabascunt* Gif. Par. Cout.—602 *quando* V. ed. Th. Ra. *perdita* V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl.—604 *omne* Ferr. P. Ald. *omne incolomis durare* Lamb. Delph. *omne ut possit* Gryph. Sus. Mar. P. in not. V.

NOTÆ

602 *Quid dubitas tandem, &c.*] His 13. vs. continetur XIII. argumentum: quia anima separata a corpore ne vel minimum temporis momentum durare potest, ac vivere. Alias enim moriens sentiret animam suam salvam et incolonem exire per fauces, ac prius ad primas gutturis partes, deinde ad extremas fauces pervenire. Quod contra fit. Namque moriens sentit animam in certis partibus, in quibus sita est, deficere, æque ac reliquos sensus. Unde moriens conqueritur animam suam, sequè ipsum totum dissolvi ac interire. Secus autem conqueri deberet animam suam sibi exire extra corpus. Quod potius ipsi argumentum lætitiæ esse deberet; quippe qui sicut serpens pellem, aut senex cervus cornua deponit juvenilis ætatis recuperandæ causa; ita moriens homo corpus deponeret, quasi vestem veterem ac victam. Verum id neque Lucretius, neque alius quisquam, expertus est usquam rem ita se habere. Quis moriens dixit astantibus se agnoscere quid animæ suæ fiat, quo vadat, qua ratione exeat e corpore, quo loco primum esse desinat, &c. Quod enim ait exire animam per fauces, tantum id gratis dixit ex vulgi opi-

nione. Namque, cum spiritualis sit tota, exire potest per totum corpus. Deinde quod ait moribundos fore, ut non conquererentur se mori, sed exire, futile est argumentum, cui præclare satisfacit Laetantius de Divin. Præm. VII. 12. his verbis: 'Equidem nunquam vidi, qui se quereretur in morte dissolvi: sed Lucretius fortasse Epicureum quendam viderat, etiam dum moritur, prophetantem, ac de sua dissolutione in extremo spiritu disserentem. Quomodo sciri potest, utrum dissolvi se sentiat, an corpore liberari, cum in exitu lingua mutescat? nam dum sentit et loquitur, non dissolutus est. Ubi dissolutus est, nec sentire jam nec loqui potest. Ita queri de dissolutione aut nondum potest, aut jam non potest. Etenim non prius, quam dissolvatur, intelligit se dissolutum iri. Quid quod videmus plerosque morientium non dissolvi conquerentes, sed exire se, et proficisci, et ambulare, ut ait, testantes, idque aut gestu significant, aut si adhuc possunt et voce pronuntiant?'

603 *In aperto*] In libero aëre.

Tegmine dempto] Detracto corpore: vs. 576.

Nec prius ad jugulum, et superas subcedere fauces;
 Verum deficere in certa regione locatam,
 Ut sensus alios in parti quemque sua scit 610
 Dissolvi: quod, si immortalis nostra foret mens,
 Non tam se moriens dissolvi conquereretur;
 Sed magis ire foras, vestemque relinquere, ut anguis,
 [Gauderet, prælonga senex aut cornua cervus.]
 Denique, quur animi numquam mens, consiliumque, 615

nam sibi salvam exire de toto corpore; nec antea pervenire ad guttur, et inde ad supremas fauces: sed positum in certa corporis parte debilitari, veluti novit alios sensus resolvi in sua quemque regione. Quod si animus noster esset immortalis, non igitur moribundus quereretur se resolvi, sed potius exire extra corpus; et lataretur deponere vestimentum, ut serpens, vel ut cervus longævus deponit longiora sua cornua. Præterea quare ratio animi, et consilium nunquam generatur

•
 //
 marg. 1. *ærum omne* Gassend.—608 *accedere* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Gif. marg. V. marg. 1.—609 *incerta* Ferr. O. Mus. B. 1. V. marg. 1. *locatum* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Vind. Mus. B. 2. 3. *locorum* V. marg. 1. O.—610 *imparti* V. ed. Th. Ra. *impartim* Mus. B. 2. *suâ sit* V. ed. *suasit* Th. Ra. Mus. B. 2. et superscr. in Voss. vet.—611 *quin* Mus. B. 1. *si deest* Vind. Mus. B. 1. 2. 3. *mortalis* V. ed. Th. Ra.—612 *tam* P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. et Lactantius, VII. 12. *tamen* Voss. vet. *jam vulg. conquererentur* Mus. B. 3. *conqueretur* V. ed. Th. Ra.—614 *Deest* Ferr. V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. Voss. vet. et L. B.—615 *Deest* Voss. vet. *animæ* Cant.—616 *incapitur* V. ed. *icapitur*

NOTÆ

608 *Jugulum*] Pars est anterior gutturis.

Superas] Supremas, extremas.

610 *In parti quemque sua, &c.*] Scilicet visum in oculo: auditum in auribus: gustum in palato, &c.

613 *Ut anguis, &c.*] Tertull. de pall. Theophylact. in cap. 10. Matth. Arist. Hist. Nat. VIII. 17. et Plin. VIII. 27. tradunt serpentes, ut senium præsentiant, vetere pelle exuta, novos se explicare. Sic Virg. Æn. II. 473. 'Nunc positus novus exuviis, nitidusque juvena, Lubrica convolvit sublato pectore terga,' &c.

614 *Aut cornua cervus*] Plin. VIII. 32. scribit cervos prælonga deponere interdum cornua, ut nova induant.

615 *Denique, quur animi mens, &c.*] His 9. vss. continetur XIV. argumentum. Nimirum quia res singulæ natu-

rales statim et certam sedem quæque habent ubi nascantur, et durent. Sic v. g. ignis nec gignitur, nec durat in aqua: sic frigus nec nascitur, nec durat in igne. Igitur et animus atque anima certam suam sedem habent in qua nascantur et durent. Alias enim ubique gignerentur et existerent. Itaque ubi semel ex certa sua sede remota est anima, jam desinit esse, nec extat. Sedes autem animi pectus est, animæ vero totum corpus, ut docuit supra vs. 140. Igitur ubi animus extra pectus, anima vero extra totum corpus exierunt, jam esse ac vivere desinunt. Verum anima non educitur de corporis substantia, sed creatur a Deo. Deinde falsum est argumentum; namque aves, v. g. nascuntur in nido, et extra nidum vivunt. Nux in arbore, granum frumenti in spica

Gignitur in capite, aut pedibus, manibusve; sed unis
 Sedibus, ac certis regionibus, omnibus hæret;
 Si non certa loca ad nascendum reddita quoique
 Sunt, et ubei quidquid possit durare creatum;
 Atque ita, multimodis, pro totis artubus, esse; 620
 Membrorum ut nusquam existat præposterus ordo?
 Usque adeo sequitur res rem, neque flamma creari
 Fluminibus solita est, neque in igni gignier algor.
 Præterea, si immortalis natura animai est,

in capite, vel in pedibus, vel in manibus: sed tota manet in unis locis, et in certis partibus corporis; nisi quia certæ sedes datæ sunt cuique rei ad exoriendum, et in quibus id omne, quod generatum est, queat subsistere; et ita fieri ut nunquam ordo artuum sit perversus variis modis secundum varia omnia membra? Adco verum est, quod res sequitur rem, neque ignis consuevit procreari in fluminibus, neque frigus progigni in igne. Deinde si natura animæ est immortalis, et si valet ha-

Th. Ra. *imis* P. Gryph. marg. Bas. marg. V. ed. Th. Ra. Ald.—617 et vulg. *omnis* Gif. marg. Par. Hav. Bip. Delph. *inhæret* Hav. Bip. Delph. *omne ibus hæret* Voss. marg.—618 *luca* V. ed.—619 *quicquam* Gryph. Nard. Bas. P. V. marg. 1. 2. Ferr. Ald. *quicquam* V. ed. Th. Ra. Bodl.—620 H. vs. et seq. de-
 lent Gassend. Lamb. *nullimode* Bas. marg. *de totis* Gryph. marg. P. Ald. *per* V. ed. Bodl. O. Voss. L. B. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1. *par* V. marg. 2. Mus. B. 2. *dispertitum artubus* Voss. marg.—622 *creari in* vulg. edd.—623 *est deest* Voss. vet. et L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *gignitur* Sus. Mus. B. 1. *ginier* Mus. B. 2.—624 *mortalis* Mus. B. 1.

NOTE

nascitur: servantur tamen in horreis. Quidni ergo anima, etiamsi crearetur in certa corporis parte, posset extra illud vivere? Demum, ut præclare arguit Lactantius de Divin. Præm. VII. 12. pugnancia loquitur poëta; namque II. 998. hæc docuit: 'Cedit item retro, de terra quod fuit ante, in terras; et, quod missum est ex ætheris oris, id rursum cæli relatum templa receptant.' Quod ejus non erat dicere, qui perire animas cum corporibus disserit jam. Verum veritate victus est, et imprudenti ratio vera surrepsit, ut Lactantii verbis utar.

Animi mens] Ratio. Sic IV. 759. 'Mens animi vigilat.' I. e. animus, mens.

617 *Omnibus hæret* [*omnis inhæret*] Bene: alii, *omnibus hæret*. Vox au-

tem 'omnis,' refertur ad illas 'animi mens,' non ad vocem 'consilium.'

620 *Atque ita, &c.*] Hos 2. vss. delendos censet Lambinus: sed sine ratione; namque recte conferunt ad rem, ut patet ex ipsorum interpretatione nostra.

624 *Præterea, si immortalis, &c.*] His 10. vss. continetur xv. argumentum. Si anima, inquit, foret immortalis, igitur sentiendi facultatem sibi reservat ad Inferos sese recipiens. Quod antiquis scriptoribus coæviseque pictoribus placuit. Verum sicut organa sensus, seu sensoria nequeunt esse absque anima, ita anima sine illis. Sed facilis responsio. Neque enim sensus ii, qui animæ tribuuntur post mortem, v. g. visus, auditus, gustus, &c. proprie dicti sunt sensus;

Et sentire potest, secreta a corpore nostro; 625
 Quinque, ut opinor, eam faciundum est sensibus auctam:
 Nec ratione alia nosmet proponere nobis
 Possumus infernas animas Acherunte vagare.
 Pictores itaque, et scriptorum secla priora,
 Sic animas introduxerunt sensibus auctas. 630
 At neque seorsum oculci, neque nares, nec manus ipsa
 Esse potest anima, neque seorsum lingua; neque aures
 Auditum per se possunt sentire, neque esse.

bere sensum ubi separata est a nostro corpore, oportet, ut puto, facere illam præditam quinque sensibus; neque enim alio modo nos possumus fingere nobismet animas infernales errare in Acherunte. Igitur pictores, et antiquum genus scriptorum exhibuerunt nobis hac ratione animas præditas sensibus. Verum neque oculi, neque nares, neque manus potest existere separatim absque anima ipsa: nec lingua, nec aures possunt separatim sine anima per se existere, ac sensum habere. Et quoniam

//////////

2.—625 *primo pro potest* Mus. B. 1.—626 *Quando* P. Gryph. marg. Bas. marg. Th. Ra. Ald. *Certe* Gif. Par. Cont. *auctum* Voss. vet. et L. B. sed in prioribus corr.—628 *Possimus* V. ed. Th. Ra. *vagari* Gif. Par. Delph. *vocari* Gryph. Nard. Bas. Sns. V. marg. 1. *racare* Gryph. marg. Bas. marg. P. Voss. L. B. *vocare* V. ed. Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Caut.—631 *nec...nec* Mus. B. 1. *sorsum* V. ed. *ipsi* P.—632 *animæ* P. in Not. Cr. conj. *nec aures* vulg. *auris* Voss. vet. et L. B.—633 *Absque anima per se* vulg. edd. *possunt per se* Mus. B. 1.

NOTE

sed est ipsa intelligendi vis quæ generatim sensus appellatur; quæ per seipsam tam colores discernat, quam oculus: tam sonos audiat, quam aures, &c.

626 *Quinque*] Bene. Hos enim recenset jam infra vs. 631. 632. 633. Alii *Certe*.

Eam faciundum est] Hellenismus. Sic i. 111. 'Pœnas in morte timendum.'

628 *Infernas animas*] Animas, quæ sunt in Inferis.

Acherunte] Vs. 37.

Vagare [*raguri*] Alii *vagare*. Sic olim 'opino' pro opinor: 'auguro' pro auguro, &c. Plant. in Milit.

629 *Scriptorum secla priora*] Prioribus scriptores. Antiqua gens scriptorum. Seclum enim Lucretio gens dicitur. i. 20. 468. v. 77. et alibi passim.

630 *Sic animas introduxerunt, &c.*] I. e. finxerunt animas a corpore sepa-

ratas, et apud Inferos receptas, sensibus esse præditas. Ridet veterum fabulas de animabus.

631 *Ipsa anima*] Supp. seorsum, vs. 631. h. e. sine anima ipsa. Alii legunt *animæ*.

633 *Auditum* [*Absque anima*] Lamb. Alii *auditum*. Verum quid est 'aures auditum sentire,' pro audire? Porro videntur hic desiderari tres hi versus, aut similes, quos nobis Lambinus restitueret conatus est: 'Nec sensus ipsi seorsum consistere possunt Naribus, atque manu, atque oculis, atque auribus, atque Lingua; nec possunt per se sentire nec esse.' Alias enim iniqua foret comparatio. Ea quippe Lucretii mens videtur esse, ut sicut quinque sensus, nempe oculi, nares, aures, lingua, manus, suis muneribus fungi, aut esse nequeant in corpore, sine anima: ita in anima nequeant

Et, quoniam toto sentimus corpore inesse
 Vitalem sensum, et totum esse animale videmus; 635
 Si subito medium celeri præciderit ictu

percipimus sensum vitæ esse in universo corpore; et cernimus in toto animali esse animam, si violentia quædam repente secaverit plaga repentina totum istud per

//////////

nec esse Vind. et vulg. edd.—635 *toto* Voss. vet. et L. B.—636 *præciderit* P. V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. Ald. Ferr. *præsiderit* Mus. B. 2. H. vs. deest

NOTÆ

esse sine corpore seu sine corporeis organis. Vel rem ita capias, ut poëta velit hos sensus inesse non posse seorsum animæ separatæ, cum corporea non foret: sicque falso introductas nobis fuisse animas apud Inferos existere cum sensibus. Quæ germana mens Lucretii potius videtur. Hinc legendi tres isti versus sic forent: *At neque seorsum oculi, neque nares, nec manus ipsa Esse potest anima: neque seorsum, linguæ, neque aures Auditum per se possunt sentire, nec esse.* Quo pacto tres illi Lambiniani procul removendi sunt.

634 *Et, quoniam toto, &c.*] His 36. vs. continetur xvi. argumentum. Quicquid scindi potest et in partes dividi, illud non est æternum ac immortale, sed caducum ac mortale. Quis hoc negaverit? Atqui anima scinditur, et in partes dividitur: quod jam et ratione probat, et experimento duplici confirmat. Itaque, cum anima diffusa sit per totum corpus, ut docuit supra, sequitur ut recisis corporis membris anima quoque rescindatur ac dividatur. Rem confirmat experimentis. I. Ubi trunca membra militum olim a falcatis curribus humi deciderant, vitæ tamen superstitis vestigia præferabant; namque palpitabant, et motu quodam vitæ agebantur adhuc. II. Si serpentem in plures partes secaveris, quæque pars seorsum diu vivat, et movetur; immo experti sunt plures

caput viperæ abscissum diu vivere, ac stylo lancinatum ore mordicus apprehendere lacessentem: reliquum interim corpus cute nudatum atque excuteratum, et visceribus curiose orbatum, ac in pelvim aquæ projectum observatum est valide vixisse ad horam, ac movere se. Igitur signum est, quod anima sit mortalis: aut, quod absurdum est, necesse est multas in uno animali inesse animas. Verum, ut jam sæpe responsum est a nobis supra, animam humanam incorpoream esse fides nos docet. Deinde si mens peculiarem sibi delegit sedem in pectore, nunquam secari poterit ipsa, nisi discisso pectore in partes. Quod tamen falsum evenit. Præterea in iis truncis ac resectis membris militum, quæ in exemplum affert Lucretius, non anima remanet, sed certi spiritus calidi, qui intra nervos ac musculos superstites agitant ac movent truncos artus; nec deserunt illos prius, quam torpor ac frigus consequantur. Quod autem ad serpentis partes spectat, dico illas etiam resectas animari, quia corporea est animantium anima pariter ac mortalis.

635 *Totum esse animale*] I. e. animam esse in toto animali, seu animalis cunctis partibus. Ubi enim sunt animæ facultates, ibi est anima: neque enim hæ facultates esse possunt absque fundamento, a quo emanant, et quod est anima. Hinc Aristoteles dixit, si oculus esset in pede, pedem utique visurum.

Vis aliqua, ut seorsum partem scernat utramque,
 Dispartita procul dubio quoque vis animai,
 Et discissa simul cum corpore, disicietur.

At, quod scinditur, et parteis discedit in ulla, 640
 Scilicet æternam sibi naturam abnuat esse.

Falciferos memorant currus abscidere membra
 Sæpe ita de subito, permixta cæde calenteis,
 Ut tremere in terra videatur ab artubus id quod
 Decidit abscisum; quom mens tamen, atque hominis vis,
 Mobilitate mali non quit sentire dolorem: 646

mediam partem, ita ut separet utramque partem seorsum, sane potestas ipsius animæ separata, et dissecta dissipabitur pariter una cum corpore. Sed quod secatur, et abit in aliquas partes, nimirum id negat se habere naturam immortalem. Narrant currus armatos falcibus, et fumantes adhuc sanguine recenter resperso, plerumque præscindere artus militum ita celeriter, ut ea pars, quæ præcisa detrahatur a membris, videatur palpitare humi jacens; cum nihilominus animus, et ardor ipsius hominis, non possit sentire dolorem ob

//////////

Vind.—637 *sorsum p. se cernat* V. ed. *seorsum parentem se cernat* Th. Ra.—639 *discisa* Voss. vet. *disicietur* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. *dissicietur* Cant. *dissipetur* Mus. B. 1. 3. *disjicietur* vulg.—640 *partem...ullam* P. V. ed. Th. Ra. Ald. *descendit* Mus. B. 2.—641 *abnuat* V. ed. Th. Ra.—642 *abscidere* Voss. vet. et L. B. *abscindere* vulg.—643 *calentis* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *calentes* P. in not. *cadentum* quidam.—645 *Occidit* V. ed. Th. Ra. *abscisum* Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. Ferr. *abscisum* reliqui. *quando* P. *tamen* deest P. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—

NOTÆ

639 *Disicietur*] Metri causa, pro disjicietur.

642 *Falciferos memorant, &c.*] His 15. vss. interim docet veterem morem de falcatis curribus inter prælia, de quibus Xenophon Cyri Instit. vi. sic loquitur: 'Carrus bellicos fabricandos curavit ex rotis validis, ne facile comminuerentur, et axibus longis; minus enim omnia, quæ lata, minuuntur. Sellam autem aurigis fecit tanquam turrim ex lignis validis constructam; altitudo vero sellarum est usque ad cubitos, ut possint equi supra sellas equitari. Aurigas autem armavit totos; addidit etiam axibus falces ferreas infra sub axe in terram

versas, tanquam hujusmodi curribus in hostes impetum facturis.' Græcis supersedeo brevitate causa. Sic et Veget. de Re Milit. III. 24. 'Quadrigas falcatas in bello rex Antiochus et Mithridates habuerunt, quæ, ut primum magnum in acie terrorem intulere, ita postmodum fuere derisui.' De his iterum Lucret. v. 1300.

643 *De subito*] Adverbialiter. Sic II. 265.

Calenteis] Supp. enrrus. I. e. calidos, fumantes sanguine, quo eruentati jam jam fuerunt. Sic v. 1312. Alii *cadentes*, male, ut patet. Alii *cadentum*. Supp. cæde, i. e. morientium; non male.

Et, simul in pugnae studio quia dedita mens est,
 Corpore cum reliquo pugnam, caedeisque, petessit;
 Nec tenet, amissam laevam cum tegmine saepe
 Inter equos abstraxe rotas, falcesque rapaceis: 650
 Nec cecidisse alius dextram, quom scandit, et instat.
 Inde alius conatur adempto surgere crure,
 Quom digitos agit propter moribundus humi pes:
 Et caput, abscisum calido viventeque trunco,
 Servat humi voltum vitalem, oculosque patentis: 655
 Donec reliquias animai reddidit omneis.
 Quin etiam, tibi si, lingua vibrante, minanti

celeritatem mali: et pariter, quia animus detentus est ardore certaminis, is homo appetit certamen et stragem cum reliquis corporis partibus, neque novit plerumque rotas et falces acutas abscidisse sibi sinistram, quam amisit cum suo clypeo inter equos: neque alius sentit sibi detractam esse dextram cum ascendit muros et urget. Ex alia parte alius nititur assurgere crure sibi detracto, cum pes jam jam moriturus non procul jacens in terra moret adhuc digitos. Hinc caput alterius amputatum, trunco calenti et vivente adhuc, conservat in terra vultum vitae, et oculos apertos, usque dum emisit cunctas reliquias animae. Adde quod, si tibi

646 *Nobilitate* P. in not.—647 *similis p.* P. Ald. *similis in p.* V. ed. Th. Ra. *studio pugnae* Mas. B. 2. *cui* P. Ald. *qui* Mus. B. 1. *quod* vulg.—648 *tum* Mus. B. 1. *nam* Sus. *pugnans* Mus. B. 2. *petessit* Delph. Nard. Bas. V. marg. 1. *petescat* P. Ald. Ferr. *petestat* V. ed. *potestas* Th. Ra. *patescit* Mus. B. 2. *petescit* Mus. B. 1. 3. Vind.—650 *abstrasse* V. ed. Cant. Th. Ra. *abstraxisse* Ferr. *rotae* Voss. vet. et L. B.—651 *istat* O. *ista* Mus. B. 1.—653 *prope jam* P. Ald. *propere* P. in not. *propter* deest Th. Ra.—654 *abscisum*: sic Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. *abscisum* reliqui.—655 *vitalemque* Ferr.—657 *Cum* Mus. B. 2. *sit* Mus. B. 2. *minaci* Mus. B. 1. *minacem* Gryph. Nard. Bas. *mi-*

NOTÆ

647 *In pugnae studio dedita*] Sic IV. 813. 'deditus in rebus.' Nunc dicitur cum dativo, 'deditus rei alicui.'

648 *Petessit*] Vehementer appetit. Cicero *Tusc. II. et de Consul. II.* 'Antiqui,' inquit Festus, 'petessere dicebant pro petere, ea quidem forma verbi, qua lacessere, et incessere: sed ut mihi videtur tum eo significabant saepius petere; ut petessant saepius petant.'

649 *Nec tenet*] Nescit, nec sentit, nec novit.

Tegmine] Clypeo, aut scuto, quod laeva tenebant, ex quo sese tegebant in praelio milites.

650 *Abstraxe*] Syncope, abstraxisse. Sic I. 986.

651 *Quom scandit*] Supp. aut in currum aut in equum, aut in naves, aut in muros hostiles.

655 *Voltum*] Vultum.

656 *Reliquias animai*] Quippe quam secabilem fecit.

657 *Quin etiam si lingua, &c.*] His 7. vs. alterum profert experimentum de serpentibus, quorum partes abscissae seorsum vivunt. Igitur, vel in singulis illis partibus separatis singulae sunt animae: vel anima serpentis dividitur cum ejus corpore. Hoc posterius verum est. Scilicet, ut ait

Serpentis cauda, et procero corpore, utrumque
 Sit lubitum in multas parteis discidere ferro;
 Omnia jam seorsum cernes, amcisa recenti 660
 Volnere, tortari, et terram conspargere tabo;
 Ipsam seque retro partem petere ore priorem,
 Volneris ardenti, ut morsu premat, icta dolore.

Omnibus esse igitur totas dicemus in illis
 Particulis animas? at ea ratione sequetur, 665
 Unam animantem animas habuisse in corpore multas.
 Ergo divisa est ea, quæ fuit una simul cum
 Corpore: quapropter mortale utrumque putandum est;

placitum fuerit rescindere gladio in diversas partes ex utraque parte caudam longam serpentis, quæ tibi minatur lingua coruscante, videbis etiam omnes illas partes separatim resectas recenti plaga adhuc torqueri, et aspergere terram sanie; et ipsam serpentem a tergo conari attingere ore partem quæ sibi fuit antea, ut mordeat, adeo percussa est acri dolore suæ plagæ. Dicemus ergo totas animas integras inesse in illis minimis partibus? verum hoc modo sequetur unum illud animal habuisse plures animas in suo corpore. Illa igitur anima, quæ una fuit simul cum corpore, divisa est. Quare credendum utrumque esse mortale, corpus et animam,

nantis vulg. edd.—658 Serpentem et caudæ Gryph. Nard. Bas. caudam P. Vind. Ald. Bip. Vind. fr. Hav. Delph. caudæ Voss. vett. et L. B. utrimque Vind. Voss. vet. Vind. fr.—659 multis Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. discidere Voss. L. B. Mus. B. 1. 3. disscindere Vind. fr. discedere Vind. Voss. vet. Mus. B. 2. Cant. V. marg. 1. discindere vulg.—660 cernas Gif. Par. ancisa Vind. Vind. fr. Mus. B. 3. Cant. P. in not. Gif. Par. incisa Gif. marg. Gryph. P. Ferr. Ald. O. Mus. B. 1. aversa V. ed. Th. Ra.—661 Volnera V. ed. Th. Ra. Volvere Ferr. tornari P. in not. contari Mus. B. 1. conspargere Vind. Voss. vet. et L. B. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. Cant. conspergere vulg.—662 partam V. ed. petes Mus. B. 2.—663 Volucris Ferr. V. ed. Th. Ra.—665 Partibus Mus. B. 1. et O. Mus. B. 1. 2. Cant.—669 discidi-

NOTÆ

Aristoteles, ignobiliora animalia habent organa pæne indiscreta, plantarum in morem; quapropter pars illa, quæ cordi analogæ, extenditur simul cum corpore. Hinc fit, ut recisæ partes vivant, quoniam singulæ proprio vitæ fonte gaudent.

Vibrante] Micante, coruscante.

658 *Cauda* [*Caudam*] *procero corpore*]
 Caudam proceram, ac longissimam.

Alii, *caudæ procero corpore*, h. e. quæ

sit procero corpore caudæ, seu longa cauda.

660 *Amcisa*] Amputata. Alii *incisa*.
 Supp. omnia, h. e. omnes partes resectæ et amputatæ.

661 *Tortari*] Antiquum verbum pro, torqueri.

663 *Icta*] Supp. serpens, quæ vox communis est generis: sic vs. 666.
 ‘unam animantem,’ supp. brutam.

668 *Utrumque*] Corpus et animam.

In multas quoniam parteis disciditur æque.

Præterea, si immortalis natura animai

670

Constat, et in corpus nascentibus insinuatur;

Quur super ante actam ætatem meminisse nequimus,

Nec vestigia gestarum rerum ulla tenemus?

Nam, si tanto opere est animi mutata potestas,

Omnium ut actarum exciderit retinentia rerum;

675

quia æqualiter dividitur in plures partes. Deinde si natura animæ est immortalis, et infunditur in corpus hominum, dum nascuntur, quare igitur non possumus recordari vitæ ultra præteritæ, neque retinemus ulla signa rerum actarum? Etenim si vis mentis adeo est corrupta, ut omnis recordatio rerum gestarum penitus efflux-



tur: sic Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. *disciditur* Mus. B. 2. *disciditur* vulg.—670 *mortalis* O. Mus. B. 1. 2.—672 *superante actam* V. ed. Th. Ra. Post h. vs. legitur vs. 678. Gryph. Nard. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. P. Vind. Vind. fr. Mus. B. 1. 2. 3.—673 *rerum* deest Mus. B. 2. *ulla esse* Mus. B. 2.—674 *animi est* V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Vind. P. Cant. *vitiata* P. Ald. Gif. Par. Gryph. marg. Delph. Cout.—675 *Omnium* P. Vind. V. ed. Bodl. Vind. fr. Mus. B. 1. Cant. *Omnis* vulg. *Omnibus*, omisso *ut*, Mus. B. 2.

NOTÆ

670 *Præterea, si immortalis, &c.*] His 9. vs. continetur XVII. argumentum. Scilicet, si anima foret immortalis, sane deberet præextitisse antequam in corpus infunderetur; atque adeo quisque homo recordaretur antea actæ illius vitæ. Quod tamen falsum esse docet experientia. Quis enim unquam dixit se prius extitisse, quam in corpus suum absolutum infunderetur ejus anima? verum, ut, quod res est, dicam, id argumenti non tam adversus immortalitatem animarum profertur, quam Pythagoræ metempsychosim damnat et arguit. Neque enim nos Christiani dicimus Animas præextitisse antequam in corpus infundantur: sed eas duntaxat tum a Deo creari, cum corporibus insinuantur. Unde non ab æterno, sed æternas in tempore creatas dicimus. Pythagoras autem qui animarum metempsychosim commentus

est, non dubitavit dicere se et antea actæ vitæ, et rerum gestarum meminisse. Recordatus enim est se primum Æthaliden fuisse, deinde Euphorbum, postea Hermotimum, tum Pyrrhum piscatorem Delium, denique se Pythagoram esse. Verum non minus hæc delirantis hominis somnia fuerunt, quam quæ Ennius fabulatus est de anima Homeri in se transmississe. Plato quidem, qui rerum ideas universales ab æterno et æternas esse docuit, si non memoriam, saltem rerum antea actarum in ea vita, quæ animæ in corpus infusionem præcesserit, reminiscientiam esse voluit. Cic. Tusc. I.

674 *Mutata [vitiata]* Pareus, bene. Lambinus vero *mutata*.

675 *Retinentia*] Recordatio. Sic vs. 863. ‘repetentia.’ Lucretiana inflexio; sic ‘variantia’ pro varietas vs. 319. et I. 654.

Non, ut opinor, id ab leto jam longiter errat.
 Quapropter fateare necesse est, quæ fuit ante,
 Interiisse; et, quæ nunc est, nunc esse creatam.

Præterea, si, jam perfecto corpore, nobis
 Inferri solita est animi vivata potestas, 680
 Tum, quom gignimur, et vitæ quom limen inimus;
 Haud ita conveniebat, utei cum corpore, et una
 Cum membris, videatur in ipso sanguine cresse:
 Sed, velut in cavea, per se sibi vivere solam
 Convenit, ut sensu corpus tamen adfluat omne. 685

erit, illa igitur, ut puto, non procul abest a morte. Quamobrem oportet ut confitearis eam animam periisse, quæ fuit antea; et nunc eam esse procreatum, quæ nunc est. Deinde, si vivida vis mentis consuevit infundi nobis cum corpus est absolutum, et tum cum generamur et ingredimur in lucem vitæ, sane non ita necesse erat ut anima videretur crevisse in ipso sanguine simul cum ipso corpore, et cum artubus: sed potius consentaneum est eam vivere sibi solam per se in corpore sicut in cavea, ita tamen ut totum corpus abundet per se suo sensu. Quamobrem omnino cre-

—676 *ab ea leto* Par. *ea ab* Gif. Cout. Lamb. *longius* Bodl. Voss. vet. et L. B. *erat* Mus. B. 2.—679 *perfecto* V. ed. Bodl. Cant. *imperfecto* Cout. *tempore nobis* Gassend.—680 *animi est* Bodl. Voss. vet. et L. B. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. *innata* V. marg. 1. Mus. B. 2. Ferr.—681 *quom secundum* deest Mus. B. 1. 2. *lumen* P. O. Th. Ra. Ald. Gif. Par. Delph. Cout. *lumine* V. ed. *adimus* Gif. Par. Delph. Cout.—682 *Aut* P. *Hac* Mus. B. 3. *ita* deest Mus. B. 2. *ut hic cum* quidam.—683 *et ipso* Mus. B. 2.—685 H. vs. *spurius* censent Lamb. et Gassend. nec adamat Creech. *affluit* Sus.—656

NOTE

676 *Longiter*] Longe. Antiqua vox.

679 *Præterea, si jam perfecto, &c.*]

His 18. vs. continetur xviii. argumentum. Nimirum, si anima ingreditur et infunditur in corpus jam perfectum, non igitur convenit eam vivere in corpore jam, quasi cum corpore nata, et aucta, atque cum cunctis membris contexta esse videatur; sed potius convenit eam, ut avem in cavea, ita in corpore vivere sibi solam, atque corpori tamen sensum omnem impertiri. Sane si adversus Pythagoreos profertur hoc argumentum, nihil est quod nos moretur aut moveat. Sin autem nobis animas immortales in corpora creando infundi asserentibus objiciatur, manet jam solutum ex dictis ad argumentum II. vs. 446. not. Adde præterea animas

infundi nobis in corpora, non ut formas assistentes, ut aiunt, qualis nauta navi, aut auriga currui datur; sed ut formas informantes, et quæ sint vitalium motuum principia. Quod autem sine sui divisione ac labe exeat salva et incolumis ex artubus, quibus adnexa penitus videtur, id sibi asserit sua spiritualitas. Quod enim spiritale est, id dividi nequit.

681 *Vitæ quom limen inimus* [*lumen adimus*] Cum nascimur. Alii *vitæ cum lumen ivimus*. Idem sensus.

683 *Cresse*] Syncope, pro crevisse.

685 *Convenit, ut sensu, &c.*] Hunc versum delendum censet Lambinus: quanquam non alienus est a Lucretiana officina. Explicat enim qua ratione anima sit in corpore, tanquam avis in cavea, cum hoc descri-

Qua re, etiam atque etiam neque originis esse putandum est
Experteis animas, nec leti lege solutas :

Nam neque tanto opere adnecti potuisse putandum est
Corporibus nostris, extrinsecus insinuatæ ;

(Quod fieri totum contra manifesta docet res : 690

Namque ita connexa est per venas, viscera, nervos,
Ossaque, utei dentes quoque sensu participantur ;

Morbus ut indicat, et gelidai stringor aquai,
Et lapis obpressus subitis e frugibus asper :)

Nec, tam contextæ quom sint, exire videntur 695

Incolomes posse, et salvas exsolvere sese

Omnibus e nervis, atque ossibus, articulisque.

Quod, si forte putas, extrinsecus insinuatam,

dendum est neque animas carere exortu, neque liberæ esse a legibus mortis. Neque enim existimandum est illas potuisse adjungi adeo certe corporibus nostris, si extrinsecus infusæ fuerint; quod omne contrarium esse res clara demonstrat. Etenim adeo arcte annexa est corporibus per venas, per intestina, per nerros, et per ossa, ut dentes etiam participes sint scus; veluti dolor dentium, et rigor frigidæ aquæ, et durus lupillus forte repertus in pane tritus repente ostendunt. Neque etiam, cum animæ adeo compactæ sint cum corpore, videntur posse egredi integræ, et liberare sese incolomes ex cunctis nervis, et e cunctis ossibus ac articulis. Quod si forsitan credis animam extrinsecus infusam consuescere diffundi

//////////

neque: sic P. V. ed. O. Mns. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. nec vulg.—657 *uti l. solitas* V. ed. *uti l. solutas* Th. Ra. *longe* Mus. B. 2.—688 *potuisse* deest Mus. B. 2.—691 *Nam quæ* Ferr. V. ed. Th. Ra. *convexæ* P. Ald.—693 *Morbibus u. i. gelidi* V. ed. Th. Ra.—694 *E lapsis* Cant. *subitus* Bodl. Hav. *expressus subito* de Cr. conj. *subito* de Gassend. Delph. *subitis offractibus* Fab. *subinis* Mus. B. 2. *sub dente* vulg.—695 *videtur* V. ed. Th. Ra.—696 *solvos* V. ed. *silvas* Ferr. *solos* Th. Ra. *solas* P. Ald. Gif. marg. Gryph. marg. Bas. marg.—698 *intrinsicus* Par. Cout.—699 *Permanere* V. ed. Bodl. Mus. B. 2.

NOTE

mine, quod corpori det motum vitalem ac sensum. Vel saltem ita ut corpus per se suo sensu et motu vitali debeat affluere. Quod verius crediderim ad mentem Lucretii.

693 *Morbus*] Dolor dentium.

Stringor] Rigor, frigus, quo dentes perstringuntur, cum aqua frigida bibitur.

694 *Subitis e* [*Subito de*] *frugibus*] Alii, *subitis de frugibus*. Alii, *sub dente e frugibus*. Porro per fruges signat panem.

698 *Quod, si forte putas, &c.*] His 15.

vss. continetur XIX. argumentum. Nimirum, si anima extrinsecus insinuatæ permanat per artus corporis, necesse est ut ea divisibilis sit. Cum enim per partes corporis divisibiles diffundatur, ipsa dividi debet. Quod autem dividitur, illud dissolvatur necesse est. Rem confirmat exemplo alimenti, quod per membra diditum perit, et in aliam naturam convertitur. Verum cum anima incorporea sit et spiritalis, non mirum, ut jam docui supra, si salva, incolomis, et sine sui divisione possit in

Permanare animam nobis per membra solere ;
 Tanto quoique magis, cum corpore fusa, peribit. 700
 Quod permanat enim, dissolvitur : interit ergo.
 Dispartita ergo per caulas corporis omneis,
 (Ut cibus, in membra atque artus quom ducitur omneis,
 Disperit, atque aliam naturam subfcit ex se,)
 Sic anima atque animus, quam vis integra recens in 705
 Corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur,
 Dum, quasi per caulas, omneis diduntur in artus
 Particulæ, quibus hæc animi natura creatur ;
 Quæ nunc in nostro dominatur corpore, nata
 Ex illa, quæ tunc peritat, partita per artus. 710
 Quapropter, neque natali privata videtur

nobis per artus, eo magis quæque anima insinuata interibit una cum corpore. Etenim quod diffunditur, illud separatur. Igitur anima perit ; namque dividitur per omnes meatus corporis. Et sicut alimentum, quando distribuitur in artus et in omnes partes corporis, dissipatur et subministrat ex seipso aliam naturam: ita anima et animus, etiamsi non divisa ingredientur in norum corpus, tamen in permanando per corpus dissipantur, dum scilicet minores partes animæ, ex quibus hæc natura animi fit, quæ nunc præest corpori nostro, et quæ orta est ex illa anima, quæ tunc interit divisa per partes corporis, dum, inquam, partes animæ dimanant, quasi per foramina in cunctos artus. Quomobrem natura animæ non

//////////

Th. Ra.—700 *quique* Voss. vet. et L. B. Bodl. Sus. Vind. V. ed. Mus. B. 1. *cuique* Voss. marg. *quæque* P. Vind. fr. Mus. B. 2. 3. Ald. Bip. Delph. *quippe* O. Cant. *nempe* Fab.—701 *pinant* pro *permanat* V. ed. *primo* Th. Ra.—702 *Disperitur ergo* Voss. vet. et L. B. *Disperitur enim* reliqui.—703 *dicitur* Mus. B. 2. *diditur* Ald. Bip. Hav. Delph.—704 *Dispergit* Mus. B. 2.—705 *quamvis est* V. ed. Bodl. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. quibus omnibus præter Voss. vet. *in deest. recte est* Sus.—706 *emanando* Sus.—707 *causas* Th. Ra. *dividuntur* Mus. B. 2. *dividuntur* Sus. *artus* pro *in artus* V. ed.—708 *hic* V. ed. Th. Ra. *hæc animantur atque creantur* Sus.—710 *peritit* Voss. vet. et L. B. Gryph. Nard. Bas. Delph. *perurit* Mus. B. 2. *parita* Bodl.—711 *nec* Mus. B.

NOTE

corpus et in membra insinuari. Et 707.
 vero si v. g. candor lactis bene per- 704 *Subfcit*] Suppeditat, submi-
 manat per lactis substantiam sine sui-
 nistrat.
 divisione, quanto magis anima per 708 *Particulæ*] Partes. Quasi ani-
 corpus? Porro neque cibus diditus ma in partes dividatur, dum in corpus
 per membra animalium interit, sed insinuatur.
 postquam calore naturali concoctus 710 *Peritat* [*Peritit*] Alii *peritat* ;
 est, vertitur in naturam corporis, frequentativum a verbo pereo. Sic
 quod alit. Plant. in Capt. 'peritat partita.'
 702 *Per caulas*] Per foramina, per 711 *Natali die*] Origine, natalitio
 meatus, per inania corporis. Sic vs. ortu.

Esse die natura animæ, nec funeris expers.

Semina præterea linquntur, necne, animai
 Corpore in exanimo? Quod, si linquntur, et insunt,
 Haud erit, ut merito immortalis possit haberi; 715
 Partibus amissis quoniam libata recessit.
 Sin ita, sinceris membris ablata, profugit,

videtur expers esse nato die, neque libera lege mortis. Deinde, an corpuscula animæ remanent in corpore mortuo, an non remanent? Quod si remanent et restant, non causa erit, cur anima ipsa queat jure merito esse immortalis, cum diminuta propter particulas amissas exierit e corpore; contra vero si erepta recessit cum integris partibus suis, ita ut nullas sui particulas reliquerit in ipso

1.—712 *nec* P. V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *ne* Mus. B. 2. *neque* reliqui.—
 714 *in deest* Mus. B. 2. *Qui* Mus. B. 1. *insint* Mus. B. 2.—715 *Aut* V. ed.
 Th. Ra. *mortalis* Mus. B. 3.—717 *sinceru ex membris* Fab.—718 *Et*: sic Voss.

NOTÆ

712 *Funeris*] *Mortis*.

713 *Semina præterea, &c.*] His 28. vss. continetur xx. argumentum. Nimirum, vel anima discedens e corpore relinquit aliquas sui reliquias, vel non relinquit. Si relinquit, ergo partes habet, nec abit incolomis ex corpore: atque adeo dissolvi potest ac interire. Sin autem non relinquit, unde fit igitur, ut vermes nascantur in cadaveribus, ac in putridis visceribus? vel enim animæ vermiculorum illorum pariter extrinsecus insinuantur, quod est absurdum; quis enim crediderit tot millia animarum eo convenire, unde una prius exciserit? vel saltem jam in controversiam venit, utrum illæ animæ captent sibi semina et atomos vermiculorum, ut ex iis sibi domicilia, hoc est, corpora sine ossibus et sine sanguine, qualia sunt vermiculorum corpora, faciant ac fabricent: an vero perinde ac humana anima insinuent se in vermiculorum corpora jam formata et perfecta. Non est autem verisimile ejusmodi domicilia sibi formare animas vermium, quia, cum sint sine corporibus, antequam insinuentur in corpora vermium, neque ægrotant,

neque frigent, neque algent; quæ corporis sunt incommoda. Cur ergo hæc incommoda sibi quærerent venando sibi corpus? Deinde detur etiam, inquit ille, quod sibi fingant corpora, dum insinuantur: at nulla via, nullusve modus apparet, quo id possint. Quibus enim instrumentis, quo ingenio, qua arte? Vaganturne hæc sollicitæ, ut captent sibi semina corporis? Quis igitur revocabit illas ad domicilium? Pudet sane has prosequi ineptias. Igitur, ut his argumentis satisfaciam, respondeo quod, cum anima humana sit incorporea, neque sui reliquias relinquit in corpore, neque vermium generatio in cadaveribus fit ex corruptione ipsius animæ humanæ; sed ex putredine ipsius unius corporis, sicut et in caseo, in terra putri, &c. neque denique animæ vermium extrinsecus insinuantur, sed generantur, ut Lucretii verbis utar, ubi in visceribus, et in putri corpore reperiuntur semina seu atomi, quæ ad eos vermes progignendos valeant.

Semina] Reliquiæ, corpuscula, particulæ, atomi.

716 *Libata*] Diminuta.

Et nullas parteis in corpore liquerit ex se ;
 Unde cadavera racenti jam viscere vermeis
 Exspirant? atque unde animantum copia tanta, 720
 Exos et exsanguis, tumidos perfluctuat artus?
 Quod, si forte animas extrinsecus insinuari
 Vermibus, et privo si corpore posse venire,
 Credis; nec reputas, quor milia multa animarum
 Conveniant, unde una recesserit: hoc tamen est, ut 725
 Quærundum videatur, et in discrimen agundum;
 Utrum tandem animæ venentur semina quæque
 Vermiculorum, ipsæque sibi fabricentur, ubi sunt:
 An quasi corporibus perfectis insinuentur.
 At neque, quor faciant ipsæ, qua reve laborent, 730

mortuo corpore, unde fit ergo ut cadavera effundant vermiculos e visceribus jam putridis? et unde fit ut tanta multitudo animalium sine ossibus, sine sanguine, exstaret per membra tumescentia? Quod si forsitan putas animas extrinsecus infundi in vermiculos, et singulas advenire illis in corpora, nec comprehendis quare plura millia animarum concurrunt in id, ex quo una tantum exit: tamen istud est, quod videatur inquirendum, et vocandum in controversiam, scilicet utrum animæ vermium querant sibi quæque sua corpuscula, et ipsæ faciant sibi domicilia, in quibus maneant: an vero infundantur in corpora jam absoluta. Sed nec potest dici, quare ipsæ animæ vermium fabricentur sibi domicilia, aut cur ita

vet. et L. B. O. Cant. nullam P. liquetur V. ed. Th. Ra.—719 cadavere Gif. Par. P. O. Cant. Ald. recenti V. ed. Th. Ra. Bodl. ramenti Gassend. vivere P. V. ed. O. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. vivere Sus. jam deest Mus. B. 2. Unde cadavere jamque recenti vivere vermes Spirantes? P. in not.—720 animarum Gassend. animatum Mus. B. 2. corpora tanta Gryph. marg.—721 Ex os V. ed. Ex eos Th. Ra. timidos V. ed. Th. Ra. Nonius 11. 267.—723 privo ex conj. Wakef. privas si P. V. marg. 1. Bodl. Ferr. Ald. privasse si V. ed. Th. Ra. priva si Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Vind. Hav. privas in Cant. Bip. Delph. privos in O. corpore P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. corpora reliqui.—724 Credit Mus. B. [2. quor Mus. B. 2. milia V. ed. Th. Ra.—726 discrimine Vind. O. Vind. fr. Mus. B. 1.—727 veneantur Th. Ra.—728 ipsa V. ed. Th. Ra. sint Gif. Par. Gryph. Delph. Lamb. P. Bodl.—729 An jam Lumb. Hav. Bip. Delph.—730 Ant Mus. B. 2. nec Mus. B. 1. faciunt Vind. O. Mus. B. 3.—731 snppeditant

NOTÆ

- 719 *Racenti*] Putri, putrido. Hinc raneco et rancesco, i. e. putresco. 723 *Privo* [*privos*] Singulares: vs. 390.
 720 *Animantum*] Nempè, vermium.
 721 *Perfluctuat*] Exæstnat. Vel fluctuat per artus tumidos; i. e. scattuit. Sic Hor. Epist. 1. 1. 'personat aurem,' pro 'sonat per aurem.'

Delph. et Var. Clus.

Lucret.

2 C

Dicere subpeditat; neque enim, sine corpore quom sunt,
 Sollicitæ volitant morbis, alguque, fameque:
 Corpus enim magis hiis vitiis, et fine, laborat;
 Et mala cuncta animus contagi fungitur ejus.
 Sed tamen hiis esto quam vis facere utile corpus, 735
 Quod subeant; at, qua possint, via nulla videtur:
 Haud igitur faciunt animæ sibi corpora, et artus.
 Nec tamen est, qui cum perfectis insinuentur
 Corporibus: neque enim poterunt subtiliter esse

solicitentur; namque, cum sint absque corpore, non est cur anxia morbis, frigore, aut fame, huc illuc vagentur. Etenim corpus ipsium potius cognatum his incommodis vexatur, et animus patitur multa incommoda contagione illius. Verum etiamsi detur utile illis esse fabricare sibi corpus, cum ingrediuntur in illud: tamen nulla ratio apparet, qua queant facere id. Ergo animæ non fabricantur sibi corpus et membra. Neque tamen ratio est cur infundantur in corpora, ubi jam facta sunt; etenim non poterunt annexæ esse corporibus examussim; neque con-

P. Ald. *sint* Vind. Bodl. Vind. fr. Hav. Bip.—732 *Solicitent* O. *Solicitant* Mus. B. 1. 3. *Solicitat* Mus. B. 2. *evolitant* P. V. ed. Mus. B. 1. 3. Th. Ra. Ferr. Ald. Bodl. *algo* Nonius et alii.—733 *adfine* Lamb. et vulg. edd.—734 *cuncta* Mus. B. 2. *multa* vulg. *animis* V. ed. Mus. B. 2. Th. Ra. *contagi* Lamb. *contage* Ferr. V. ed. Th. Ra. *contagia* P. et alii. *fingitur* V. ed. Th. Ra. *fungitur* Vind.—735 *his tamen* Mus. B. 1. *facile* Ferr. V. ed. Th. Ra.—736 *Quom* Lamb. *Cum* Gif. Par. Gryph. Delph. Nard. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. sed in Voss. vet. *Cur* sec. man. *atque* Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. V. marg. 1. *qui* O. Mus. B. 2. Cant. *possunt* Mus. B. 1.—737 *Aut* Mus. B. 1. 3. *corpore* Mus. B. 2.—738 *tamen ut qui jam* Gif. *tamen est qui jam* Gif. L. B. Par. Cont. *tamen est ut cum* Bodl. *jam* Lamb. *tamen ut qui cum* Gryph. P. V. ed. Voss. marg. Voss. vet. et L. B. *tamen est quasi cur* Nard. Bas. P. in not. *quid* Mus. B. 2. *insinuetur* Mus. B. 2.

NOTÆ

731 *Subpeditat*] Suppetit, licet, facile est.

732 *Algu* [*algo*] Pro algore, i. e. frigore, Lamb. *algu*. Sic Sosipater Charisius 1. notat 'algu' dictum esse a Latinis, citatque locum ex Plauto in Rud. 'tu vel suda, vel peri algu.' Sic idem apud Priscianum citat et hunc locum ex eodem Plauto in Vidul. 'inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem.' Verum Nonius docet legendum esse *algo*, profertque hunc Lucretii locum: 'alguoque fameque;' pro 'algore.'

733 *Et fine* [*affine*] Cognatum, obnoxium, particeps vitiorum. Lambinus, *et fine*; h. e. morte et interitu.

Verum non ad mentem Lucretii, qui loquitur hic tantum de malis quibus obnoxium est corpus, puta morbis, frigore, fame, &c.

734 *Contagi*] Pro *contage*: sicut supra 'parti,' 'colli,' 'voci,' &c. pro parte, colle, voce, &c. *Contage* autem pro contagio, seu contagione. Sic iv. 336. 'Quæ contage sna palloribus omnia pingunt.'

* 735 *Hiis*] Supp. animabus vermiculorum.

736 *Quod* [*Cum*] *subeant*] Supp. corpus, quod sibi fecerint.

739 *Subtiliter*] Examussim, quasi per omnes partes suas, quæ subtiles sunt.

Connexæ ; neque consensu contagia fient.

740

Denique, quur acris violentia triste leonum

Seminium sequitur, volpeis dolus?; et fuga cervis

A patribus datur, et patrius pavor incitat artus?

Et jam cætera de genere hoc, quur omnia membris

Ex incunte ævo generascunt, ingenioque ;

745

tactus fient ex æquo nexu corporis et animæ. Tandem, quare sæva vis comitatur crudelia semina materiæ leonum? Cur astutia vulpibus, et fuga cervis traditur a parentibus, et metus paternus percutit membra horum animalium? Atque etiam cur reliqua ejusmodi innascuntur membris corporis et menti a prima sua

//////////

—740 *Connexere* V. ed. Th. Ra. *Convexe* Ferr. *nec* Mus. B. 1. *cum sensu* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. *tum sensu* O. *fiant* Gryph. Nard. V. ed. Bodl.—742 *Seminium* V. ed. *Seminium* Mus. B. 3. *dolus vulpibus* Lamb. et alii. *cervos* Vind. V. ed. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. *fugia pro fuga* Voss. vet.—743 *patrius* Sus.—744 *jam deest* Mus. B. 1. *nomina* O. *membrum* Mus. B. 2.—745 *grandescunt* Mus. B. 2. *in-*

NOTÆ

740 *Consensu*] Concordi aut æquo nexu : æqua concordia, corporis scilicet et animæ.

Contagia] Contactus, connexus. Sic vs. 346. 'Contagia mutua discunt vitales motus,' &c.

741 *Denique, quur acris, &c.*] His 29. vss. continetur XXI. argumentum, quod quidem potius adversus Pythagoræ metempsychosin, quam adversus animarum immortalitatem, profertur. Itaque si animæ, inquit Lucretius, forent immortales, et e corporibus aliis in alia migrarent corpora, sane studia, ingenia, ac mores animantium jam singulis generibus non essent quid proprium : sed confusus ac permixtus essent moribus atque studiis cuncta animantia ; sicque leo non jam esset ferox, cervus non jam timidus, vulpes non jam dolosa : jam canis audacissimus fugeret cervum : jam accipiter timeret adventum columbæ : jam saperent brutæ : desiperent jam homines ; et, etiamsi dixeris humanas animas in sola hominum corpora migrare, jam stulti saperent, sapientes desiperent : pueri prudentia valerent, senes puerasce-

rent, &c. Quod contrarium docet res manifesta. Scilicet suo utitur corpore quæque anima, sicut ars suis propriis instrumentis. Igitur anima sequitur corpus, crescitque cum eo, ac senescit ; atque adeo æque mortalis est ac corpus, cum æque mutetur ac illud. Verum hoc argumentum totum intenditur adversus Pythagoreos, qui docent animas e corporibus in corpora tum humana cum belluina migrare. Quod autem ait animas sequi corporis mores ac studia, cumque eo crescere, jam a nobis solutum est supra vs. 446. not.

Triste] Crudele. Sic Virg. 'Triste lupus stabulis,' &c. Itaque triste leonum seminium, dicitur a Lucretio supp. hominibus, quos devorant leones.

742 *Seminium*] Origo, exortus, genus.

Dolus [*dolu'*] Pro *dolus*, metri causa.

745 *Generascunt* [*ingenerascunt*] Innascuntur, generantur. Sic labasco a labo : sic integrasco ab integro, &c.

Ingenioque] H. e. animo, menti, in-

Si non, certa suo quia semine, seminioque,
 Vis animi pariter crescit cum corpore quoque?
 Quod, si immortalis foret, et mutare soleret
 Corpora, permixtis animantes moribus essent:
 Escugeret canis Hyrcano de semine sæpe 750
 Cornigeri incursum cervi; tremetque, per auras
 Aëris, adcipiter, fugiens, veniente columba:
 Desiperent homines, saperent fera secla ferarum.
 Illud enim falsa fertur ratione, quod aiunt
 Immortalem animam mutato corpore flecti; 755
 Quod mutatur enim, dissolvitur: interit ergo:
 Trajiciuntur enim partes, atque ordine migrant;
 Qua re dissolvi quoque debent posse per artus,
 Denique ut intereant, una cum corpore, cunctæ.
 Sin animas hominum dicent in corpora semper 760

ætate, nisi quia certa potestas animi augetur æqualiter cum corpore toto ex suis principijs ac primordijs? Quod si anima esset aeterna, et consuesceret migrare in corpora, sane animalia constarent ex studijs mixtis. Sic canis de seminio Hyrcano natus fugeret nonnunquam adventum cervi cornigeri: et accipiter evolans per tenues flatus aëris trepidaret incurrente columba: homines insauirent: crudetis gens belluarum saperet. Illud enim dicitur ex falsa ratione, quod dicunt animum immortalem mutari mutato corpore. Namque quod commutatur, id dissipatur; igitur perit. Siquidem partes transponuntur, et mutant suam disposituram. Quapropter singule omnes animæ debent posse dissipari etiam per membra, ut tandem simul cum corpore pereant. Contra vero si respondebunt animus humanas migrare

//////////

generascunt inque genuntur Lamb. et edd. vulg.—746 *seminioque* V. ed.—747 *animæ* Mus. B. 1. *corpore toto* Lamb. et alii.—753 *Dissiperent* Mus. B. 1.—754 *agunt* V. ed. Th. Ra.—758 *debent quoque* Mus. B. 1. H. vs. et seq. delet Creech.—759 *Deest* Voss. vet.—760 *Sic* V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus.

NOTÆ

stinctui. Lambinus, *inque genuntur*, h. e. ingignunturque.

746 *Si non, &c.*] Hi 2. vss. repetuntur vs. 761.

747 *Quoque [toto]* Lambinus, *quoque*. Bene.

748 *Mutare . . . Corpora*] Migrare e corporibus alijs in alia corpora, ut placuit Pythiagaræ.

750 *Hyrcano de semine*] H. e. de semine Hyrcanæ tigris. Hyrcania regio est Asia, quæ ab ortu, mare Caspium: habet: ab occasu Iberiam: a

meridie Armeniam: a septentrione Albaniam. In ea autem regione pantheræ, pardi, et tigres abundant, e quibus canes sagacissimi progignuntur. Itaque canis de Hyrcano semine, i. e. canis sagacissimus.

753 *Fera secla ferarum*] Belluæ feroces: gens fera belluarum, vss. 629. 961. 980. 1103. &c. et I. 20. 468. &c.

755 *Flecti*] Mutari, vss. 511. 515. 522. &c.

757 *Trajiciuntur*] Transmutantur, transponuntur, vss. 513. 517.

Ire humana, tamen quæram, quur e sapienti
Stulta queat fieri, nec prudens sit puer ullus ;
Nec tam doctus equæ pullus, quam fortis equi vis ?

Si non, certa suo quia semine, seminioque,
Vis animi pariter crescit cum corpore quoque. 765

Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem
Confugient ; quod si jam fit, fateare necesse est
Mortalem esse animam : quoniam, mutata per artus
Tanto opere, amittit vitam, sensumque priorem.

Quove modo poterit, pariter cum corpore quoque 770

semper in corpora hominum : petam tamen ab iis quare anima possit evadere stolidu e sapienti ; cur nullus adolescens sit prudens ; cur pullus equæ non sit adeo doctus, quam fortis equus, nisi quod certa potestas animi constans ex certo primordio et principio augetur simul cum singulis corporibus. Nimirum, saltem non negabunt animum tenerum fieri in puerili corpore. Quod si hoc jam fit, oportet ut concedas animam esse mortalem, cum ita valde commutata per ipsos artus perdat vitam, et sensum primum, quem habebat. Vel quam ratione potestus mentis jam facta

//////////

B. 1. 2. Ferr. Th. Ra. *corpore* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Ferr. sed in Voss. vet. *corpora* superscr.—761 *Iræ* V. ed. Ferr. Th. Ra. *humana* Vind. V. ed. Mus. B. 1. Th. Ra. *humane* Mus. B. 2. Ferr. *quæ res* P. O. Cant. Gif. marg. Gryph. Nard. Bas. *quæ* Vind. Mus. B. 3. *quod* Mus. B. 2. deest V. ed. *cure* V. ed. Th. Ra. *cure* Vind. Mus. B. 1. 2.—762 *Stulte* O. Mus. B. 1. *fit* Th. Ra. *sic* Mus. B. 2.—763 *Nec clam* Mus. B. 1. *æque* V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. *quæ doctus* V. ed. Th. Ra. *quam doctus* Gryph. marg. Bas. marg. P. Ferr. *equus sit* P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald. *equinis* V. ed. Th. Ra. H. vs. sequenti postponitur Ferr. V. ed. Th. Ra. Rodl. Voss. vet. et L. B.—764 *cuncta pro certa* Mus. B. 2.—765 Deest Bodl. Voss. L. B. *corpore toto* Hav. Bip.—767 *Confingent* Ald. P. Gif. Par. Gryph. marg. Cout. V. marg. 1. *Non fugient* Lamb. Gassend. Creech. Delph. *Confugiant* Voss. vet. Mus. B. 3. *Confingerent* O. *Confugiet* Mus. B. 2. *sit* P. Ald. *fit jam* O.—768 *Mortale fore* V. ed. *Mortalem fore* Ferr. Th. Ra.—770 *Quære* Mus. B. 2.—

NOTÆ

762 *Nec prudens sit puer*] Namque, ut ait Cicero in Caton. ‘temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis.’ Cum enim, ut docet Aristot. Ethic. vi. prudentia versetur in rebus singularibus, res autem singulares nisi usu cognoscantur, prudens puer esse non potest, quem prudentem sola ætas facit.

763 *Fortis equi vis*] Fortis equus. Periphrasis. Sic IV. 1191.

766 *Tenerascere*] Teneram esse.

767 *Confugient* [*Non fugient*]

Lamb. bene; id est, non negabant, non abnuent. Alii *confingent*, non male ad mentem Lucretii.

Quod si jam fit] H. e. quod si tenerascit mens in corpore pueri.

768 *Mutata*] Namque in robusto corpore robusta est anima: igitur mutatur cum corpore; atque adeo pereat necesse est.

769 *Vitam*] Supp. priorem, et quam in tenero corpore prius habuit.

770 *Quove modo poterit, &c.*] His 3. vss. continetur XXII. argumentum.

Confirmata, cupitum ætatis tangere florem
 Vis animi, nisi erit consors in origine prima?
 Quidve foras sibi volt membris exire senectis?
 An metuit conclusa manere in corpore putri?
 An, domus ætatis spatio ne fessa vetusto
 Obruat? At non sunt jam immortalis ulla pericla.

775

Denique, connubia ad Veneris, partusque ferarum,
 Esse animas præsto, deridiculum esse videtur;
 Exspectare immortaleis mortalia membra

robustior poterit attingere una cum corpore optatum vigorem ætatis, nisi erit similis ei in primo suo exortu? Vel quid significat quod egreditur ex artubus confectis senio? An timet remanere inclusu in corpore putrido? Vel an metuit ne domicilium fractum longævo tempore ætatis opprimat eam? Verum nulla discrimina sunt timenda rei immortalis. Tandem ridicula res videtur esse dicere animas paratas adesse ad res Veneris et ad ortus belluarum: et illas, cum immortales sint, expectare in numero innumerabili artus corporis mortales, et contendere inter se,

~~~~~

771 *frangere* Mus. B. 2.—772 *animis* omisso *nisi* Mus. B. 2.—773 *senectus* P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *senectæ* Gif. marg.—774 *conculsa* Th. Ra.—775 *An* P. *Et* reliqui.—776 *jam* deest Lamb. Hav. Bip. Delph. *mortali* Gif. marg. Sus. Bodl. Voss. vet.—778 *diridiculum* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—779 *Expectare* Vind. V. ed. Voss. vet. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Sus. Ferr. Th. Ra. *Et spectare* reliqui. *mortalis* Mus.

## NOTE

Scilicet, quia, nisi nata sit cum corpore anima, non videtur posse cum ipso ætatis florem attingere, quem exoptat æque ac corpus. Verum hæc omnia referuntur ad corporis et organorum rationem.

773 *Quidve foras sibi, &c.*] His 4. vss. continetur XXIII. argumentum. Nimirum, quid est cur anima cupit exire e corpore confecto ætate ac senio, nisi quia senescit æque ac corpus? neque enim dixeris illam metuere sibi ne corpus ætate fractum corrumpat et opprimat eam; quid enim sibi timuerit, si immortalis sit? Verum non ideo recedunt e corporibus animæ, quia sibi metuant a ruina corporum: sed quia confectis ac labefactatis organis jam vitæ munus obire non possunt in corporibus illis.

*Membris senectis*] Artubus senio confectis. Sic v. 884. 894. Sic Salust. lib. Hist. iv. 'omnes quibus se-

necto corpore animus militaris erat.' Sic Plaut. 'senecta ætate.'

775 *Domus*] Corpus.

777 *Denique, connubia, &c.*] His 8. vss. continetur XXIV. argumentum. Nimirum quia, si immortales essent animæ, sequeretur fore ut illæ, quasi apud examina, cum sint numero innumeræ, circumstarent ad cujusvis corporis ortum expectantes, dum in illud insinnaretur aliqua ex illis; vel saltem prior advolans et potissima ingredi diceretur. Quo quid absurdius? Hæc, fateor, absurda sunt, et adversus Pythagoreos argenti non mediocriter. Verum nihil adversus nos facit hæc ratio, qui credimus et docemus animas eo tempore a Deo creari, quo in corpus recenter formatum insinuantur.

*Connubia ad Veneris*] Ad tempus generationis. Sic II. 173.

Innumero numero, certareque præproperanter 780

Inter se, quæ prima, potissimaque, insinuetur :

Si non forte ita sunt animarum fœdera pacta,

Ut, quæ prima volans advenerit, insinuetur

Prima, neque inter se contendant viribus hilum.

Denique, in æthere non arbor, non æquore in alto 785

Nubes esse queunt, nec pisces vivere in arvis,

Nec cruor in lignis, neque saxis sucus, inesse :

Certum ac dispositum est, ubi quidquid crescat, et insit :

Sic animi natura nequit sine corpore oriri

Sola, neque a nervis et sanguine longius esse. 790

Quod si posset enim, multo prius ipsa animi vis

In capite, aut humeris, aut imis calcibus, esse

Posset, et innasci qua vis in parte soleret ;

Quamde in eodem homine atque in eodem vase manere.

*quæ prior, et præcipua celerrime infundatur in corpus recenter natum : nisi forsitan leges animarum ita sint factæ, ut, quæ prior volitans accesserit, prior infundatur : neque inter se vel minimum quid certent. Demum nec arbor potest existere in aëre, nec nubes in vasto mari, nec pisces possunt vivere in agris, nec sanguis potest esse in lignis, nec humor in lapidibus. Scilicet ratus ac statutus est locus, in quo quæque res crescat et sit. Ita natura animi non potest sola nasci, absque corpore, neque abesse seorsum a nervis et a sanguine. Namque si posset istud, ipsa potestas animæ longe citius posset esse in capite, vel in humeris, vel in infimis plantis pedum, et consuesceret oriri in quovis membro : demum remaneret in eodem homine veluti in*

B. 2. *immortalem* Th. Ra.—780 *præproperantur* Vind. *cas properanter* P. Gryph. marg. Ald. Bas. marg. V. marg. 1. *properantur* Ferr. V. ed. Th. Ra.—784 *nec* Mus. B. 1. *contendat* Th. Ra. *illum* Mus. B. 2.—787 *neque* : sic Voss. vet. et L. B. Mus. B. 3. Cant. *nec reliqui*.—788 *Ac deest* V. ed. Th. Ra. *depositum* Mus. B. 2. *quicquam* P. V. ed. Bodl. Gryph. Ferr. Th. Ra. Ald.—789 *animæ* Wakef. marg.—790 *nec* Mus. B. 1.—791 *Hoc* Vind. P. Ald. Bip. Hav. Delph. *multa anima* Mus. B. 2.—792 *talabus* V. ed. *talibus* Th. Ra.—793 *Posset enim nasci* Voss. vet. et L. B. Sus. *quamvis* Th. Ra.—794 *Tandem in toto*

#### NOTÆ

784 *Hilum*] Ne vel minimum quid : vss. 221. 519. &c.

785 *Denique, in athere, &c.*] His 16. vss. continetur xxv. argumentum, quod ducitur ex eo, quod sicut ceteris rebus, v. g. arboribus, nubibus, piscibus, sanguini, succo &c. certa sit regio definita ac stata, in qua quæque nascantur, sint, et crescant : ita et animabus certa sedes esse debet, ni-

mirum corpora, cum quibus seorsum oriri, existere, ac crescere queant. Verum cum hoc argumentum non aliud sit a xiv., non est cur hic ea repetam, quæ ibi respondi, vs. 615. not. Porro hi 13. vss. seqq. repetuntur v. 130.

790 *Longius*] Alii *longiter*. Sic v. 134.

Quod quoniam nostro quoque constat corpore certum ; 795  
 Dispositumque videtur, ubi esse, et crescere, possit  
 Scorsum anima, atque animus ; tanto magis inficiandum,  
 Totum posse extra corpus durare, genique.

Qua re, corpus ubi interiit, periisse, necesse est,  
 Confiteare animam, distractam in corpore toto. 800

Quippe et enim mortalem æterno jungere, et una  
 Consentire putare, et fungi mutua, posse,  
 Desipere est: quid enim divorsius esse putandum est,  
 Aut magis inter se disjunctum, discrepitausque,

*codem vasculo. Quod cum certus locus sit etiam status, ac definitus videatur in corporibus nostris, in quo anima et animus queat separatim existere, et prorescere ; eo magis negandum est posse vivere et generari extra totum corpus. Quapropter, cum corpus periit, oportet ut fatearis animam ablatam de toto corpore etiam interiisse. Scilicet enim dementire est conjungere rem mortalem cum immortalis, et utrumque posse mutuo convenire, et mutuo pati. Quid enim credendum est esse magis contrarium, aut magis inter se alienum, et dissentiens, quam illud, quod est*

*h. aqua ut in toto v. Fab. Quamde ex conj. Benti. maneret vulg.—795 in nostro Vind. Hav. Bip. Delph. corpore rectum Cant.—797 Sursum O. Mus. B. 1. 2. Sorsum Ferr. V. ed. Cant. toto magis Mus. B. 2.—798 Tantum O. Cant. gigni Mus. B. 2.—799 Quâ c. u. interiit Mus. B. 2. periisse Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. fr. Voss. L. B. periitve P. in not.—800 Conficente V. ed. Conficiente Th. Ra.—801 mortalem: sic P. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. mortale reliqui unam P.—802 Constare V. ed. Th. Ra. fingi Mus. B. 2.—803 Dispar Sus. Dissipere Bodl.—804 discrepans Mus. B. 2.—805 peremi Ferr. perhemni V. ed.*

## NOTÆ

798 *Genique*] Gignique. Priscianus x. gigno, genni, pro quo vetustissimi geno protulerunt. Sic i. 129.

801 *Quippe et enim mortalem, &c.*] His 6. vss. continetur xxvi. argumentum ex eo deductum, quod dementiæ esse arguit jungere res mortales cum immortalibus. Corpus autem mortale est, anima vero si foret immortalis, quomodo conjungi possent res adeo inter se diversæ? Verum, nisi potuit Lucretius hoc mente comprehendere, cur potuit intelligere aliunde inane, quod est incorporeum et æternum, immisceri rebus creatis, quæ corporeæ sunt et mortales? Sed alii magni viri id potuerunt bene capere: potuit enim Aristoteles, qui animas immortales in corporibus mortalibus astrinx-

it: potuit Plato, qui mentem æternam per partes mundi hujus caduci et perituri infusam esse voluit: potuit et Hermes, qui, teste Lactant. de Div. Præm. xii. naturam hominis ex mortali et immortalis texuit, unde homo factus sit velut horizon, in quo ima summis, et cælestibus terrena junguntur. Scilicet hi viri et alii agnoverint res alias mortales, alias immortales, operæ pretium fuit, ne extrema essent sine medio, ut quasdam mixtas res facerent ex mortali et immortalis.

802 *Consentire*] Convenire: vel compati, συμπάσχω, concerniari. Sic vss. 154. 170. &c.

*Fungi mutua*] Mutuo pati. vss. 734. 814. et i. 444.

Quam, mortale quod est, immortalī atque perenni 805  
Junctum, in concilio s̄avas tolerare procellas ?

Pr̄æterea, quæquomque manent æterna, necesse est,  
Aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,  
Nec penetrare pati sibi quidquam quod queat artas  
Dissociare intus parteis; ut materiali 810  
Corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante;  
Aut ideo durare ætatem posse per omnem,  
Plagarum quia sunt expertia, sic ut inane est;  
Quod manet intactum, neque ab ictu fungitur hilum :

*mortale, conjunctum esse cum eo, quod est æternum et sempiternum, et in cœtu mutuo ferre diras tempestates? Adde quod ea quæ sunt immortalia, oportet ut vel repellant plagas, quia constant solido corpore, nec sinant rem ullam intrare in se, quæ valeat dissolvere intrinsecus partes eorum connexas, qualia sunt corpuscula prima materiæ, quorum supra declaravimus naturam; vel ut idcirco possint existere per omne tempus, quod non sunt obnoxia ictibus, quale est inane vacuum; quod est intuctile, et quod non patitur quicquam a plaga: vel idcirco quod nulla est facultas*

~~~~~

Th. Ra.—806 Rubrica notatur Voss. L. B. deest Voss. vet. *sævas* Mus. B. 1. P. in not. *salvas* reliqui.—808 *jectus* Voss. vet. et L. B. Vind.—809 *quodque ad* Vind. Mus. B. 3. *quod queat ad* V. ed. *artus* P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant. Th. Ra. Ferr. Ald. Sus.—810 *partus* P. Vind. V. ed. O. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. Sus. *partes* P. in not. et P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. *aut* Sus. Gryph. Bas. deest O. *materiei* P. *materiæ* Cant. *materiæ ceu* P. in not. *materiæ cum* Sus. *materia cum* V. marg. 1.—814 *nec* Mus. B. 1. *figitur* P. Vind. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *fugitur* Bodl. *frangitur* O. Gryph.

NOTÆ

807 *Præterea, quæquomque, &c.*] His 23. vss. continetur xxvii. argum. Scilicet, quia id solum immortale et æternum visum est Lucretio, quod aut solidum est, ut atomus: aut plagæ expertus, ut inane: aut quod loco caret, in quem aut extra quem excedat, ut dissolvatur, ut universum. Hæc enim tria solum statuit æterna, ut observavimus II. 303. Atqui anima nihil tale est. Igitur non est immortalis. Verum respondeo ad hæc omnia, I. Animum quidem non esse atomum, sed solam atomum non esse æternam. II. Animum quidem non esse inane, sed solum inane non esse æternum. III. Animum quidem non esse universum, sed solum universum

non esse æternum. Deus enim æternus est et immortalis: animæ humanæ æternæ sunt et immortales. Est igitur, præter hæc tria, quæ profert Lucretius, quartum genus rerum æternarum. Unde Plutarchus de N. Deor. ex Epicuri mente disserens refert ab ipso quatuor genera rerum corruptionis expertium constitui, ad quod genus quartum refertur ipsa hominis anima. Hi 23. vss. iterantur v. 353.

810 *Materiæ Corpora*] Atomī.

811 *Ante*] Nempē Lib. I.

814 *Fugitur*] Patitur. vs. 803.

Hilum] Minimum quid. vss. 221. 519. &c.

Aut etiam quia nulla loci sit copia circum, 815
 Quo quasi res possint discedere, dissoluique ;
 Sic uti summarum summa est æterna, neque extra
 Quis locus est, quo diffugiant ; neque corpora sunt, quæ
 Possint incidere, et valida dissolvere plaga :
 At neque, utei docui, solido cum corpore mentis 820
 Natura est, quoniam admixtum est in rebus inane :
 Nec tamen est ut inane ; neque autem corpora desunt,
 Ex infinito quæ possint forte coorta
 Prorucere hanc mentis violento turbine molem,
 Aut aliam quam vis cladem inportare pericli : 825
 Nec porro natura loci, spatiumque profundi,
 Deficit, exspargi quo possit vis animai,

loci circum, in quem res queant aliquomodo recedere, et ibi dissipari, veluti totum universum est immortale ; neque spatium est extra, in quod discedant ; neque corpora sunt quæ queant incurrere in illa, et vehementi ictu dissipare ea. Verum, ut ostendi, natura animi non constat corpore solido ; siquidem vacuum est mixtum in rebus. Neque tamen ea natura mentis est sicut vacuum ; neque vero corpora deficiunt, quæ ortu ex immenso universo queant fortasse evertere funditus quasi vehementi procella hanc massam animi : vel inferre ipsi aliam quamlibet calamitatem discriminis atque periculi. Neque etiam natura magni spatii, neque locus immensi universi deest, in quem potestas animæ queat dissipari : vel percussa alia qualibet violentia

Nard. Bas.—815 *Haud* Mus. B. 2. *etiam* Voss. vet. et L. B. *ideo* P. Mus. B. 1. Cant. Ald. et vulg. *igitur* Ferr. V. ed. Th. Ra. O. Mus. B. 2. 3. *corpora circum* Mus. B. 2.—816 *Quod* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. O. Mus. B. 2. 3.—817 *Sicuti* : sic Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. *Sicut* vulg.—818 *diffugiat* Mus. B. 1. 2. 3. Hav. Bip. *nec* Mus. B. 1.—820 H. vs. et usque ad vs. 830. in priscis omn. exempl. desunt exceptis P. Voss. vet. et L. B.—821 *est admixtum rebus* P.—822 *Re tamen* P. Ald.—824 *Cor-*

NOTÆ

817 *Summarum summa*] Universum, omne, τὸ πᾶν. I. 757. II. 303. et alibi.

818 *Quo diffugiant, &c.*] Quasi, ad hoc ut res dissolvatur, cedere debeat a loco in locum ; vel e loco exteriori corpora adveniant, incidant, et incurrant ita magno cum impetu, ut dissolvant res ipsas.

820 *Utei docui*] Nimirum initio hujus libri, ubi animum constare dixit ex subtilioribus atomis, et intermixto ex inani ; quod in cunctis rebus intermixtum esse docuit Lib. I.

822 *Corpora*] Atomi.

823 *Ex infinito*] Ex immenso universo, in quo infinitæ volitant atomi. Lib. I. sub finem.

824 *Prorucere*] Lamb. bene. Alii *convucere*, pro, corrucere.

825 *Cladem pericli*] Periculum, discrimen, damnum.

826 *Profundi*] Immensi universi, quod patet in infinitum secundum omnes dimensiones altitudinis, profunditatis, latitudinis, longitudinis, ut dictum est Lib. I. sub finem.

827 *Erspargi*] Dispergi, dissipari, dissolvi. Animam quippe docuit su-

Aut alia qua vis possit vi pulsa perire :
Haud igitur leti præclusa est janua menti.

Quod, si forte ideo magis immortalis habenda est, 830

Quod vitalibus ab rebus, munita, tenetur ;

Aut quia non veniunt omnino aliena salutis ;

Aut quia, quæ veniunt, aliqua ratione recedunt

Pulsa prius, quam, quid noceant, sentire queamus ;

[Scilicet a vera longe ratione remotum est.] 835

Præter enim, quam quod morbis tum corporis ægrit,

queat interire. Igitur porta mortis non est interclusa animæ. At vero si fortasse anima putanda est magis immortalis, quia tata est a rebus mortiferis ; vel quia res, quæ ipsi adveniunt, non sunt prorsus contrariæ conservationi illius ; vel quia res, quæ adveniunt ipsi, secedunt aliquo modo, et remouentur antea quam possimus percipere quid damni afferant ; nimirum hæc omnia prorsus aliena sunt a veritate rei. Namque ob id morbi, quod tunc est animæ, cum corpus agrum est, accedit illud,

ruere Gif. Par. Gryph. Nard. Cont. Bas. P. Ald.—828 *teneri* P. Gif. marg. Ald. Gryph. marg. Bas. marg.—829 *deest* Voss. vet. et L. B.—831 *Post h. vs. collocant vs.* 835. Gryph. Nard. *Qui* Mus. B. 1. *in talibus* V. ed. Th. Ra. *lethalibus* Creech. Hav. Bip. Delph. a Mus. B. 1. *ad Cant.*—832 *H. vs. sequenti postponitur* Sus. *aliena salute* Sus. V. marg. 1. O. *plena salutis* Mar. P. Ald. *abluia* Gassend.—833 *reliqua* Mus. B. 2.—834 *qui* Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. Gryph. *quod* Mus. B. 1. *noceat* Gryph. Nard. Bas.—835 *H. vs. deest omn. exempt. præter P.*—836 *Propter ægrit* V. ed. Bodl. *morbis est* Vind. V. ed. O. Mns. B. 1. 2. 3. *Cant. quæ* V. ed. Th. Ra. *cum P. Vind. Bodl. Ald. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. corporis ægrit* Voss. vet. et L. B. *corpus agrotat* reliqui.

NOTÆ

pra vs. 230. et seqq. constare ex quatuor, aëre, igne, flatu, et quarta nominis experte natura.

Vis animæ] Natura animæ, anima.

830 *Quod, si forte, &c.*] His 12. vss. occupatio est, cujus solutio locum tenet xxviii. argumenti adversus Animæ humanæ immortalitatem. Itaque non est, inquit, quod quis pro Animæ immortalitate dicat animam a rebus letalibus et mortiferis esse tutam, vel quia quæ incommoda et mala veniunt animæ, ea non sunt prorsus aliena ab illius salute; hoc est, non sunt omnino illi noxia, nec ei mortem valent inferre: vel si noxia fuerint, sane prius repelluntur, quam sentiatur damnum quod inferunt. Namque hæc duo falsa esse arguit cum ex corporis morbis, quo-

rum contagione anima ipsa labefactatur; tum ex ipsius animi curis, angoribus, lethargo, phreuci et ex ejusmodi affectibus, quibus mens contabescit. Igitur obnoxia est anima rebus mortiferis, et morti. Verum, ut supra monui, non hæc Animæ aut Animi sunt deliquia, sed corporis ipsius ac organorum defectus.

831 *Vitalibus* [*lethalibus*] Lamb. Paræus, et alii plures, bene. J. Nard. *vitalibus*; male ut patet, et contra Poëtæ mentem.

832 *Aliena salutis*] Vel a salute: h. e. mortifera. J. Nard. *plena salutis*; male pariter, et contra Lucretii sententiam.

836 *Præter enim, quam quod* [*quod tum, &c.*] Ita Lambinus, bene; i. e. præter enim id morbi, quod tum est

Advenit id, quod eam de rebus sæpe futuris
 Maceret, inque metu male habet, curisque fatigat;
 Præteritisque male admissis peccata remordent.
 Adde furorem animi proprium, atque oblivia rerum; 840
 Adde, quod in nigras lethargi mergitur undas.
 Nihil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum,

quod vexat eam plerumque de rebus venturis, et quod tenet eam pessime in timore, et frangit sollicitudinibus; et deliquia commissa anteactis annis cruciant eam. Adjunge his rebus etiam propriam insaniam mentis, et obliviones rerum: adjunge, quod ipsa mens immergitur in utras aquas lethargiæ. Ergo mors non est aliquid;

—837 *futurum* Mus. B. 2.—838 *Macerat* P. vulg. edd. *metum* Sus.—839 *Præteritum* Mus. B. 2. *admissa malis* P. O. Cant. Gryph. Nard. V. marg. V. *male admissa* Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. *anis peccata* Par. *admissa anis p.* vulg. edd.—840 H. vs. deest Mus. B. 1.—841 H. vs. deest Vind.—

NOTÆ

animæ, cum corpori ægre est; h. e. cum corpus ægrum est. Nard. et alii, *Præter enim quam quod morbi est, cum corpus ægrôtat*. Peccat enim hic versus in mensura: deinde sensus obscurior est. Alii: *Cum corpus et agrit*. Quasi *agrit* pro ægrescit, ægrotat. Recte tamen *cum corpori ægre est*. Neque te moveat si non fiat eclipsis vocalis unius ante aliam. Hæc enim forma loquendi familiaris est Lucretio passim.

839 *Male admissis* [Annis] Alii *malis*; minus eleganter, ut patet.

840 *Furorem animi proprium*] Phrenesim, quæ morbus est animi insanientis, et furore agitati.

841 *Lethargi*] Vel lethargiæ, vs. 466.

842 *Nil igitur mors est, &c.*] Hactenus Poëta de animæ mortalitate; quæ prima pars fuit dissertationis propositæ initio hujus libri vs. 35. et 36. Nunc autem ab h. vs. ad vs. 1067. contendit persuadere mortem aut nihil esse, aut nihil ad nos pertinere, quæ altera pars fuit dissertationis propositæ supra vs. 37. 38. 39. et 40. Itaque his 13 vs. docet i. a simili, ut aiunt, mortem ipsam, aut

ea quæ nobis post mortem feruntur eventura, nihil magis ad nos pertinere, quam quæ in anteactis temporibus evenerunt. Sicut enim v. g. nullo terrore fuimus percussi, cum de totius orbis terrarum imperio Carthaginenses cum Romanis certarunt, ita nec futurarum rerum eventus nos debet terrere. Quod præclare complexus est Cicero i. Tusc. his verbis: 'Natura vero sic se habet, ut quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster offerat, sic exitum mors, quæ, ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. In quo quid potest esse mali, cum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos? Alteri nulli sunt: alteros non attingit,' &c. Et paulo ante: 'Qui enim satis vident id, quod est luce clarius, animo et corpore consumto, totoque animante deleto, et facto interitu universo, illud animal, quod fuerit, factum esse nihil; is plane perspiciet inter Hippocentaurum, qui nunquam fuerit, et regem Agamemnonem, qui fuit, nihil interesse: nec pluris facere nunc M. Camillum hoc civile bellum, quam illo vivo ego fecerim Romam captam,'

Quandoquidem natura animi mortalis habetur.
 Et, velut ante acto nihil tempore sensimus ægri,
 Ad configundum venientibus undique Pœnis; 845
 Omnia quom, belli trepido concussa tumultu,
 Horrida, contremuere sub altis ætheris auris;
 In dubioque fuere, utrorum ad regna cadundum
 Omnibus humanis esset, terraque, marique:
 Sic, ubi non erimus, quom corporis atque animai 850
 Discidium fuerit, quibus e sumus uniter aptei;
 Scilicet haud nobis quidquam, quoci non erimus tum,
 Adcidere omnino poterit, sensumque movere:

neque vel minimum spectat ad nos, siquidem natura animæ est mortalis. Et sicut nihil mali passi sumus in tempore præterito, cum Carthaginenses accurrerent ex omnibus partibus ad pugnandum, et cum omnia percussa horrendo motu belli quasi horrenda tremuerunt sub summis flatibus æris, et cum incertum fuit cunctis hominibus, sub quorum imperia deveniendum sibi esset tam in terra quam in mari: ita postquam non erimus, ubi scilicet separatio animæ et corporis facta fuerit, ex quibus facti sumus quid unum; nimirum nihil prorsus poterit evenire nobis, qui non erimus tunc; aut tangere nostros sensus, etiamsi terra misceretur cum mari,

847 *altas auras* Voss. vet. *altas oras* Sus. *oris* Gif. Par.—848 *Ni Vind.* V. ed. Mus. B. 1. 3. Ferr. Th. Ra. *fuere* Gif. Par. *fuit* vulg. edd. *utroque* Ferr. V. ed. Th. Ra. V. marg. 1. Bødl. *sub utrorum regna* vulg. edd. *cadenda* Sus.—849 *maris* Mus. B. 1.—850 *nos erimus* V. marg. 1. *corporum* Mus. B. 2.—851 *Discidium* P. Mus. B. 1. 2. *Distigium* Sus. V. marg. 1. *fuere* Mus. B. 1. *e sumus* Voss. vet. *hæsinus* reliqui. H. vs. adulterinum appellat Gif. marg. Post h. inseritur: *Nam si materiam nostram conlegerit atus.* Gryph.—852 *aut* Mus. B. 2. *quom vel cum* non P. V. ed. Ferr. Th. Ra. Ald. Mus. B. 3. *eri inustum* Mus. B. 2. *tam* V. ed. Th. Ra. *tunc* Mus. B. 2.—853 *monere* Par.—856 *De-*

NOTÆ

&c. Eodem argumento usus est Epicurus apud Laërt. Lib. 10.

Hilum] Vs. 814.

844 *Nil ægri*] Nil mali, nullum malum.

845 *Ad configundum*] Supp. adversus Romanos.

Pœnis] Carthaginensibus, qui duce Annibale Romanis bellum intulerunt. Tit. Liv. Flor. &c.

847 *Sub altis ætheris auris*] Sub æthere, sub cælo.

848 *In dubioque fuere* [*fuit*] *sub*, &c.] Lamb. bene. Alii minus recte: *In dubioque fuere utrorum ad regna cadenda.*

dum. Quasi ‘fuere’ antique pro, esset.

Utrorum] Pœnorumve, an Romanorum.

849 *Omnibus humanis*] Omnibus hominibus.

851 *Quibus e sumus uniter aptei*] H. e. e quibus facti et conflati sumus aliquid unum, nempe homo, qui corpore et anima constat.

Uniter] Unum quid. Sic vs. 858.

853 *Sensumque movere*] Sensum quidem corporis et animi; cum utrumque petire ceuseat Lucretius. I. e. male afficere corpus et animum.

Non, si terra mari miscbitur, et mare cœlo.

Et, si jam nostro sentit de corpore, post quam 855
 Distracta est animi natura, animæque potestas;
 Nihil tamen est ad nos, quei comptu conjugioque
 Corporis atque animæ consistimus uniter aptei.
 Nec, si materiam nostram conlegerit ætas
 Post obitum, rursumque redegerit, ut sita nunc est; 860
 Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ;
 Pertineat quidquam tamen ad nos id quoque factum,

aut terra cum cœlo. Et, si natura animi, et vis animæ habet aliquem sensum, postquam divulsa est jam de nostro corpore; tamen hoc nihil pertinet ad nos, qui compositi sumus in unum quid ex concilio et conventu corporis et animæ. Neque pariter, si tempus contraxerit primordia nostra post mortem, et iterum posuerit ea, sicut nunc posita sunt; et lux vitæ concessa rursus fuerit nobis; tamen non est cur

//////////

tracta Voss. vet. et L. B. Sns. *Distracta* reliqui.—857 *hoc ad nos* vulg. edd. *qui deest* V. ed. Th. Ra. *quin* Ferr. *coitu* Gif. Par. Gryph. Nard. *coitu* Voss. L. B. V. marg. Hav. Bip. Delph. *conctu* Mus. B. 2.—858 *unica capti* Mus. B. 2.—859 H. vs. *deest* Ald. *actas* V. ed.—860 *non est* Mus. B. 2.—861 *lumine* Sns.—862 *Pertineat* V. ed. Th. Ra. *quod factum* Voss. vet. et L. B. Voss.

NOTE

855 *Et, si jam nostro, &c.*] His 28. vs. duplicem præoccupat objectionem, quæ adversus ea quæ jam docet fieri potuit, et cuius utriusque solutio habetur in locum argumenti II. quo probat aut mortem nihil esse, aut ad nos nihil pertinere. Itaque potuit quis Lucretio objicere, primum animam sibi sensum, postquam e corpore recessit, servare ac retinere: secundo futurum forte, ut eadem corpuseula et atomi, quibus constabat homo qui moritur, eodem ordine, et in eundem hominem compaginari queant. Respondet autem utrumque nihil ad nos pertinere. Non primum, quia homo constat ex corpore et anima simul junctis; unde anima seorsum sentire non valet. Non secundum, quia, cum semel vitæ nostræ cursus est interruptus per mortem, fieri nequit ut olim doleamus de iis quæ fecimus antea, neque de iis

quæ patraturi sumus postea, etiamsi nostræ eadem atomi concurrant, ac congregantur iterum in eosdem homines, ac similes nobis ipsis. Itaque in ea est opinione Lucretius, ut tandem aliquando ex infinito cieri possint eadem atomi in easdem res quæ antea jam extiterint, vel in eosdem homines qui jam fuerint: sed negat hos homines posse recordari seipsos aliquando extitisse, quia cursus vitæ prioris interruptus adimit omnino sensum cum corporis tum animi.

856 *Animi natura*] Animus.

Animæ potestas] Anima.

858 *Uniter aptei*] Compacti in unum quid, vs. 851.

859 *Materiam nostram*] Atomus, ex quibus constamus.

Conlegerit] Antiqua scriptura, pro, collegerit.

861 *Lumina vitæ*] Vita.

Interrupta semel quom sit repetentia nostris ;
 Et nunc nihil ad nos de nobis adtinet, ante
 Quoi fuimus : nec jam de illis nos adficit angor, 865
 Quos de materia nostra nova proferet ætas.
 Nam, quom respicias immensi temporis omne
 Præteritum spatium ; tum motus material
 Multimodei quam sint ; facile hocce' adcredere possis,
 Semina sæpe in eodem, ut nunc sunt, ordine posta : 870

hoc etiam factum spectet ullatenus ad nos, siquidem reptans cursus vitæ nostræ jam semel interturbatus est. Et jam nunc nihil spectat ad nos de nobis ipsis, qui antea extitimus ; neque jam nunc anxietas lacerat nos de illis, quos futurum tempus procreabit de nostris primordiis. Namque, si contempleris totum intervallum temporis infiniti anteaactum, atque etiam quam varii sint motus atomorum, sane ratio erit cur queas haud difficile credere istud, nimirum primordia multoties sita fuisse in



marg.—863 *retinentia* Gif. Par. Gryph. marg. Cont. Bas. marg. P. Ald. *re-*
pentia Vind. V. ed. Bodl. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. Gryph. Nard. Sus.
 Delph. *repensia* O. Mus. B. 1. *nostris* Gif. Par. Cont. *nostrum* Mus. B. 2. *nobis*
 P. in not. Gryph. marg. *nostra* Lamb. Hav. Bip. Delph.—864 *Te* Voss. vet.
 et L. B. *Enunc* Voss. marg. *attineat* Voss. vet.—865 *funus* Vind. *sumus* Mus.
 B. 1. 2. 3. *nec* deest Voss. vet. L. B. Ferr. V. ed. Th. Ra. *jam jam* Cant. *affigit*
 Ferr. V. ed. Th. Ra. Voss. vet. et L. B. Sus. *effugit* V. marg. 1. *affligit* V.
 marg. 2.—866 H. vs. *deest* Voss. vet. et L. B. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3.
 Cant. Ferr. Th. Ra. V. marg. 1.—867 *Nam cur* Mus. B. 1.—868 *motum* Mus.
 B. 2.—869 *Multimodis* Mus. B. 1. *id credere* O. Mus. B. 1.—871 *attamen*

NOTE

863 *Repentia*] Subst. a verbo repo ;
 i. e. tacita et sensim progrediens vi-
 vendi assiduitas. Vocat autem vitæ
 cursum *repentiam*, non inconcinne,
 quia vita non subsultim, sed sensim
 sine sensu, insectorum animalium in
 morem, repit atque procedit. Alii
 legunt *repentia* subst. etiam, h. e.
 recordatio, ἀναμνησις. Hinc alii *reti-*
nentia, subst. quoque, i. e. recordatio
 pariter. Viderit lector, quæ lectio
 melior videatur.

864 *Et nunc nihil ad nos, &c.*] I. e.
 neque nunc de iis solliciti sumus, qui
 fuerunt iidem ipsi qui nunc sumus ;
 neque rursus solliciti sumus de iis,
 aut eorum incommodis angimur, qui
 de eadem nostra materia creabuntur
 olim.

De nobis] De aliis nobismetipsis.

Finge v.g. alterum Lucretium poetam
 extitisse ante hunc nostrum, sane hic
 noster Lucretius nihil curavit : simi-
 liter finge tertium Lucretium alium
 futurum, sane nec de futuro isto la-
 boravit hic noster Lucretius. Scili-
 cet neque qui fuerunt, neque qui
 erunt, etiam alii nos ipsi, ullatenus ad
 nos nunc existentes pertinent.

866 *De materia nostra*] De nostris
 atomis, vs. 859.

867 *Immensi*] Fallitur in hoc Lucre-
 tius, quod tempus statuatur ab æterno
 æternum. Vel 'immensi,' i. e. longi.

868 *Materiai*] Atomorum.

869 *Multimodici*] Diversi, varii, mul-
 tiplices.

870 *Semina*] Atomi, primordia.

Posta] Posita ; syncope.

Nec memori tamen id quimus reprehendere mente ;
 Inter enim jacta est vitæ pausa, vageque
 Deerrarunt passim motus ab sensibus omnes.
 Debet enim, misere est quoi forte ægreque futurum,
 Ipse quoque esse in eo tum tempore, quoi male possit 875
 Adcidere : id quoniam mors eximit, esseque prohibet
 Illum, quoi possint inconmoda conciliari

eo ordine, sicut nunc sunt: neque tamen possumus retinere istud animo memori. Namque cessatio vitæ interposita est, et cuncti motus longe passim vagati sunt a sensibus. Etenim cum cuidam fortasse infelicitè et male venturum est, ille ipse debet etiam existere in eo tempore, ut ei queat evenire misere. Verum cum mors tollat illud tempus, et impediât illum antea exitisse, cui hæc eadem mala, quibus

~~~~~

Voss. marg. *deprendere* Mus. B. 1. vulg. edd.—872 *Intus* Mus. B. 2. *vitæ* Mus. B. 1. Th. Ra. V. ed. *vagæ* P. Gryph. Ald.—873 *a sensibus* Mus. B. 1.—874 *miserè est* Voss. vet. et L. B. *miser est* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Bodl. Mus. B. 1. 3. Cant. *miser et* P. Mus. B. 2. *cum forte* Gryph. Delph. Nard. Bas. *quoi deest* Ferr. V. ed. Th. Ra. *quist ægreque futurus* P. *ægerque* P. in not. *si forte* Voss. marg.—875 *cum tempore* P. V. ed. O. Ferr. Th. Ra. Ald. *cum vel quom male* edd. vulg.—876 *id omn.* vet. exempl. at edd. vulg. *mox* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *eximis* Mus. B. 2. *esseque prohibet* Voss. vet. et L. B. Salmas. Voss. marg. *esse perinde* P. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *esse prohibe inde* V. ed. *im prohibetque* Fab. Hav. Bip. *esse prohibe* Vind. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. *esse inde* Th. Ra. *esse probatum* Sus. V. marg. 1. Cant. *esse proclive* V. marg. 2. O. *esse proinde* V. marg. 3. *esse prohibere* Bodl.

#### NOTÆ

871 *Memori reprehendere* [*deprendere*] *mente*] Recordari, meminisse.

872 *Inter enim jacta*] Tmesis, pro Interjecta enim.

*Vitæ pausa*] Vitæ cessatio, ac quies; sic infra vs. 943. r. 745. rr. 118. i. e. facta vitæ interruptio.

873 *Deerrarunt*] Secesserunt, vagati sunt, cessaverunt.

874 *Debet enim, &c.*] Hujus loci hæc est sententia: is, qui forte miser ac æger futurus est, debet eo existere tempore, quo male sibi potest ægre esse: vel debet in eo esse tempore, cui misere potest accidere, atque ita, quo tempore sibi misere et ægre futurum est; alioquin non poterit usquam esse miser. At homo mortuus jam desinit esse in ullo tem-

pore; ergo nullo modo potest esse miser. Sic de his præclare disputat Cic. Tusc. 1.

876 *Id*] Supp. tempus, vs. 875. Duo quippe statuit Poëta, tempus, in quo homini misere potest evenire: et hominem, cui male potest accidere. Docet autem hoc utrumque tolli per mortem: mors quippe adimit tempus illud: prohibetque hominem mortuum fieri posse miserum, cum jam non existat in tempore, in quo ipsi male possit accidere. Alii legunt *im pro eum*, quasi olim diceretur *im pro eum*. Quanquam Lambinus ipse docet in codicibus Mss. legi 13. pro *im*: ego inde legendum puto *id* pro 13. Viderit lector.

Hæc eadem, quibus e nunc nos sumus, ante fuisse ;  
 Scire licet nobis nihil esse in morte timendum ;  
 Nec miserum fieri, qui non est, posse ; neque hilum 880  
 Differre, a nullo fuerit jam tempore natus ;  
 Mortalem vitam mors quom immortalis ademit.

Proinde, ubi se videas hominem indignarier ipsum,  
 Post mortem fore, ut aut putescat corpore posto,  
 Aut flammis interfiat, malisve ferarum ; 885

*jam nunc ipsi vexamur, queant comparari : juvat agnoscere nihil metuumdum esse nobis in morte : neque ullum posse esse infelicem, qui non extat ; et nihil referre, utrum in nullo tempore ortus extiterit antea, cui mors æterna sustulit vitam mortalem. Itaque, cum cernas hominem dolere seipsum futurum post mortem, ut vel putrefiat corpore deposito in terra, vel ut absumatur igne, aut maxillis belluarum ;*

—878 *Nec Th. Ra. in quibus Vind. et edd. vulg. e deest Vind. V. ed. Th. Ra. et vulg. ægri nos sumus Mar. ægri nunc sumus Gryph. Nard. Bas. Delph.*—879 *nil P.*—880 *miseris V. ed. Th. Ra. nec hilum Mus. B. 1.*—881 *Difficere Mus. B. 2. a nullo Mus. B. 1. 2. 3. Cant. an ullo Voss. vet. et L. B. an nullo Ald. Bip. Hav. Delph. qui tempore Sus.*—882 *cui immortalis Vind. Mus. B. 2. edd. vulg.*—883 *miserarier Lamb. in not. Creech.*—884 *putrescat vulg. aut ut puti V. marg. 1. putrescans Sns. putes Ferr. V. ed. Th. Ra. putiscat quidam.*—885 *Aut interfiat morsu malisve Creech. P. in not. Aut malis interfiat is P. in*

## NOTÆ

880 *Neque hilum*] Nihilumque, vs. 814.

881 *Proinde, ubi se, &c.*] His 24. vs. continetur III. argumentum. Scilicet increpat eos, qui, licet nullum sibi post mortem sensum superfuturum fateantur, dubii tamen hærent, sibi que in animo fingunt fore ut aliquid sibi mali accidat: verenturque magis ne aut a feris devorentur, aut rostris volucrum lacerentur, quam aut igne crementur, aut melle præfocentur, aut frigore rigeant. Cum tamen aliud alio non videatur acerbius. Itaque falsa est hæc indignatio, falsa cogitatio, falsusque metus, cum post mortem nihil nostri supersit vivum, aut sensu præditum, quod pati possit. Scilicet totus in eo est Lucretius, ut mortem non modo malorum omnium maxime horrendum non esse, sed ne ullum quidem esse

malum persuadeat. Quippe quicquid boni vel mali ad nos pertinet, id cum sensu sit necesse est. Mors autem, inquit, privatio sensus est. Igitur nihil ad nos ipsa pertinet. Verum quod mors sensus externi sit privatio; atque adeo quod nihil in morte timendum sit, quod deinceps visum, auditum, olfactum, gustatum, aut tactum ingrate afficiat, hoc sane cum Lucretio admittimus; cum hæc sine corpore esse nequeant, corpus autem per mortem dissolvatur. At, quod mortem velit esse privationem animi, qui suo modo sensus est internus, et quo superstitie sensum superesse proficitur, id nos etiam atque etiam improbamus.

881 *Posto*] Posito. Syncope est. Id est, in terra condito, humato.

885 *Interfiet*] Interficiatur, absumatur, cremetur. Sic II. 1067. 'Con-

Scire licet, non sincerum sonere, atque subesse  
 Cæcum aliquem cordi stimulum; quam vis neget ipse  
 Credere se quemquam sibi sensum in morte futurum.  
 Non, ut opinor, enim dat, quod promittit et unde,  
 Nec radicitus e vita se tollit, et eicit; 890  
 Sed facit esse sui quiddam super inscius ipse.  
 Unus enim sibi quom proponit quisque, futurum  
 Corpus utei volucres lacerent in morte, feræque;  
 Ipse sui miseret: neque enim se dividit hilum,

*jurat noscere illum non dicere veritatem, et certum quendam aculeum inesse in corde illius; etiamsi ipse deneget se putare ullum sensum superstitem fore sibi post mortem. Neque enim, ut puto, præbet, quod pollicetur; et deinde neque se evellit funditus aut expellit e vita: verum ignarus ipse fingit aliquid sui superesse. Cum enim unusquisque vivus fingit sibi in animo fore, ut aves et bestiae dilacerent sibi corpus post mortem, ipse miseretur sui; neque enim vel minimum liberat se, nec*

not. *interficiat malisne* Mus. B. 1.—886 *Sive* Mus. B. 1. *nos in cerum* V. ed. Voss. Bodl. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. *nos incertum* Mus. B. 1. *Sus. nos id cæcum* Mus. B. 2. *sonare* Mus. B. 2.—887 *aliqui* Cant.—888 *Credens* Mus. B. 2. *quicquam* Cant.—889 *inde* V. ed. P. Th. Ra. Ald. Bip. Hav. Delph. *abunde* omisso et P. in not. Gryph. Nard. Bas. Lamb.—890 *radicitus* V. ed. Voss. vet. et L. B. Th. Ra. *ut pro et* Mus. B. 2. *icit* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Gryph. Nard. P. Ferr. Th. Ra. Ald.—891 *insuper* Mus. B. 3. *justius ipse* V. ed. Bodl. Th. Ra. *ipsius ipse* Gif. marg. Gryph. P. Ald.—892 *Unus* P. Mus. B. 1. Ald. *Unius* V. ed. O. Mus. B. 2. *Vivus* vulg. *Minus* Bodl.—893 *morte sævæque* O. *corpore sævæ* Mus. B. 1.—894 *miser et* V. ed. Mus. B. 3. Th. Ra. *miser est* O. Mus. B. 1. Cant. V. marg. 1. *nec* Mus. B. 1. *dividit* P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Nard. Creech.

## NOTÆ

fieri' pro, confici. Et v. 889. Sic Plaut. Trin. 'confit cito,' pro, conficitur.

*Maliste ferarum, &c.*] I. e. a feris devoretur, insepultus scilicet, et projectus, inhumatus. Huc sane pertinet illud Diogenis, qui cum post mortem projici se jussisset inhumatum, tum sibi amici dixerunt: 'Volucrisne et feris?' 'Minime vero,' inquit, 'sed hæcillum prope me, quo abigam, ponitote.' 'Qui poteris?' inquit illi; 'non enim senties.' 'Quid igitur,' inquit ille, 'mihî ferarum laniatus oberit nihil sentienti?'

886 *Sonere*] Antiquè pro sonare. Nonius.

887 *Cæcum*] Incognitum, stultum, falsum, et inanem.

889 *Et unde* [*inde*] I. e. et deinde. Ita omnes, præter Lambinum, qui legit *abunde*, quod refert ad verbum 'dat;' quia, inquit, in vet. Ms. legitur, *et unde*.

890 *Eicit*] Pro, ejicit; dactylicus versus. Quid si legeremus *icit*, ab icio, quod est pello?

891 *Esse super*] Tmesis, pro superesse.

894 *Miseret*] Pro, miseretur. Sic Plaut. in Trin. 'Cave tui alius miseret.' Quanquam Lambinus ait se legisse in codice Joviani Pontani manu adscriptum: *ipse sibi miser est*.



Nec removet satis, a projecto corpore; et illud 895  
 Se fingit, sensuque suo contaminat adstans.  
 Hinc indignatur se mortalem esse creatum;  
 Nec videt, in vera nullum fore morte alium se,  
 Qui possit vivus sibi se lugere peremptum,  
 Stansque jacentem se lacerari, urive, dolere. 900  
 Nam, si in morte malum est, malis morsuque ferarum  
 Tractari; non invenio, qui non sit acerbum,  
 Ignibus inpositum, calidis torrescere flammis;  
 Aut in melle situm subfocari, atque rigere

*arcet satis illas a corpore suo humi prostrato insepulto; et videtur jam ipse esse illud corpus projectum; et quasi jam tunc adesset, coinquinat illud suo sensu. Inde fit ut doleat se natum esse mortalem; nec cernit neminem alterum se futurum in vera morte, qui queat aut vivens deflere se esse mortuum, aut stans, deflere se prostratum; nec qui queat gemere se dilacerari aut cremari. Etenim, si acerbum est distrahi maxillis et dentibus bestiarum, non reperio qua ratione non sit etiam malum hominem torrerī ardentibus flammis inpositum ignibus: vel positum in*

marg. vindicit Gif. Par. vindicat Lamb. vidit illum Voss. vet. illum Bodl. hitum P. O. Mus. B. 2. Cant. illum reliqui.—895 Pro illud, P. Mus. B. 2. hihum: ceteri illum, vere, censente Wakef. ut respiciat hominem in corpore delitescenti. 'Totus locus ita f. rectius scribi potest... dividit ipsum... corpore; at illum Se fingit.' Wakef.—897 Hic Mus. B. 2.—898 videtur V. ed. Th. Ra.—899 Cui Ferr. V. ed. Th. Ra. Sus. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. posset Cant. unius V. ed. Th. Ra.—900 jacenter Sus. se deest Ferr. V. ed. Th. Ra. nec lacerari Hav. Bip. Delph. uti Mus. B. 1. deest Mus. B. 2. dolere Lamb. dolore reliqui.—902 cui Mus. B. 2.—903 torrescere O. terrere se care V. ed. terrere se

## NOTÆ

Quasi miser pro, misericors. Non laudatur hæc interpretatio.

*Hilum*] Vel minimum quid, vs. 880.

895 *Nec removet*] Supp. feras et aves, vs. 893.

896 *Se fingit . . . illud*] H. e. jam videtur sibi ipse esse hoc corpus projectum feris et volucris, insepultumque.

*Sensuque suo contaminat*] Supp. illud ipsum corpus insepultum, et exsangue, quod se esse fingit. Quippe quia cadaver nullo sensu præditum est, hinc contaminat illud talis homo, qui fingit se horrere ferarum morsum, quia tribuit sensum corpori exanimato, quod omni caret sensu. Quod quidem non faceret, si corpus exanimi

mum omni sensu carere sibi persuasum haberet.

898 *Alium se*] Alium sibi similem. V. g. Lucretius, qui indignatur se mortalem natum esse, non videt in morte vera nullum alium fore Lucretium, qui vivus et stans possit se mortuum et jacentem lugere.

902 *Qui*] Quomodo, quod.

903 *Calidis torrescere flammis*] Comburī, cremari, in rogam imponi.

904 *In melle situm subfocari*] Hoc quoque genus sepulturæ fuit usurpatum a veteribus, aut certe ratio servandorum corporum. Cujus meminit Xenophon v. Ἑλληρικῶν, ubi narrat Agesipolin Lacedæmonium gravi morbo affectum, eoque ipso morbo consumptum die septimo, in melle po-

Frigore, quom summo gelidi cubat æquore saxi ; 905  
 Urguerive, superne obritum, pondere terræ.

‘ Nam jam non domus adciipiet te læta, neque uxor

Optuma, nec dulces obcurrent oscula natei

Præripere, et tacita pectus dulcedine tangent.

Non poteris factis florentibus esse ; tuisque 910

*melle præfocari: aut etiam algore horrescere, quando jacet in suprema planitie lapidis frigidi: vel opprimi obrutum gravitate terræ superimpositæ. Verum, inquit, jam familia tua gaudens non excipiet te, neque sponsa tua optima, neque cari tui liberi obviam ibunt interciperi tibi busia, nec afficient tibi cor secreta jucunditate. Neque etiam poteris esse adjumento tibi aut tuis per præclaras tuas*

~~~~~

Th. Ra. *torrere* Mus. B. 1. *torreve* Mus. B. 3.—904 *At* Mus. B. 1. *molle* Gryph. marg. *mole* Bas. marg. P. Ald.—905 *in summo* edd. vulg.—906 *obruptum p. certe* Bodl. Ferr. *obrutum* Sus. Voss. vet. et L. B. *obtritum p. cratis* P. in not. V. marg. 1.—907 *Nam jam* Voss. vet. *At jam* P. Ald. Mus. B. 2. *At tua* P. in not. V. marg. 1. *Am jam* Voss. marg. Voss. L. B. *At viam* V. ed. Th. Ra. *Atviam* Ferr. *Jam nam* O. *Ain ne* Mus. B. *jam* Cant. *aniam* Vind. Voss. L. B. *desunt vocc.* Mus. B. 3. *nec* Mus. B. 1.—909 *Percipere* V. ed. Mus. B. 1. Th. Ra. *Præcipere* O. Mus. B. 2. *Percupere et tanta* Cant.—910 *facti* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. *fatis* P. Ald. *factis tibi fortibus* edd.

NOTÆ

situm, et Lacedæmonem revectum ac regia sepultura fuisse donatum. Sic Varro *περὶ τοφῆς*: ‘ Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui præcepit, ut comburerent, quam Democritus, qui ut in melle særvarent: quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsæ emere possimus.’

905 *Summo æquore saxi*] Supremo saxo, aut marmore plano, polito, et bene æquato. Sic mare, ut supra monui, dicitur æquor ab æqualitate et planitie sua.

906 *Pondere terræ*] Alii, *pondere cratis*, ut alludatur ad Carthaginensium morem, qui hoc supplicii genere sunt usi, ut est apud Plaut. in *Pœnul.*

907 *Nam jam non domus, &c.*] His 18. vs. continetur IV. argumentum. Scilicet solvit objectiones, quæ fieri possunt adversus vitæ commoda, quibus privantur mortui, si nihil eorum post mortem supersit. Ad quid enim

uxoris, liberorum, ac familiæ tot satisfactiones amoris, ac blandimenta? Quid tua te et tuos juvabunt præclare facta, si totus in morte peribis? Respondet Lucretius hæc anilia esse officia, cum ad vitæ, quæ nulla est post mortem, felicitatem ac dulcedinem conducere valeant. Quæ quidem si parentes et amici bene noscerent, magno se animi angore liberarent. Namque sicut mortuus homo earum rerum cupidine nulla tenetur ac desiderio, ita nec earumdem privatione aduritur aut movetur. Verum stultitiam et cæcitatem arguit superstitum, qui mortuos lugent; et ad mortuorum tumulum astantes perpetuo flent, cum mortui in æternum morte sopiti erunt, ut jam sunt, nec nostris fletibus, angoribus, doloribus, aut vocibus usquam movebuntur.

Domus] Familia; servi nempe et parentes.

908 *Optuma*] Antiquè pro optima.

Præsidium: misero misere,' aiunt, 'omnia ademit
 Una dies infesta tibi tot præmia vitæ.'
 Illud in hiis rebus non addunt: 'Nec tibi earum
 Jam desiderium rerum insidet insuper una.'
 Quod bene si videant animo, dictisque sequantur, 915
 Dissolvant animi magno se angore, metuque.
 Tu quidem, ut es, lecto sopitus, sic eris, ævi
 Quod super est, cunctis privatus doloribus ægris:
 At nos horrifico cinefactum de prope busto
 Insatiabiliter deflebitur; æternumque 920
 Nulla dies nobis mœrorem e pectore demet.

actiones. Et, infelix, o infelix, inquit omnes; unus infelix dies abstulit tibi cunctos tot fructus vitæ. Verum non adiciunt istud in his rebus, nimirum quod necdum jam amor istarum rerum simul quoque inest tibi. Quod quidem si bene cernant mente, et exequantur re verba, liberabunt se anxietate mentis, et magno timore. Tu vero, sicut es soporatus morte, ita eris per omne tempus, quod restat, expers quidem omnium dolorum morbidorum. Nos contra lugebimus insaturabiliter stantes juxta te redactum in cineres in pyra; et nullus dies adimet nobis e corde

~~~~~

vulg. *factis tuis fortibus esse cuiquam* Voss. marg. *esse tuis* Gif. Par.—911 *Præsidio* edd. vulg. *misero misere* Vind. V. ed. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. Gif. marg. *misere misere* Bodl. *miser! o miser!* Gryph. marg. P. Ald. Hav. Bip. Delph. *misera misero* O. *misere* secunda dictione omisa Mus. B. 2. *autem pro aiunt* Mus. B. 1. *demit* Vind. Mus. B. 1. 2. 3.—914 *rerum super insidet* P. Bodl. O. Cant. *rerum super insit et* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 3. Th. Ra. *incidit* V. marg. 2. P. in not.—915 *Quo* Sus. *se* V. ed. Th. Ra. *sequatur* Cant.—917 *Tu quidei mitte* Mus. B. 1. *lecto* P. in not. *lecto* vel *letho* vulg. *latu* Sus.—918 Rubrica notatur Voss. L. B. deest Voss. vet. *privatque* Sus. *æger* Vind. V. ed. Ferr. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant.—919 *cinefacti* V. ed. *tenefacti* Th. Ra. *civemfactum* Mus. B. 1. *de* O. Mus. B. 1. 2. Cant. P. in not.—920 *deflevimus* Vind. Mus. 2. 3. Cant. Sus.—921 *mærore* Mus. B. 2. *de*

#### NOTÆ

910 *Non* [*Nec*] *poteris, &c.*] Ita Lambinus restituit ex vet. Ms. in quo se legisse ait: *Nec poteris facti foretibus, &c.* Nec male restituit. Vulgares editiones habent: *Nec poteris factis florentibus esse cuiquam Præsidio.* vel: *Nec poteris factis florentibus esse tuisque Præsidio.*

911 *Misero misere* [*Miser o miser*] Bene. Vulgares editiones, *misero misere*; ita ut hæc verba conjungantur cum seqq. hoc modo: Una dies infesta

tibi misero ademit misere omnia tot præmia vitæ.

918 *Privatus* [*Privatu'*] Pro *privatus*, litera *s* demta, metri causa.

919 *Cinefactum*] In cineres versum, ac dissolutum.

*Busto*] [*Bustum*,] inquit Festus, 'proprie dicitur locus in quo mortuus est combustus et sepultus.' Hinc idem ibid. 'Sed modo busta sepulcra vocantur.'

Illud ab hoc igitur quærundum est, quid sit amari  
Tanto opere, ad somnum si res redit, atque quietem,  
Quur quisquam æterno possit tabescere luctu ?

Hoc' etiam faciunt, ubi discubuerè tenentque 925  
Pocula sæpe homines, et inumbrant ora coronis ;  
Ex animo ut dicant, ' Brevis hicc' est fructus homullis :

*sempiternum nostram dolorem. Ergo istud petendum est ab isto homine, quid tam acerbi sit, si res revertitur ad soporem et ad quietem? Quare quisvis poterit marcescere perpetuo macerare? Multi homines quoque faciunt istud, cum accubuerè, et habent nonnunquam pateram manu, et velant vultum coronis, ut dicant ex plena mente, hoc est exiguum vitæ præmium hominibus: jam extiterit: neque*

//////////

Mus. B. 1. ex Cant.—922 ob P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gif. marg. Cr. conj. quod V. ed. Ferr. Th. Ra.—924 Qur Mus. B. 1.—925 Hac P. Ald. Nec V. ed. Th. Ra.—927 est hic O. Mus. B. 1. est deest Mus. B. 2. fructus Cant. fluctus

#### NOTÆ

922 *Ab hoc*] Supp. homine, qui talia objicit. Ita Lamb. et Paræus. Alii *ob hoc*: i. e. ob hanc rem; nec male, ut patet.

923 *Ad somnum . . . atque quietem*] I. e. ad mortem; sic vs. 917. 'Tu quidem, ut es leto sopitus, sic eris, ævi Quod superest,' &c. Et vss. 933. 934. et seqq. Scilicet ut mors est perpetuus somnus, ita somnus mors temporanea putatur, aut saltem imago mortis, ut ait, 'Stulte, quid est somnus gelidus nisi mortis imago?' Hinc Dux exercitus quidam, cum militem in excubiis dormitantem confodisset, lepide cavillatus ait: 'Talem reliqui, qualem inveni.'

925 *Hoc' etiam faciunt, &c.*] His 19. vss. continetur v. argumentum. Igitur pergit Lucretius mortis formidinem ex hominum mentibus excutere. Non solum, inquit, stulti sunt ii, qui mortuos insatiabiliter lugent, cum post mortem nihil nostri supersit; sed et stolidiores sunt ii, qui, comessionibus indulgentes, etiam inter pocula mortis memoriam refricant, quasi siti inexplata conficiendi sint, postquam e vita migraverint.

Placide quidem voluptuosos redarguit Lucretius, quippe qui voluptatem humanæ excursionis metam præfixerit. Cum igitur, ut jam monuit, mors sit somno similis, sane, qui mortuus est, nil curat aut appetit: namque, qui dormit, etiamsi anima corpus adhuc incolat, tamen omni sensu caret. Ergo multo minus mortuus nihil appetere aut curare debet. Tunc enim ita materia disjicitur, ut nihil supersit vitæ aut sensus.

926 *Inumbrant ora coronis*] Id est, capitibus imponunt coronas e floribus. Vel admovent labris pocula cincta floribus. Quod usitatum erat veteribus Græcis et Latinis. Martial. lib. 11. 'Frangere toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo: Ipse jubet mortis te meminisse Deus.' Quod et Auson. monet: 'Vive memor mortis, memor ut sis vive salutis.'

927 *Brevis hicc' est fructus, &c.*] Sic Apollonides epig. 11. 'Tempus erit longum quo non potabimus. eia. Corripit et nobis tempora canities.' Sic Plaut. Bacchid. 'Non tibi venit in mentem, amabo, si dum vivas, tibi bene facias, Jam pol id quidem esse haud

Jam fuerit; neque post unquam revocare licebit!  
 Tamquam in morte mali cum primis hoc sit eorum,  
 Quod sitis exurat miseros atque arida torreat, 930  
 Aut aliae quouis desiderium insideat rei.  
 Nec sibi enim quisquam tum se vitamque requiret,  
 Quom pariter mens et corpus, sopita, quiescunt;  
 Nam licet æternum per nos sic esse soporem:  
 Nec desiderium nostri nos adigit ullum: 935

*postea unquam fas erit reducere illud. Quasi in leto illorum id præsertim mali sit, ut sitis ardens adurat vel incendat, vel amor alterius cujusvis rei insit illis: neque enim tunc ullus desiderat seipsum aut vitam suam, siquidem animus ac corpus æqualiter soporata conquiescunt. Namque concedimus tunc somnum ita esse sempiternum, neque amor ullus nostri tangit nos: et tamen tum primordia illu, ex quibus*

\*\*\*\*\*

Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 2. 3. Ferr. Sus. homulli Fab.—928 *Jam fuerint* Cr. conj. *nec* Mus. B. 1.—930 *torreat* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Gryph. Nard. Ferr. Th. Ra. Ald. *terra* Lamb. Gassend. V. marg. 1. P. in not.—931 *alia* Gryph. Nard. Bas. *cuiris* Mus. B. 1. 2. *res* Gryph. Nard. Bas. Lamb. V. marg. 1.—932 *cum* Mus. B. 1. *requirit* edd. vulg.—933 *Com* Mus. B. 2.—934 *H.* vs. sequenti subjungit Salmas. *nobis* P. in not. *esse suprema* Salmas.—935 *adigit* Vind. Voss. L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Gif. Par. *idigit* V. ed. Bodl. Th. Ra. *adicit* Delph. *adicit* Turneb. *uttigit* Mar.

#### NOTÆ

perlonginquum? neque si hoc hodie amiseris, Post in morte id eventurum unquam?’ Quos sic B. Hieron. adversus Jovinianum scribens redarguit: ‘Manduca et bibe, et, si tibi placet, cum Israële lude consurgens, et canito: ‘Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.’ Manducet et bibat qui post cibos expectat interitum; qui cum Epicuro dicit, ‘Post mortem nihil est, et mors ipsa nihil est.’ Quibus congruit illud epigramma, quod inter Veterum Poëtarum epigrammata Epicuro tribuitur: ‘Cum te mortalem noris, præsentibus exple Deliciis animum; post mortem nulla voluptas.’

*Homullis*] Homuncionibus, hominibus. Sic Varro apud Nonium: ‘Tunicare homullum.’

930 *Torreat*] Versus Dactylicus, qui

familiaris est Lucretio. Lambinus, *terra*; male omnino, ut patet.

931 *Aliae*] Antiquæ pro alius in genitivo; ut notant Diomedes, Sosipater, Priscianus, et alii grammatici. Jam patrius casus quintæ declinationis fuit veteribus es, e, ei, ii: ut dies, die, diei, dii. Ennius, ‘Postremæ longinqua dies confecerit ætas.’ Cicero pro Pub. Sext. ‘Equites vero dattros illius dies pœnas.’ Virg. Georg. 1. ‘Libra dii somnique pares ubi fecerit horas.’ Hinc in fine hujus versus alii legunt *res*, alii *re*; alii *rei*.

933 *Quom pariter*, &c.] I. e. cum dormimus altum et profundum somnum.

934 *Licet . . . per nos*, &c.] I. e. non obstamus, non recusamus, quominus ita sit æternus sopor.

Et tamen haud quaquam nostros tunc illa per artus  
 Longe ab sensiferis primordia motibus errant;  
 Quom conreptus homo ex somno se conligit ipse.  
 Multo igitur mortem minus ad nos esse putandum est:  
 Si minus esse potest, quam quod nihil esse videmus. 940  
 Major enim turbæ disiectus materiai  
 Consequitur leto; nec quisquam expergitus exstat,  
 Frigida quem semel est vitæ pausa sequuta.  
 Denique, si vocem rerum Natura repente

constamus, non parum vagantur per membra nostra procul a motibus, qui dant sensum; quin imo homo captus sopore recipit se ipsum ex eo. Ergo existimandum est post mortem longe minus spectare ad nos, si potest esse minus, quam id, quod cernimus esse nihil. Namque in morte major dissipatio principiorum sequitur, quam in somno, neque ullus expergefactus existit, quem cessatio gelida vitæ semel consecuta est. Demum, si natura rerum emittat hanc vocem subito, et ita ipsa objiceret

//////////

Nard. unum Mus. B. 1.—936 ulla pro illa P.—938 Quin edd. vulg. contigit Delph.—939 minus deest Mus. B. 1. est deest Mus. B. 3. et edd. vulg.—941 disiectus Sus.—942 lecto quidam.—943 quam simul Sus. vita Mus. B. 2.—

#### NOTÆ

936 *Et tamen haud, &c.*] Sensus est: cum dormimus, nosmetipsos nos non requirimus, neque vitam nostram, neque ullo rerum desiderio afficimur: et tamen corpora prima, seu atomi, ex quibus noster constat animus, tunc non longe aberrant a motibus sensiferis, neque tota anima foras ejecta est: imo vero ex somno excitamur postea et expergiscimur. Quanto minus mors ad nos pertinere habenda est, quam somnus, in qua nullus remanet sensus?

938 *Conligit*] Colligit, excitat.

941 *Disiectus*] Disiectio, dissipatio. *Materiai*] Atomorum.

942 *Leto*] Supp. in. *Alii letum*: nec male.

*Expergitus*] Diomedes, 'expergiscor, experrectus: expergor, expergitus.' Festus, 'expergitus, ab alio excitatus; quem solemus dicere expergefactum.'

943 *Frigida vitæ pausa*] Mors, quæ est vitæ interruptio et cessatio. Ita-

que recte dixit, 'frigida;' sic supra, 'gelidi vestigia leti;' et Lib. iv. 'Æterno corpus perfusum frigore leti:' quia animam facit ex igne, vs. 970.

944 *Denique, si vocem, &c.*] His 21. vs. continetur vi. argumentum. Nimirum prosopopœia est Naturæ: id est, oratio, in qua Naturam facit loquentem cum homine vitæ nimium cupido, mortemque horrente. Scilicet mortis timorem ex animis hominum solvere pergit Poëta. Sic igitur loquitur Natura homini vitæ cupido, mortemque horrenti: Vel omnibus vitæ voluptatibus usus es, vel adversa fortuna. Si voluptatibus usus es, cur non, ut conviva satur e convivio recedit, ita tu satur e vitæ secedis? Sin autem adversis rebus usus es, cur vitam producere cupis, quæ tibi perfrunda non sit? nihil enim novi habeo, quod tibi possim subministrare. Qualem me hactenus expertus es, candem in posterum semper experi-

Mittat, et hoc' aliquoi nostrum sic increpet ipsa: 945  
 ' Quid tibi tanto opere est, Mortalis, quod nimis ægris  
 Luctibus indulges? Quid mortem congemis, ac fles?  
 Nam, gratum fuerit tibi vita ante acta, priorque,  
 Et non omnia, pertusum congesta quasi in vas,  
 Conmoda perfluxere, atque ingrata interiere; 950  
 Qur non, ut, plenus vitæ, conviva, recedis,  
 Æquo animoque capis securam, stulte, quietem?  
 Sin ea, quæ fructus quomque es, periere profusa;  
 Vitaque in obfensio est; Qur amplius addere quæris,  
 Rursum quod pereat, mali, et ingratum obcidat omne? 955

*istud cuiquam nostrum: Quid, o homo, tibi est, cur adeo nimis acerbis doloribus te tradas? Quid deploras ac desles ita letum? Namque si vita præterita, et prima fuit tibi jucunda; et si omnes vitæ commoditates non fluxerunt tibi sicut per vas perforatum, neque inutiles tibi perierunt, quare non abis, veluti convivor, saturatus vita? Cur non accipis lubenti animo, o stulte, quietem tutam? Contra vero, si res illæ omnes, quibus usus es, effluerunt et interierunt, et si vita fuit tibi in offensione: quare cupis adungere adhuc, quod iterum pessime tibi intereat, et totum*

//////////

946 est deest Delph.—947 congenus V. ed. congeris Th. Ra.—948 Nam tibi grata fuit O. Mus. B. 1. 3. Nam grata fluxit tibi P. Ald. gratis P. in not. Voss. vet. et L. B. fuit Ferr. V. ed. Th. Ra. Bip. Hav. Delph. si deest P. Vind. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. Cant. gratum V. ed. Ferr.—950 conteriere Mus. B. 2. interire Cant.—951 Conunia V. ed. communia Th. Ra.—952 animo atque Mus. B. 2. quietam Ferr. V. ed.—953 Sin ea quæ functus P. Nard. Bas. Ald. Sive æque fluctus V. ed. Th. Ra. Sive aquæ fluctus Mus. B. 2. 3. Sive aquæ fructus Ferr.—954 offensa Mus. B. 3. offensu edd. vulg. quæres Vind. V. ed. Mus. B. 2. Cant. Th. Ra. quæ res Ferr.—955 mali V. ed. Bodl. Voss. L. B. O.

#### NOTÆ

eris: eadem enim sum; nec mutor usquam. Itaque solatur eos Poëta, qui prospera sunt usi fortuna: nec despicit eos, qui adversam experti sunt. O! juvenum doctor, senumque censor egregius! si impia demas, aureis sane præceptis digna sunt hæc, quæ tradit ad calcem hujus libri.

946 *Mortalis*] O homo!

949 *Pertusum . . . vas*] Quod nihil continet, quod nunquam expletur. Sic infra vs. 1022. et vi. 19. 20.

951 *Qur non, &c.*] Imitatus est hunc locum Hor. Sat. i. 1. ' In fide ut raro qui se vixisse beatum Dicat, et ex-

acto contentus tempore vitæ Cedat, uti conviva satur, reperire queamus.' Adeo inexplebilis vitæ cupiditas homines tenet.

952 *Securam quietem*] Mortem, in qua nihil timendum est.

953 *Quæ fructus quomque*] *Tmesis; quæcumque.* Vox autem fructus, a verbo *frnor*, fruitus vel fructus. Hinc alii male *functus*. Sic vs. 969. ' perfructus.'

954 *In obfensio* [*offensu*] In offensione. I. e. si in vita offendisti in res adversas. Alii *in offensa*.

Non potius vitæ finem jacies, atque laboris ?

Nam, tibi præterea quod machiner inveniamque,

Quod placeat, nihil est: eadem sunt omnia semper.

Si tibi non annis corpus jam marcet, et artus

Confectei languent; eadem tamen omnia restant, 960

Omnia si perges vivendo vincere secla;

Atque etiam potius, si numquam sis moriturus?—

Quid respondemus, nisi justam intendere litem

Naturam, et veram verbis exponere caussam ?

At, qui obitum lamentetur miser amplius æquo, 965

Non merito inclamet magis, et voce increpet acri ?

*infructuosum pereat ? Nonne satius queris finire vitam et penas tuas ? Namque nihil habeo, quod amplius excogitem, et reperiam, quod gratum sit tibi: cuncta sunt perpetuo eadem. Si corpus nondum confectum annis languescit tibi, neque membra labefactata deficiunt et marcescunt: tamen hæc cuncta restant eadem, etiamsi continuabis superare omnia sæcula vivendo; aut etiamsi nunquam interiturus sis. Quid est, quod dicimus ad hæc, nisi naturam inferre nobis æquam actionem? et veram rationem explicare dictis? Verum, nonne rectius ac jure increpabit, et verbis minacibus objurgabit eum, qui infelix deploret mortem plus*

//////////

Mus. B. 1. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. male reliqui. *accidat* V. ed. Th. Ra. Ald. P. *accidit* Bodl. *gratum* pro *ingratum* Mus. B. 2.—956 *Non* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. *Nunc* P. Bodl. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *Nec* vulg. *fine* Mus. B. 2. *facis* P. Cant. et edd. vulg. H. vs. *deest* Vind.—957 *inceniamque est* P. Ald. Bas. marg.—958 *placet* Voss. vet. et L. B.—959 *mauret* V. ed. *maceret* Th. Ra.—961 *perges* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Ald. Nard. Bas. *pergas* vulg. *vivere secla* Mus. B. 2.—962 Rubrica notatur Voss. marg. Voss. L. B. *deest* Voss. vet.—963 *respondeamus* edd. vulg. *si* Sus. P. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. V. ed.—964 *Natura* P. Ald. *Naturæ* P. in not. Cant. *Maturam* Mus. B. 2.—965 *Atque* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr. Th.

#### NOTÆ

963 *Respondemus*] Lamhin. *responderimus* vel *respondeamus*; ut vocales e et a coalescant in unam syllabam.

965 *At, qui obitum, &c.*] His 20. vss. continetur VII. argumentum, quo probat mortem aut nihil esse, aut nihil ad nos pertinere. Est autem prosopopœia, seu oratio ejusdem Naturæ, quam loquentem inducit, et objurgantem eos, qui vitæ desiderio nimis tenentur, mortemque obire recusant, quasi vita non expletos; cum tamen ea sit rerum vicissitudo, ut

aliæ aliis cedant, aliæque generentur ac crescant ex interitu et seminibus aliarum neque vita ulli detur ad mancipium, sed cunctis ad usum. Hinc facetissimus extat dialogus apud Lucian. Menippi et Chironis, in quo Chiron interrogatus a Menippo, cur mori maluerit, cum sibi immortali esse liceret, respondet, perpetuum rerum tenorem, et similia omnia suo tempore vicissim excurrentia satietatem vitæ sibi peperisse.



‘ Aufer, ab hinc, lacrimas, Barathre, et conpescce querelas.’

Grandior heic vero si jam, seniorque, queratur :

‘ Omnia perfunctus vitai præmia, marces ;

Sed, quia semper aves, quod abest, præsentia temnis, 970

Inperfecta tibi elabsa est, ingrataque, vita ;

Et nec opinanti mors ad caput adstitit ante,

Quam satur, ac plenus, possis discedere, rerum.

Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte,

Æquo animoque, age dum, magnis concede ; necesse est :’

Jure, ut opinor, agat ; jure increpet, inciletque. 976

Cedit enim, rerum novitate extrusa, vetustas

Semper, et ex aliis aliud reparare necesse est :

*justo? Tolle hinc fletus tuos, o stulte, et reprime questus tuos. At vero si ætate provecior et senior conqueratur : Languescis cum jam usus sis omnibus mercedibus vitæ. Verum, quia perpetuo cupis, quod non est, continuis præsentia. Vita inofficiosa et nondum absoluta effluxit tibi, et inopinanti tibi mors stetit juxta caput prius, quam expletus et saturatus rebus queas excedere e vita. Attamen jam relinque omnia, quæ ad vitam tuam non pertinent, et agesis, jam lubenti animo cede aliis ; namque oportet. Sane, ut puto, faciet recte, ac merito objurgabit, atque increpabit. Namque vetustus expulsa rebus noris continuo cedit ; oportet reficere*

//////////

Ra.—966 Num P. Ald.—967 *Barathre* Vind. Bod. Voss. vet. et L. B. *Barathro* Bip. Fab. *Barde* Gif. Par. Delph. P. Ald. *Bande* Gryph. marg. *Baratte* V. ed. Cant. Th. Ra. *Baratre* O. Mus. B. 2. 3. Ferr. *Baractre* Mus. B. 1.—969 *perfructus* Viind. Bodl. Hav. Bip. Delph. *per sanctus* V. ed. *per sanctos* Th. Ra. *merces* Sus. *martes* V. ed. Th. Ra. *mæres* quidam.—970 *abes* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 3. *abest* Mus. B. 2. Ferr.—971 *Imperfecte* V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra.—972 *opinati* P. Vind. O. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. Ald.—973, *et* Mus. B. 2. *discernere verum* Mus. B. 1.—974 *vitle* V. ed. Th. Ra. *amitte* Sus. *mittis* Mus. B. 2.—975 *agendum* Voss. vet. et L. B. Vind. Cant. *magnis* Vind. V. ed. O. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 3. Cant. *magis* Mus. B. 2. *jam aliis* P. et edd. vulg. *est deest* Voss. vet.—976 *incilet* Vind. Cant. Ferr. Bip. *insimulet* O. Mus. B. 1.—977 *exclusa* Mus. B. 1.

#### NOTÆ

967 *Barathre* [*barde*] Stulte, stolide. Lamb. *barathro* ; est autem *barathro*, onis, insatiabilis homo, et avidissimus. Horat. ‘ Mendici, mimæ, barathrones, hoc genus omne.’ Non male.

969 *Perfunctus* [*perfructus*] A verbo *perfrnor* : vs. 953.

970 *Quod abest*] *Quod futurum est* ; quod nondum habes.

974 *Alicna tua. . . atate*] I. e. quibus frui non debeas in vita. Horat. Sat. 1. 1. ‘ Vivere si recte nescis,

decide peritis. Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti : Tempus abire tibi est, &c.

976 *Agat, increpet, &c.*] Supp. est ut. Vel subjunctiv. pro indicativi futuro.

*Inciletque*] Incilare, est increpare, improbare, atque incusare, inquit Festus. Pacuvius Duloreste : ‘ Si quis hac me oratione incilet, quid respondeam ?’ Lucil. ‘ Nune, Cai, quoniam incilans nos lædi’ vicissim.’

Nec quisquam in barathrum, nec Tartara deditur atra.  
 Materies opus est, ut crescant postera secla : 980  
 Quæ tamen omnia te, vita perfuncta, sequentur :  
 Nec minus ergo ante hæc, quam tu, cecidere cadentque.  
 Sic alid ex alio numquam desistet oriri :  
 Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.  
 Respice item, quam nihil ad nos ante acta vetustas 985  
 Temporis æterni fuerit, quam nascimur, ante.  
 Hocce' igitur speculum nobis Natura futuri

*aliam rem ex aliis rebus; neque res ulla mittitur in abyssum, et in nigra Inferorum loca. Opus est materia, ut genera posteritatis augeantur: quæ tamen omnia genera postera ubi usu erunt vita, subsequantur te. Igitur hæc omnia non minus antea perierunt, aut peribunt olim, quam tu ipse. Atque ita res unu non desiunt nasci perpetuo ex alia, nec vita conceditur ulli ad dominium, sed datur cunctis ad usum tantum. Vide quod antiquitus præterita temporis æterni nihil pertinuerit ad nos, priusquam orimur. Ergo natura exhibet nobis hoc speculum temporis venturi.*

in rasura.—979 *quidquam...decidit* edd. vulg.—980 *ne crescant* V. ed. Th. Ra.—982 *ante hæc* Lamb. *quam tu* Vind. Voss. vet. et L. B. O. Ferr. Mus. B. 3. Cant. Delph. Nard. Sus. V. marg. 1. *te Mar. tum* P. Mus. B. 1. Ald. *tunc* Gryph. Mus. B. 2. *nunc* vulg. deest V. ed. Th. Ra.—983 *aliud* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. Th. Ra. *desistit* Cant. *decessit* Delph. *desistat* Sus.—984 *mancipio* P. Vind. V. ed. Th. Ra. Ald. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. *mancupio* vulg.—

## NOTÆ

979 *Nec quisquam [quidquam] in barathrum, &c.*] I. e. nihil revertitur in nihilum, ut docuit lib. 1. sed omnia resolvuntur et revertuntur in prima corpora. 'In barathrum,' i. e. abyssum, in nihilum. Sumituret a poëtis pro Inferis.

980 *Materies opus est*] Sic locutus est II. 814.

*Postera secla*] Genera rerum ventura. Sic I. 20. 468. et II. 77. et supra vs. 629. &c. 'secla' pro genera usurpat.

983 *Sic alid [aliud]* Alii, *Sic alid*, metri causa. Sic I. 263. 1005. et v. 1304.

984 *Mancipio*] Dominio; Gallice *en propre*. I. e. ut loquuntur Jurisconsulti, nulli datur vitæ proprietatis, sed usus. Mancipium dictum est a manu capiendo. Mancipio ea accepisse di-

cimur, quorum dominium nobis est quæsitum, seu quorum domini sumus per alienationem aliquam, vel per donationem, vel per in jure cessionem, ut aiunt. Plaut. in Curenlione. Cicero Epist. ad Curium VII.: et ibid. Curius ad Cicer.

985 *Respice quam nihil ad nos*] His 3. vs. cum dimidio continetur VIII. argumentum, quod a simili ducitur. Sic ut enim, inquit, anteacta sæcula nihil ad nos pertinuerunt, et securiora nobis videntur quam ea, in quibus sumus: ita ventura sæcula nihil ad nos pertinebunt, in quibus æterno somno sepeliemur. Itaque sic bene consulit iis qui mortem metuunt ob vitæ amorem, quo tenentur.

986 *Quam nascimur, ante*] Tmesis; antequam nascimur.

Temporis exponit post mortem denique nostram.

Num quid ibi horribile adparet? Num triste videtur

Quidquam? Non omni somno securius exstat? 990

Atqui animarum etiam, quæquomque Acherunte profundo

Proditæ sunt esse, in vita sunt omnia nobis :

Nec miser impendens magnum timet, aëre, saxum

*Demum post mortem nostram an aliquid videtur nobis ibi inesse horrendum? an aliquid apparet mæstum? nonne illud omne tempus est tutius, quam omnis sopor? Et vero scilicet ea omnia, quæ tradita sunt esse in imo Acherunte, contingunt nobis tantum in vita. Neque infelix Tantalus metuit ingentem lapidem pendentem in*

//////////

988 *Exponit temporis* Mus. B. 1.—989 *quid tibi* Cant.—990 *Quidquam* V. ed. Th. Ra. Non Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. V. marg. 1. Num Ferr. Tam V. ed. Th. Ra. Nonne vulg. securus V. ed. Th. Ra.—991 *Atqui animarum etiam* P. Priscian. 1. p. 554. Ald. Nard. *Atque animarum etiam* Vind. V. ed. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra. Bas. *Atque ea nimirum* O. Cant. Bodl. Voss. vet. et L. B. Hav. Bip. Delph. *quantumcunque* Mus. B. 2. *quæ cuique*

#### NOTE

988 *Exponit*] Proponit, foris ponit et expromit, exhibet.

*Post mortem denique, &c.*] His 47. vss. jam conatur Poëta persuadere hominibus nihil mali post mortem futurum, eaque omnia, quæ de infernalibus pœnis vulgus hominum credit, vitæ solius esse vitia. Nimirum quasi Tantalus, Tityi, Sisyphi, Danaïdumque pœnæ, ac Cerberus, Furiæ, et Tartarus, &c. sint nobis in vita, nosque vivos exerceant, lacerent, excrucient, exterreant, fodient, &c. Itaque his 4. vss. prioribus docet hæc omnia nulla esse apud Inferos, sed in vita tantum.

989 *Ibi*] In futuro tempore, post mortem.

991 *Acherunte profundo*] Inferis, ut docui r. 121. et supra vs. 25. et 628. et alibi passim.

993 *Nec miser impendens, &c.*] His 4. vss. explicat ea, quæ de Tantalo feruntur apud Inferos, non vera esse, sed hujus pœnis nobis significari homines, qui Deorum inani metu terrentur, casumque quemlibet timent. Scilicet Tantalus Jovis ex Plote nympa

filius dicitur, Agamemnonis et Menelai avus; is cum Deos convivio exciperet, Pelopem filium suum mensæ apposuit; a quo abstinerunt Dii: patremque tanti sceleris auctorem ad Inferos detruserunt, ubi perpetua fame et siti torqueretur. Scilicet fingitur mersus aquis Eridani ore tenus, quas tamen bibere non potest: fingunt et poma capiti ejus imminere, quæ carpere non licet. Mythologici hanc fabulam vulgo interpretantur de avaris, qui bonis paternis frui non audent. Horat. Sat. r. 1. 'Tantalus a labrissitiens fugientia captat Flumina: quid rides? mutato nomine, de te Fabula narratur. Congestis undique saxis Indormis inhians, et tanquam parcere sacris Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.' Lucretius vero interpretatur de inani Deorum metu, ac casu quocumque, quem timent in vita homines. Sequitur autem eorum opinionem, qui saxum capiti Tantalus apud Inferos impendere fingunt, ejus casum perpetuo metuat. Sic Eurip. Orest. Κορυφῆς ὑπερέλλοντα δειμαίνων πέτρον ἀέρι ποπᾶται, καὶ τίνει ταύτην δι-

Tantalus, ut fama est, cassa formidine torpens;  
 Sed magis in vita Divom metus urguet inanis 995  
 Mortaleis; casumque timent, quem quoique ferat fors.

Nec Tityon volucres ineunt, Acherunte jacentem;  
 Nec, quid sub magno scrutentur pectore, quidquam  
 Perpetuam ætatem possunt reperire profecto,  
 Quam lubet inmani projectu corporis exstet: 1000  
 Qui non sola novem dispar sis jugera membris  
 Obtineat, sed qui terrai totius orbem,

*aire, sicut aiunt, vano metu marcescens. Verum potius vanus timor Deorum premit homines in vita, et metuunt infortunium quodcumque fortuna inferat. Neque aves descendunt super Tityum prostratum in Acherunte; neque sane possunt invenire aliquid, quod rimentur per æternum æcum sub ingenti pectore illius, quantumvis constet immenso spatium corporis; quippe qui etiamsi non occupet solum novem jugera terræ extensis suis artibus, sed etiam globum totius terræ: uttamen non*

Mus. B. 1.—996 *cassum* Mus. B. 1. *timet* Ferr. *quemcunque* edd. vulg.—998 *Nē* V. ed. Th. Ra. *quid* Vind. V. ed. Th. Ra. Bodl. Voss. vet. et L. B. *qui* P. Gryph. *quōi* Gif. Par. *quod* reliqui. *quisquam* Mus. B. 3.—999 *possunt* Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Sus. Mar. Ferr. *possent* Gif. Par. Delph. Cont. P. V. ed. Th. Ra. Ald. *poterunt* vulg.—1000 *pro ictu* V. ed. Th. Ra.—1001 *dispensis* edd. vulg. *distentis* quidam.—1005 *hic et* Ferr. V. ed. Th.

## NOTÆ

κῆρ. Consule de his Macrob. in Som. Scip. I. 10.

997 *Nec Tityon ineunt, &c.*] His 11. vss. docet ea, quæcumque de Tityi pœnis apud Inferos fabulati sunt poëtæ, significari de hominibus, qui in vita amore libidinoso cruciantur, aut alia quavis cura sollicita. Sic Servius ad illum Virgillii *Æn.* vi. 595. ‘*Necnon et Tityum,*’ &c. Sane de his omnibus rebus mire reddidit Lucretius, et confirmat in nostra esse vita omnia, quæ finguntur de Inferis. Dicit enim Tityum amorem esse, hoc est, libidinem, quæ secundum physicos et medicos in jecore est, ut risus in splene, iracundia in felle,’ &c. Tityus itaque Jovis filius ex Elara Orchomeni filia fingitur. Is autem adultus captus amore Latonæ Apollinis matris, eam de stupro interpellavit;

qua re indignatus Apollo eum sagitta confodit et ad Inferos relegavit, ubi jecur ejus vulturibus fodicandum apposuit ea lege, ut consumtum denuo nasceretur, et sic nunquam a discerpente cessarent vultures. Tantæ autem magnitudinis gigas fuisse fertur, ut jacens novem terræ jugera occuparet. Ovid. *M.* ‘*Viscera præbebat Tityus lanianda, novemque Jugeribus distractus erat,*’ &c. Virg. *Æn.* vi. 595. ‘*Necnon et Tityum terræ omniparentis alumnium Cernere erat, per tota novem cni jugera corpus Porrigitur; rostroque immanis vultur adunco Immortale jecur tundens, fæcundaque pœnis Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto Pectore; nec fibris requies datur ulla renatis.*’

999 *Perpetuam ætatem*] Perpetuo tempore, perpetuo.

Non tamen æternum poterit perferre dolorem ;  
 Nec præbere cibum proprio de corpore semper.  
 Sed Tityos nobis hicc' est, in amore jacentem 1005  
 Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor :  
 Aut alia qua vis scindunt turpedine curæ.

Sisyphus in vita quoque nobis ante oculos est,  
 Qui petere a populo fasces, sævasque secures,

*poterit ferre dolorem istiusmodi perpetuum: neque subministrare alimentum perpetuo de suo corpore. Verum ille homo nobis dicitur Tityus iste, quem aves dilacerant occupatum amore, et quem acris anxietas exedit: aut quem sollicitudines lacerant alia quacumque cupiditate. Similiter ille nobis videtur Sisyphus in vita ob oculos nostros, qui sibi induxit in animum postulare a populo fasces, et crudeles*

Ra. est hic Mus. B. 2.—1006 Quam Ferr.—1007 quamvis V. ed. Th. Ra. turpedine P. Th. Ra. Ald. turpidine V. ed. Mus. B. 1. 3. turpedine Vind. Bodl. Voss. L. B. O. Mus. B. 2. Cant. Bas. Nard. Voss. marg. cuppedine vulg.—

## NOTÆ

1005 *Sed Tityos nobis, &c.*] Sic præclare Macrobius i. 10. in Som. Scip. 'Vulturem jecur immortale tundentem nihil aliud intelligi voluerunt [Veteres], quam tormenta conscientiæ, obnoxia flagitio, viscera interiora rimantis, et ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis, semperque curas, si requiescere forte tentaverint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inlærendo, nec ulla sibi miseratione parcentis; lege hac, qua se iudice nemo nocens absolvitur, nec de se suam potest vitare sententiam.'

1007 *Turpedine [cuppedine]* Alii *torpedine*.

1008 *Sisyphus in vita, &c.*] His 8. vss. explicat ea, quæ de Sisyphi pœna apud Inferos feruntur de hominibus, qui in vita sunt ambitiosi. Sic Macrobius citato loco: 'Saxum ingens volvere inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes, atram silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere, qui arduas potestates, et infaustam ambiunt tyrannidem, nunquam sine timore victuri, et cogentes subjectum vulgus odisse dum metuat, semper sibi viden-

tur exitium, quod merentur, excipere.' Sisyphus itaque Æoli filius fuit, qui omnium mortalium astutissimus extitit: cum Atticam latrocinii vexaret occisus est a Theseo. Fabulati sunt poëtæ illum eo supplicii genere apud Inferos plecti, ut saxum in montis verticem provehere cogatur, unde repente deorsum delabitur. Ovid. M. 13. et Virg. Æn. vi. 616.

1009 *Fasces*] Honores, magistratus. Fasces enim apud Romanos erant magistratum insignia, quæ a licitoribus præferbantur: Consulibus quidem duodenis, Proconsulibus vero et Prætoribus seni. Hinc factum est ut pro ipsis magistratibus usurpentur. Sic Virg. Georg. ii. 'Illum non populi fasces, non purpura regum Flexit.' Hæc autem fascium erat figura. Detractis ex betula arbore virgis ita includebatur securis, ut acies ferri in summitate emerret, reliqua pars circumducto loro tegeatur. Quod eo consilio factum docet Plutarchus in Problem. ut noscerent magistratus, iram in sumendo supplicio non præcipitem debere habere. Hinc addidit Poëta noster, 'Sævasque secures.'

Inbibit ; et semper victus, tristisque, recedit. 1010  
 Nam petere inperium, quod inane est, nec datur umquam ;  
 Atque in eo semper durum subferre laborem ;  
 Hocce' est, advorso nixantem trudere monte  
 Saxum : quod tamen a summo jam vortice rursum  
 Volvitur, et plani raptim petit æquora campi. 1015  
 Deinde, animi ingratham naturam pascere semper,  
 Atque explere bonis rebus, satiareque, numquam ;  
 Quod faciunt nobis annorum tempora, circum  
 Quom redeunt, fetusque ferunt, variosque lepores ;  
 Nec tamen explemur vitai fructibus umquam : 1020  
 Hocce', ut opinor, id est, ævo florente puellas,

*secures ; et tamen semper superatus et mæstus redit. Namque postulare magistratum, qui vanus est, qui nunquam conceditur, et ferre perpetuo extremam pœnam in eo petendo, sane istud est hominem conantem compellere saxum adverso moniæ, quod tamen jam devolvitur iterum a supremo cacumine montis, et quod prorsus celeriter in planitiem æquatam campi. Præterea alere perpetuo naturam ingratham cordis, et replere illam optimis rebus, neque unquam saturare illam ; quod quidem longa tempora annorum faciunt nobis, dum circum revertuntur, et portant fructus et diversus venustates, neque tamen saturamur unquam frugibus vitæ : istud sane, ut puto, hoc est, quod poëtæ aiunt virgines atate florenti conjicere aquam in*

//////////

1010 *tristique* Sus.—1011 *Nec* Mus. B. 2. *quid* Sus.—1012 *Atque adeo* Gif. marg. *Atque meo* V. ed. Th. Ra. *perferre* quidam.—1013 *vix autem pro nixantem* Mus. B. 2. *tendere* V. marg. 1. *montem* Vind. V. ed. Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr.—1014 *e summo* Gif. marg. P. O. Ald. e deest Voss. vet. et L. B. Mus. B. 2. 3. Cant. V. ed. Ferr. Th. Ra. in V. marg. 1.—1016 *Denique* P.—1017 *explete* Ferr.—1019 *Quin* V. ed. *Quam* O.—1021 *Non* Mus. B. 2.

#### NOTE

1010 *Inbibit*] In animum induxit. Sic loquitur vi. 71. 'Ut ex ira pœnas petere imbibat acres.' Sic loquitur Cic. Orat. pro Quint. 'Quod si facere nolis, atque imberit ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones inducere.'

1015 *Æquora*] Planitiem, ut supra jam sæpe monui. Unde mare dicitur æquor, quia planum et æquabile.

1016 *Deinde, animi ingratham, &c.*] His 8. vs. Danaidarum pœnas explicat de hominibus, qui rebus ac terræ frugibus nusquam expleri aut satiari queunt. Scilicet Danaus filius Beli et frater Ægypti filias habuit quinqua-

ginta, quæ nupserunt totidem filiis Ægypti: verum una nocte singulæ suos interfecerunt maritos, præter unam Hypermnestram. Hinc fabulati sunt Poëtæ illas ideo apud Inferos aquam in dolium pertusum congerere, donec compleatur, quod nusquam fieri poterit. Sic Macrob. citat. Sic Horat. Od. III. 11.

1018 *Quod faciunt, &c.*] I. e. quod fit, cum redeuntibus annis, tanta rerum copia, quas terra parit, fruentes nunquam tamen explemur.

1021 *Puellas*] Danaidas, Belidas, Danaï filias, Beli neptes.

Quod memorant, laticem pertusum congerere in vas ;  
 Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Cerberus, et Furiæ, jam vero, et lucis egestas,  
 Tartarus, horriferos eructans faucibus æstus ; 1025  
 Quei neque sunt usquam, nec possunt esse, profecto :  
 Sed metus in vita pœnarum pro male factis  
 Est insignibus insignis ; scelerisque luela

*vas perforatum ; quod tamen nullo modo potest compleri. Nunc vero nec Cerberus, nec Furiæ, nec Tartarus carens lumine, evomens horrendos ardores e gutture suo, hæc, inquam, omnia nullibi extant, neque sunc queunt esse ullibi ; verum timor supplicitorum pro sceleribus notatissimis est manifestus carcer, quæ est expiatio cri-*

*ut deest V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. actio pro æro V. ed.—1022 cogere Voss. L. B. O. Mus. B. 2. 3. Th. Ra.—1023 tamen deest V. ed. Th. Ra. explere V. ed. ulla Voss. vet.—1024 et abest Mus. B. 3. si me pro Furiæ jam Mus. B. 1. lucis egestas Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Voss. marg. lucis egenus P. et vulg. edd.—1025 horrifero Mus. B. 2. eruptans O. Mus. B. 2.—1026 Qui P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gif. marg. Ferr. Th. Ra. Ald. Hæc vulg. nec sunt Mus. B. 1. nec possunt P. V. ed. Voss. vet. O. Mus. B. 1. 3. Cant. neque reliqui.—1028 biela V. ed. lucella Mus. B. 2. numella vel numela P. Gryph. marg. Bas. marg. vid.*

## NOTE

1022 *Pertusum in vas*] Sic vs. 950.

1023 *Potestur*] Sic olim potesse pro, posse, ut monui t. 666. II. 225. 1008. et supra vs. 320.

1024 *Cerberus, et Furiæ, &c.*] His 13. vss. docet nusquam esse Cerberum, Furias, Tartarum, pœnas, verbera, et alia id genus instrumenta, quibus apud Inferos dicuntur plecti sotes. Quippe cum animas mortales docuerit, nullos esse Inferos necesse est. Cerberus autem fingitur a poëtis canis triceps, Inferorum custos. Virg. *Æn.* vi. 417. 'Cerberus hæc ingens latratu regna trifânici Personat, adverso recubans immanis in antro,' &c. Senec. in *Fur.* Ovid. vii. Horat. *Od.* II. 19. et *Od.* III. 11. et alii. Furiæ autem poëtis dicuntur tres, Alecto, Tisiphone, Megæra, noctisque et Acheruntis filiæ. Ad hæc autem sic præclare Cicero orat. pro Rose. Amierino : 'Nolite putare, quemadmodum in fabulis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserunt, agitari et per-

terri Furiarum tædis ardentibus ; sua quemque fraus, suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ, domesticæque Furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a consceleratissimis filiis repetant.' Vide et Virg. *Æn.* vi. 605. et seqq.

1025 *Tartarus*] Sing. masc. at plur. Tartara, orum. Locus est Inferorum profundissimus, in quo sotes plecti creduntur. Virg. *Æn.* vi. 577. et seqq. Hom. II. viii. Hesiod. in *Theog.* et Lucretius iterum iv. 418. 'Despectum præbet sub terras impete tanto, A terris quantum cæli patet altus hiatus.'

1028 *Luela*] Ita Lamb. Par. et alii plures. I. e. expiatio ; a verbo luere. Nonnulli tamen legunt *Numella*. Est autem Numella, ait Nonius, machinæ genus lignum ad discerniendos noxios comparatum, quo et collum et pe-

Carcer, et horribilis de saxo jactus eorum,  
 Verbera, carnufices, robur, pix, lamina, tædæ: 1030  
 Quæ tamen et si absunt, at mens, sibi conscia factis,  
 Præmetuens, adhibet stimulos, torretque flagellis:  
 Nec videt interea, qui terminus esse malorum  
 Possit, quive siet pœnarum denique finis:  
 Atque eadem metuit magis, hæc ne in morte gravescant.  
 Hinc Acherusia fit stultorum denique vita. 1036  
 Hoc' etiam tibi tute interdum dicere possis:

*minis; et horrendus projectus deorsum de rupe, flagella, tortores, custodia obscura, pix, lamina, fauces: quæ omnia licet non adsint, tamen animus reus alicujus criminis patrati timens addit sibi aculeos, et urit se verberibus: neque interim cernit, quis finis queat esse suorum dolorum, nec quis terminus sit suorum suppliciorum; et timet etiam ne hæc eadem mala augeantur magis in morte. Inde demum accidit ut vita stolidorum fiat infernalis. Tu ipse poteris etiam aliquando loqui tibi: Bonus*

Varr. R. R. II. Colum. VII. Plant. in Asin.—1029 *deorsum vulg. deosum* Sus.—1030 *agmina* Vind. V. ed. Mus. B. 2. 3. Cant. Ferr.—1031 *et deest* Mus. B. 2. *absumat mens* Voss. L. B. Voss. marg. *ac pro at* Mus. B. 2. *facti* P. et edd. vulg.—1033 *intera* V. ed.—1034 *quive siet* Mus. B. 1. *nec qui sit* P. V. ed. Bodl. *neque sit* Vind. Mus. B. 2. 3. *quive sit* O. *nec quæ sit* vulg.—1035 *hic* Mus. B. 3. *in deest* Mus. B. 1.—1036 *Hic* P. V. ed. Voss. vet. O. Cant. Ferr.

## NOTÆ

des immittunt. Quale genus nos Galli vocamus forte *Pilori*. Festus autem scribit esse genus vinculi quo quadrupedes ligantur. Plantus hujus vocis meminit in Asin. 'Nervos, catenas, carcerem, numellas, pedicas, horas.'

1029 *De saxo jactus* [*jactu*'] *Jactu*' pro, *Jactus*. De hoc autem genere supplicii vide Horat. Sat. I. 6. Dejeciebantur enim rei perduellionis apud Romanos de Tarpeio monte.

1030 *Robur*] Festus, 'dicitur is locus quo præcipitatur maleficiorum genus, quod ante arcis robusticis includebatur.' Male autem Lambinus *rebus*. Sic enim Apuleius in Apolog. 2. 'O subtilitas digna carcere et robore.' Valer. Maxim. VI. de Severit. 'Quin etiam familiares eorum, ne quis reip. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt.' Scilicet ex arcis fontes interdum præcipitabantur et

interficiabantur. Quanquam non desunt interpretes, qui vocem 'robur' hic interpretantur de fuste aut ligno fusuario quo fontes tundebantur.

1036 *Hinc Acherusia, &c.*] I. e. hinc stultorum vita fit anxia, sollicita, ærumnosa, omnibus denique pœnis et cruciatibus refecta, ita ut vivi videantur eas ferre pœnas, quas apud Inferos damnati ferre dicuntur, Tityus, Tantalus, Danaides, &c.

1037 *Hoc' etiam tibi, &c.*] His 29. vss. seqq. consolatur interim mortalem quemque de sua mortali conditione, quod multi reges, imperatores, philosophi, et sapientes mortui sint, nec meliori usi sint conditione, quam vulgus hominum.

1038 *Ancus* [*Ancu*'] Pro *Ancus* metri causa. Fuit autem Ancus, cognomento Martius, quartus Romanorum Rex, cujus ingenium indicat T. Livius



‘Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit;’  
 Qui melior multis, quam tu, fuit, improbe! rebus.  
 Inde aliei multei reges, rerumque potentes, 1040  
 Obcederunt, magnis quei gentibus imperitarunt.

Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnum  
 Stravit, iterque dedit legionibus ire per altum,  
 Ac pedibus salsas docuit superare lacunas,  
 Et contempsit equis, insultans, murmura ponti; 1045  
 Lumine adempto, animam moribundo corpore fudit.

*Ancus liquit quoque lucem ex oculis suis, qui tamen, o nequam, melior fuit, quam tu in pluribus rebus. Deinde alii complures reges, et domini, qui imperaverunt maximis populis, mortui sunt etiam. Ille etiam ipse Rex, qui olim fecit iter supra immensum pelagus, et fecit viam suis legionibus incedere per mare, et edocuit transire pedibus supra abyssos salsos maris alti, et gradiens super aquas sprexit strepitus Hellespontii, emisit animam e suo corpore mortali, et privatus est luce. Scipio, ful-*



Th. Ra. Ald.—1038 sic P. Ald. Ferr. suis Delph. sic etiam solus bonus Ancus Nard. Bas. reliquit Ancus Mus. B. 2.—1041 Occidere Ferr. impeditarunt V. ed. quæ Mus. B. 2.—1043 que deest Mus. B. 2.—1044 superare Ferr. V. ed. Th. Ra. Ald. P. O. Mus. B. 1. 2. Gryph. Nard. Bas. superire Gif. Par. Voss. marg. super ire vulg. lucanas V. ed. Th. Ra.—1045 contusit V. ed. Th. Ra. aquis Lamb. et edd. vulg. aquis Bodl.—1046 fugit V. ed. Ferr. Th. Ra. O.

#### NOTÆ

his verbis: ‘Avitæ gloriæ memor; medium erat in eo ingenium et Numæ et Romuli memor; enilibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par.’ De quo Virg. Æn. vi. 815. ‘Quem juxta sequitur jactantior Ancus, Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris.’ Scilicet qui et populi et Patrum favore regnum habuerit.

1040 *Rerumque potentes*] Imperatores, viri potentissimi.

1042 *Ille quoque, &c.*] His 5. vs. loquitur de Xerxe Persarum rege, qui Hellesponto juncto, perfosso Athone monte, maria ambulavit, terramque navigavit, ut narrat Herod. Polyhym. sed qui tamen mortem obiit.

1045 *Equis [Aquis] insultans*] Gradiens super aquas: vel, ad mentem Herodoti, contumeliose agens cum aquis maris. Namque Herodotus

citatus narrat Xerxem indignatum, quod audiisset pontem in Hellesponto factum, coorta sæva tempestate, esse disturbatum, et contritum, jussisse trecentas plagas fluctibus infligi et mare verberari, et compedibus constringi, cum quidem ii, quibus hoc negotii datum esset, talia quædam loquerentur objurgantes: ‘O aqua amara et salsa, dominus has de te pœnas sumit, quia eum injuste læsisti nulla ab eo accepta injuria: et rex quidem Xerxes te trajiciet velis, nolis. Merito autem tibi nemo sacrificat, utpote qui sis fluvius dolosus et salsus.’ Græcis supersedi, brevitatis causa.

*Ponti*] Hellesponti.

1046 *Animam fudit*] Non posuit libenter, sed fudit, quia, ut scribit Diod. Siculus lib. 11. interfectus est ab Artabano.

Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,  
Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset.

Adde repertoires doctrinarum, atque leporum :  
Adde Heliconiadum comites ; quorum unus Homerus, 1050  
Sceptra potitus, eadem aliis sopitus quiete est.

Denique, Democritum, post quam matura vetustas  
Admonuit memores motus languescere mentis,  
Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse.

Ipse Epicurus obiit, decurso lumine vitæ ; 1055

*men belli, et timor Carthaginis, reddidit ossa sua humo, tanquam serris postremis fuisset. Adjunge inventores scientiarum et charitum : adjunge socios Heliconiadum, quorum unus Homerus asscctus imperium soporatus est eodem somno, quo ceteri. Demum ubi tempestiva longævitæ monuit Democritum, ut recordaretur sensus animi sui torpescere, ipse libenti animo et occurrens præbuit caput suum morti. Epicu-*

Mus. B. 2. 3. Cant.—1048 *perinde* V. marg. 1. *improbis* P. Bas. marg. Th. Ra. Ald.—1050 *avus Homerus* Delph.—1051 *potitur* Nonius, vii. 112. *potius* V. ed. Th. Ra. *sopitusque* Ferr.—1052 *natura* V. ed. Vind. O. Mus. B. 2. 3. Th. Ra. *nativa* Mus. B. 1. Ferr.—1053 *memorem* Mus. B. 3. Lamb. et edd. vulg. *metus pro motus* Mus. B. 2.—1055 *de curso* V. ed. *de cursu* Mus. B. 2. Th. Ra.—

## NOTÆ

1047 *Scipiades*] Scipio. Sic loquitur Horat. Sat. ii. 1. ‘Virtus Scipiadae et mitis sapientia Læli.’

*Belli fulmen*] Sic Virg. Æn. vi. ‘Duo fulmina belli, Scipiadas.’

*Carthaginis horror*] Loquitur de P. Cornelio Scipione, qui cognominatus est Africanus, quippe qui missus in Africam tantum terroris Carthaginensibus intulerit, ut Annibalem ab Italia ad patriam defensionem revocaverint ; cum quo congressus Scipio ingenti illum clade fuscum superavit, Carthaginemque fecit Romanis vexitigalem. Sic Manil. i. 790. ‘Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum.’

1048 *Famul*] Antiquitus dicebatur famul pro, famulus ; Nonius. Sic Ennius : ‘Mortalem fortuna repente Reddidit e summo regno ut famul infimus esset.’

1049 *Leporum*] Gratiarum, charitum, elegantiarum, venustatis.

1050 *Heliconiadum*] Musarum, quæ ab Helicone monte sibi sacro dicte sunt Heliconiades. Comites autem Musarum vocat poetas, quorum Homerus princeps est. Sic Manil. ii. 8. et seqq. laudes Homeri prosequitur.

1051 *Sceptra potitus*] Principatum obtinens.

*Aliis*] Hellenismus, τῆ ἀντῆ τοῖς ἄλλοις. H. e. eadem, qua alii sopiti sunt quiete.

*Sopitus* [*Sopitu*] Pro *Sopitus*, metri causa.

1052 *Democritum*] Qui centum et novem annos cum vixisset, primo mortem propinquam midore panum aliquot dies retardasse dicitur : deinde mortem sponte oppetiisse traditur. Non igitur expectavit mortem Democritus, sed antevertit, et caput ipsi sponte obtulit.

1055 *Ipse Epicurus*] Supp. morti caput obtulit. Hunc autem laudat, quasi sapientum omnium facile principem. Sic initio hujus libri.

Qui genus humanum ingenio superavit, et omneis  
Restinxit, stellas exortus uti aërius sol.

Tu vero dubitabis, et indignabere, obire,  
Mortua quoi vita est prope jam vivo, atque videnti?  
Qui somno partem majorem conteris ævi; 1060

Et vigilans stertis, nec somnia cernere cessas,  
Solicitamque geris cassa formidine mentem;  
Nec reperire potes, quid sit tibi sæpe mali, quom  
Ebrius urgueris multis miser undique curis,  
Atque, animo incerto fluitans, errore vagaris? 1065  
Si possent homines, proinde ac sentire videntur

*rus ipse mortuus est, absoluta luce vitæ, qui vicit gentem hominum mentis acumine, et qui obscuravit omnes, sicut sol aërius sidera, cum oritur. Tu autem hæsitabis, et dolebis mori, cui viventi ac videnti etiam jam jam fere vita est obita? qui consumis majorem partem vitæ tuæ in sopore? Et qui vigilans somnias, neque desinis videre soporem, et habes animum anxium inani metu? Neque etiam potes invenire plerumque quid mali habeas, ubi scilicet tanquam vinolentus, infelix opprimeris pluribus sollicitudinibus ex omni parte. Et jactatus dubio errore mentis pervagaris? Si homines possent cognoscere ex quibus causis, et unde tantum pondus malorum*

//////////

1056 *ingenios* Ferr.—1057 *Restinxit* Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 1. 3. Cant. et codd. Lactantii, III. 17. *Restrinxit* Gryph. Nard. Bas. P. V. ed. Mus. B. 2. Ferr. Th. Ra. Ald. *Præstinxit* Lamb. *Præstrinxit* Cont. Gassend. ut V. ed. O. Mus. B. 1. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *ætherius* Vind. et edd. vulg.—1060 *congeris* O.—1061 *vigilaris* V. ed. *rigilare* Th. Ra.—1063 *potes ubi* omisso *tibi* Mus. B. 1. *quod* Mus. B. 2. Bas. *ibi* pro *tibi* Mus. B. 3.—1064 *multis inseris* V. ed. Th. Ra.—1065 *animi* Vind. et edd. vulg. *vagoris* V. ed. Th. Ra.—1066 *videre* P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald.—1068

#### NOTÆ

1057 *Restinxit* [*Præstinxit*] Obnubilavit, obscuravit. Lamb. Pareus, et alii complures, a verbo præstingo, i. e. obtenebro, inquit Nonius. Hinc Cicero Deor. II. 'Sol dictus, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus; vel quia cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet.' Hinc male quidem *restinxit*, vel *extinxit*, vel *perstrinxit*. Igitur sicut sol exortus obscurat stellas, ita Epicurus ceterorum lumen ac ingenium præstinxit ac obscuravit.

1059 *Vivo atque videnti*] Sic Terent. Eunuch. 'vividens vidensque perreo.' Sic Cic. pro Quintio: 'huic acerbissimum vivo videntique funus

ducitur.' Sic Plant. Amph. 'vix apud me sum vigilans, prope dormio: vigilans somnio: vividus et sanus intereo.' Hæc proverbialiter dicuntur.

1062 *Cassa formidine*] Inani metu. Sic vs. 994.

1066 *Si possent homines, &c.*] His 42. vs. docet quod, si homines ita sanum aegritudinum ac molestiarum causas noscerent, sicut eandem sentiant aculeos et gravitatem, sane non ita viverent, ut magna ex parte illos vivere videmus. Noverint igitur mortali esse conditione, ne ita vitæ cupidi sint.

Pondus inesse animo, quod se gravitate fatiget,  
 E quibus id fiat caussis quoque noscere, et unde  
 Tanta mali tamquam moles in pectore constet;  
 Haud ita vitam agerent, ut nunc plerumque videmus: 1070  
 Quid sibi quisque velit, nescire, et quærere semper;  
 Conmutare locum, quasi onus deponere possit.

Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille,  
 Esse domi quem pertæsum est, subitoque revertat;  
 Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse. 1075

Currit, agens mannos, ad villam præcipitanter,  
 Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans:  
 Oscitat ex templo, tetigit quom limina villæ;  
 Aut abit in somnum gravis, atque oblivia quærit:  
 Aut etiam properans urbem petit, atque revisit. 1080

Hoc se quisque modo fugit: at, quem scilicet, ut fit,

*insit sibi in corde, æque ac videntur sentire molem mali constare sibi in mente, quæ moles frangit illos suo pondere: sane non ducerent vitam veluti nunc sæpissime cernimus, nimirum ignorare, quid sibi quisque velit, et inquirere perpetuo, mutare sedem, veluti queat dimittere onus, quo gravatur. Alius plerumque egreditur foras ex magnis palatiis, quem tædet esse domi, et illico redit: nimirum quia experitur non sibi esse melius foris. Alius properat ad villam agitans equos suos cum omni festinatione, tanquam festinans ferre subsidium ædibus quæ incenduntur: verum ubi primum contigit atria villæ suæ, statim oscitat præ tædio. Vel dedit se in soporem, et quærirat obliviones rerum, vel etiam festinans vadit in urbem et revisitat illam. Hac ratione unusquisque vitat seipsum: verum quia nimirum ut*



*E quibus Vind. Voss. vet. et L. B. O. Cant. Delph. Bas. Nard. Et reliqui. cognoscere P. Ald. Mus. B. 2. et edd. vulg.—1069 tanti pro tanquam V. marg. 1. molles Mus. B. 2. tu pectore V. ed. Th. Ra.—1070 Aut non Mus. B. 2. Haud ira V. ed. Th. Ra.—1071 Quod V. marg. 1. nesciens Mus. B. 2.—1072 Commutes Mus. B. 2. disponere V. ed. Th. Ra. possis Mus. B. 2.—1073 Exiit P. Vind. V. ed. Mus. B. 3. Ferr. Th. Ra. Ald.—1074 Isse domum V. marg. 1. domi per quem Mus. B. 1. 2. 3. sit Voss. vet. revertat P. in not. Cant. revertat V. marg. 1. revertant P. in not.—1075 foras Cant. faris V. ed. Th. Ra.—1076 agens in annos V. ed. Th. Ra. villam hic edd. vulg.—1077 instas Vind.—1078 exemplo V. ed. Th. Ra.—1079 obliva V. ed. Th. Ra. H. vs. et seq. ita conflantur in Voss. vet. Aut abit in somnum, gravis atque revisit, &c. Cant. absit.—1080 potit V. ed. querit Mus. B. 2.—1081 ad quem V. ed. Ferr. Th. Ra. O. Mus. B. 1. 2. 3. ad quod P. ad quod? P. in Not. at quod Gryph. Nard.*

#### NOTÆ

1076 *Mannos*] Equos parvos et breves. Horat. ad Mæcen. Lib. 1.  
 1078 *Oscitat*] Oscitatio quippe hominis est aliud agentis, et præsen-

tibus non contenti, et quæ adsunt fastidientis, et quæ absunt desiderantis.

Ecfugere haud potis est, ingratiis hæret, et obit ;  
 Propterea, morbi quia caussam non tenet æger :  
 Quam bene si videat, jam rebus quisque relictis  
 Naturam primum studeat cognoscere rerum ; 1085  
 Temporis æterni quoniam, non unius horæ,  
 Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis  
 Ætas post mortem, quæ restat quomque, manendo.

Denique, tanto opere in dubiis trepidare periculis  
 Quæ mala nos subigit vitæ tanta cupido ? 1090  
 Certe equidem finis vitæ mortalibus adstat,  
 Nec devitari letum pote, quin obeamus.

Præterea, vorsamur ibidem, atque insumus, usque ;

*accidit, non potest fugere seipsum, invite vacillat, et vexatur, eo quod, cum ægro-  
 tus sit, nesciat causam morbi sui. Quam quidem si unusquisque recte noverit,  
 tunc, depositis aliis negotiis, primo conaretur noscere naturam rerum, quia status  
 temporis æterni, non autem unius tantum horæ, in controversia est ; in quo qui-  
 dem statu tota vita hominum, quæcumque superest perduranda post mortem, con-  
 sistat. Demum quænam adeo magna et perniciosa cupiditas vitæ cogit nos metuere  
 adeo vehementer in discriminibus incertis? Certus sane terminus vitæ stat uni-  
 versis hominibus, neque mors potest evitari, quominus perfungamur ea. Adde  
 quod volumur semper et stamus in eodem loco : neque ulla nova voluptas excuditur*

Bas. Mar. 1. Delph.—1082 *ingratius* Gryph. Nard. V. marg. 1. Bodl. Voss. vet. et L. B. *invitus adhæret et odit* P. *obit* Wakef. ex conj. *adit* V. ed. Th. Ra. *odit* Ferr. Ald. Sus. Bas. marg. V. marg. Bodl. Voss. vet. et L. B. *angit* Hav. Bip. Delph.—1083 *Præterea* Vind. V. ed. O. Ferr. Th. Ra.—1084 *bone* P. Ald. *neque pro bene* Mus. B. 1. O. *suadeat* Mus. B. 1.—1085 *primi* V. ed. Th. Ra.—1086 *Æterni temporis* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3. *Æterni q. n. temporis* Cant. *non deest* V. ed. Th. Ra. *velut unius* P. Ald. Gryph. marg.—1087 *fit* V. ed. Th. Ra. *sic* Mus. B. 1.—1088 *Actas* V. ed. *resta* V. ed. *testa* Th. Ra. *manendum* Mus. B. 2. *manenda* edd. vulg.—1090 *subiit* O. *subit* Mus. B. 1.—1091 *Certa quidem* P. Vind. et edd. vulg.—1092 *quando* V. ed.

## NOTÆ

1084 *Rebus relictis*] I. e. rebus aliis omnibus relictis ; usitatum loquendi genus. Sic Plaut. Epid. ‘Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo.’ Et Terent. Andr. ‘Hærens me rebus relictis jussit Pamphilum hodie observare.’

1087 *Ambigitur*] In controversiam datur : h. e. non quæritur de statu unius horæ, sed temporis æterni.

1088 *Manendo*] Perdurando. H. e.

in quo statu temporis æterni homines omnem ætatem, quæcumque post mortem restat, necessario permanent ; neque unquam iterum hanc lucem revisent.

1091 *Certe equidem* [*Certa quidem*] Lamb. bene. Parens, *certe equidem* ; idem sensus.

1092 *Pote*] Græcis δυνατόν, quod possibile, dicitur ; i. e. potest. Dicitur enim potis et pote, adjectivum.

Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas:  
 Sed, dum abest, quod avemus, id exsuperare videtur 1095  
 Cætera; post aliud, quom contigit illud, avemus;  
 Et sitis æqua tenet vitai, semper hianteis:  
 Posteraque, in dubio est, fortunam quam vehat ætas;  
 Quidve ferat nobis casus, quive exitus instet.  
 Nec prorsum, vitam ducendo, demimus hilum 1100  
 Tempore de mortis; nec delibrare valemus,  
 Quo minus esse diu possimus morte preemptei.  
 Proinde, licet quot vis vivendo condere secla,  
 Mors æterna tamen nihilo minus illa manebit:

*nobis producendo vitam. Verum ubi non est, quod cupimus, illud videtur nobis præstare aliis omnibus rebus: deinde, ubi consecuti sumus illud, jam cupimus aliud: et par sitis vita vexat perpetuo illos, qui aridi sunt illius; et ambigitur quam sortem vehat venturum ævum, et quid infortunii importet nobis, aut quis finis immineat. Neque tamen detrahimus, nec possumus etiam deripere vel minimum quid de tempore leti producendo vitam, quin queamus esse diutius perfuncti leto. Itaque, quantumvis liceat accumulare sæcula vivendo, nihilominus tamen mors*

Th. Ra.—1094 *videndo* V. ed. Th. Ra. *producitur* Mus. B. 1.—1095 *obest* V. ed. Th. Ra. *abest id* Mus. B. 2. *habemus* Vind. Mus. B. 1. 3. Ferr. V. ed. Th. Ra. *habet* Mus. B. 2.—1096 *haberemus* V. ed. Th. Ra. *habemus* Mus. B. 2. 3.—1097 *Et satis* V. ed. Th. Ra.—1098 *Posteraque* V. ed. Th. Ra. Ald. P. *fortuna* Ferr. V. ed. Th. Ra. Vind. Mus. B. 2. 3. *ferat ætas* quidam.—1099 *referat* V. ed. Th. Ra. *casu* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. 3. Vind.—1100 *prorsus* O. Mus. B. 1. *demus* V. ed. Th. Ra.—1101 *delibrare* P. Gryph. marg. *deliberare* Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Ferr. Th. Ra. *delibare* O. Gif. Par. Gryph. Nard. Fab. Bas.—1102 *Quid* P. V. ed. Th. Ra. Ald. Gryph. marg. Bas. marg. *Quod* Mus. B. 2. *possumus* Voss. vet. *sorte* P. Voss. vet. Gryph. Nard. *forte* Vind. V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Ferr. Th. Ra.—1103 *quod vis* V. ed. Bodl. O. Mus. B. 3. Delph. *quod omisso vis* Mus. B. 2. *conce-*

## NOTÆ

1095 *Sed, dum, abest, &c.*] Litera *m* non eliditur, sed breviatur ante vocalem. Sensus est; nunquam præsentibus bonis fruimur, sed futuris semper inhiamus; quæ ubi adepti sumus, alia item, quæ absunt, desideramus. Recte igitur præcipit Horat. Od. III. 29. qui suadet ut in diem vivatur: 'Ille potens sui Lætusque deget, cui licet in diem Dixisse, vixi, cras vel atra Nube polum pater occupato.'

1101 *Delibrare*] Lamb. i. e. detrahere, diminuerere, decorticare. *Parrens delibare*, quasi lambere, perstringere, aut detrahere etiam.

1102 *Morte peremtei*] Mortui. Sic Virg. Æn. VI. 'indigna morte peremti.' Et Æn. IX. 'eæde peremtis.'

1104 *Mors æterna*] Sic supra mortem dixit immortalem: 'Mortalem vitam morsque immortalis ademit.'

Nec minus ille diu jam non erit, ex hodierno Lumine qui finem vitæ fecit, et ille, Mensibus atque annis qui multis obcidit ante. 1105

*erit sempiterna. Et is, qui imposuit terminum vitæ suæ ex hodierna luce, non minus diutius jam non existet, ac ille qui mortuus est pluribus mensibus et annis antea.*

//////////

*dere Mus. B. 2. ducere Voss. vet.—1106 vita Mus. B. 2.—1107 accidit V. ed. Th. Ra.*

#### NOTE

1105 *Nec minus ille diu, &c.*] I. e. licet cum futurum tempus sit infinitum, in quo mortui manebunt, uterque ille infinitum tempus mortuus manebit. Sci-

# T. LUCRETII CARI

## DE RERUM NATURA

### LIBER IV.

---

#### ARGUMENTUM.

QUA supra libro primo usus est comparatione Lucretius, ut Memmii sui animum tantisper a contentione relaxaret, eadem hunc librum quartum a vs. 1. ad vs. 26. auspicatur, ut auditorem sibi docilem reddat, et attentum. II. Libri hujus proponit argumentum, quod ex industria cum superioribus connectit. Cum enim primo et secundo libro abunde docuerit, quæ et qualia sint rerum primordia, quibus figuris distincta, quo motu ferantur, ac ceteras res procreent, libro vero tertio animæ atque animi naturam fusius explicaverit, merito sane a vs. 26. ad vs. 46. hanc aliam subnectit disputationem, de sensatione tam vigilantium, quam dormientium. Quam disputationem ut ex ordine absolvat, a simulacris exorditur, quorum ope omnem sensationem fieri contendit. Docet itaque, III. a rerum superficie tenuia quædam et subtilissima simulacra mitti, quæ passim per aëra volitant, sigillatim tamen sub visum non cadunt, nisi a speculis, aut aqua, repulsa, in oculos incurrant, a vs. 46. ad vs. 108. IV. Subtilitatem horum simulacrorum demonstrat, et subinde exiguitatem primordiorum confirmat, ad ver. 129. V. Simulacrorum duplex distinguit genus, alterum eorum, quæ sponte sua generantur in aëre, qualia nonnunquam videmus fieri in nubibus, modo gigantum, modo montium, aut etiam belluarum, imagines imitantia; alterum eorum, quæ a rerum superficie avolant, quasi tennes rerum exuviæ: et deinde a rerum superficie has exuvias perpetuo oriri docet, et ea motus celeritate per aëra ferri, ut vel luminis solaris jactum facile superent, a vs. 129. ad vs. 216. VI. Quia visus omnium sensuum primus habetur, ab eo exorditur, quem ex simulacrorum, seu imaginum, incurso fieri docet: interim autem explicat ea omnia, quæ ad visus causas spectant; variæque de visu problemata proponit,



quæ rite solvit et explicat, a vs. 216. ad vs. 471. VII. Ne vero aliquis ex phænomenis modo explicatis sensus fallaciæ arguat, illorum dignitatem copiose astruit, a vs. 470. ad vs. 524. Et subinde scepticos, præcipue a vs. 479. refutat: et demum asserit, omnem veritatem fidei sensuum inniti. VIII. His ita de visu disputatis, ceteros sensus aggreditur; ac primum docet, vocem ac sonum corporcas esse imagines, quæ aurem pariter feriant et auditum faciant: vocis naturam atque formaturam explicat. Cur eadem vox percipiatur a multis, rationem reddit; quid sit echo, quomodo fiat, a vs. 524. ad vs. 618. IX. Deinde de sapore, et gustu, de odore, et olfactu, docet; quid nempe sit sapor, quid odor, et cur non ab omnibus sentiantur. Cur cibus idem aliis dulcis, aliis amarus, fiat; cur odor alius aliis sit magis aptus; et vox aliis terrorem incutiat, quæ alios juvet, saltem non terreat, a vs. 618. ad vs. 725. X. De imaginatione atque cogitatione agit, quas per tenuissima rerum simulacra, seu imagines, quæ in mentem incurrant, fieri pariter ait; inde varia de cogitationibus problemata proponit et explicat; cur, v. g. videamur in somnis videre illos, qui jam mortui sunt; cur simulacra rerum, seu imagines, videantur nobis morari, dum cogitamus ea: cur subito quisque cogitet, quæ lubuerit: cur in somnis cernamus imagines moveri, usque ad vs. 820. XI. A vs. 820. ad vs. 904. docet, linguam, oculos, aures, nares, omnia denique sensationis organa, prius nata esse, quam eorum usum; secus vero in artificiosis rebus, quæ pendent ex prævisa indigentia. XII. De somno et insomniis agit; inprimisque docet, qua ratione fiat somnus in nobis, et in ceteris animantibus: somniorum varias assignat causas, et demum ad res venereas delapsus, a vs. 1030. usque ad finem libri, de amore, sterilitate, fœcunditate, et aliis omnibus hanc materiam attingentibus, liberius forsân et apertius, quam nonnulli vellent, disputat; sed philosophis saltem, vel in his tractandis, videtur esse indulgendum.

AVIA Pieridum peragro loca, nullius ante  
Trita solo: juvat integros adcedere funteis,  
Atque haurire; juvatque novos decerpere flores,

*Percurro sedes inrius Pieridum, vestigiis pedum neminis ante me calcatas: placet adire fontes illibatos, et trahere aquas ex iis: placet etiam legere novos*

1 *Omnia* V. ed. Vind. fr. Th. Ra. *perago* V. ed. Th. Ra. Bodl. *nullus* Bodl. —2 *Attrita* Mus. B. 2. *vivat* V. ed. Th. Ra.—3 *At Cant. juvat* Mus. B. 2. *vivatque*

#### NOTÆ

1 *Avia Pieridum*, &c.] His 25. vss. quos jam posuit lib. 1. 925. et in quos ibidem consule nostras annotationes, continetur hujusce libri præmium. Totus autem in eo est Poëta, ut docilem et attentum sibi reddat auditorem ad

ea, quæ jam hoc libro quarto disputaturus est. Quidam hanc recoctam crambem aversantur: alii vero melissuam illam comparisonem non fastidiunt.

Insignemque meo capiti petere inde coronam,  
 Unde prius nulli velarint tempora Musæ. 5  
 Primum, quod magnis doceo de rebus, et artis  
 Religionum animum nodis exsolvere pergo :  
 Deinde, quod obscura de re tam lucida pando  
 Carmina, Musæo contingens cuncta lepore :  
 Id quoque enim non ab nulla ratione videtur ; 10  
 Nam, velutei pueris absinthia tetra medentes  
 Quom dare conantur, prius oras, pocula circum,  
 Contingunt mellis dulci flavoque liquore,  
 Ut puerorum ætas improvida ludificetur  
 Labrorum tenuis ; interea perpotet amarum 15  
 Absinthii laticem, deceptaque non capiatur,  
 Sed potius, tali a tactu recreata, valescat :  
 Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerumque videtur  
 Tristior esse, quibus non est tractata, retroque  
 Volgus abhorret ab hac ; volui tibi suaviloquenti 20  
 Carmine Pierio rationem exponere nostram,  
 Et quasi Musæo dulci contingere melle ;

*flores, et ex iis locis quarere capiti meo claram corollam, ex quibus Musæ nemini antea operuerint tempora. Primo quia edoceo res eximias; et persevero liberare mentes humanas strictis vinculis religionum. Secundo, quia fundo versus adeo claros de materia perobscura conspergens cuncta venustate Musarum. Hoc enim ipsum non est etiam alienum ab ulla ratione: verum sicut Medici, quando tentant præbere infantibus absinthia amara, conspergunt antea vasu circa labra suavi et florescenti humore mellis duleissimi, ut pueritia incauta infantum decipiatur quoad labia tantum, et ut interim bibat tetrum liquorem absinthii amari, atque ita ludificata non tamen decipiatur, nec ludificetur, sed magis ut tali actione resecta bene valeat: similiter ego nunc, quia hæc materia, quam tracto, interdum videtur esse molestior iis hominibus, quos nondum fuit edocta; et quia vulgus hominum refugit eam, volui explicare tibi nostram doctrinam suavidicis versibus Pieriis, et aspergere illam tanquam suavi melle Musarum; ut tentarem si for-*

//////////

V. ed. Th. Ra. *decepere* Bodl. *decepere* Cant.—6 *artis* Voss. vet. et L. B. *artis* vulg.—7 *animos* Vind. et edd. vulg.—8 *pango* Vind. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Hav. Delph.—9 *contingens* Gif. *liquore* Gif. marg. L. B.—10 *ulla* Mus. B. 2.—11 *velut* Mus. B. 2. *Sed veluti* Delph. *terra* V. ed. Th. Ra.—12 *conamur* V. ed. Th. Ra.—13 *melle* Bodl. *lepore* V. ed.—14 *Et* Voss. vet. et L. B. sed in priore corr. *actus* V. ed.—15 *tenuis* V. ed.—17 *a tactu* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. 3. Nard. Bas. *ad Cant. a tacto* Voss. L. B. *attacto* Voss. vet. *attractu* Mus. B. 2.—18 *ergo* V. ed. Th. Ra. *quo pro quoniam* Voss. vet. *non pro ratio* Mus. B. 1. *videntur* Mus. B. 1.—19 *esse illis* omisso *non* Mus. B. 3. *non est desunt* V. ed. Th. Ra. Mus. B. 2. *tractatque* Bodl. Voss. vet. et L. B. *ideoque* P. Gryph. marg. Bas. marg. Ald.—20 *ob hoc* Bodl. *suave loquenti* V. ed.—

Si tibi forte animum tali ratione tenere  
 Versibus in nostris possem, dum percipis omnem  
 Naturam rerum, ac persentis utilitatem. 25

Sed, quoniam docui cunctarum exordia rerum  
 Qualia sint, et quam, variis distantia formis,  
 Sponte sua volitent, æterno percita motu ;  
 Quoque modo possint res ex hiis quæque creari :  
 Atque, animi quoniam docui natura quid esset, 30

*tasse quirem tali modo retinere mentem tuam in nostris carminibus, dum interim intueris universam naturam rerum, atque percipis commoda, quæ inde eveniunt. Verum quia demonstravi qualia sint primordia rerum omnium, et quam diversis figuris dissimilia pervolitent coram oculis nostris per se et sua sponte concita motu perpetuo ; et qua ratione singulæ res queant fieri ex illis ; et quia monstravi*

21 *Pierio* superscr. in Voss. vet. man. rec. al. *mi Memmi*.—24 *percipis* V. ed. O. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Gryph. Bas. *perspicis* P. Vind. Bodl. Voss. vet. et L. B.—25 *per presentis* V. ed. Th. Ra. *presentis* Voss. vet. et L. B. P. Ald. Gif. Par. Gryph. Lamb. Bas. *persentis* P. in not. *Naturam præsens ac per̄sentis* Bodl. Voss. Quatuor seqq. inseruntur post vs. 51. P. Vind. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. Cant. Ferr. Th. Ra. Ald. et hic desiderantur etiam in Mus. B. 3.—27 *Sunt* P.—28 *alterno* P. V. ed. Voss. vet. et L. B. O. Mus. B. 2. 3. Cant.—29 *Quæque* Mus. B. 2. *possit* P. V. ed. O. P. Ferr. Th.

## NOTE

25 *Persentis*] Alii *presentis*, idem sensus.

26 *Sed, quoniam docui, &c.*] His 20. vss. primum nectit ea, quæ tribus superioribus libris edocuit, cum iis quæ hoc libro jam disputaturus est. Deinde hujusce quarti libri argumentum atque institutum proponit. Demum instituti sui duplicem reddit rationem. Itaque I. monet se sat abunde dixisse quæ et qualia sint prima rerum principia, quibus constant figuris, quo concita motu ferantur, et qua tandem ratione ex iis cuncta fiant. Quæ omnia primo et secundo libro absolvit. Præterea monet item se satis edocuisse, quæ sit animi atque animæ natura, ex quibus ea constet, quid cum corpore juncta, quidve ab eo distracta valeat. Hæc enim ostendit libro tertio. II. Igitur non ab re visum est illi, ut de singulis sensibus utriusque, corporis

et animæ, disputationem subjeceret ; primasque partes tribuit visui, tanquam ceterorum sensuum duci ac principi : cujus in gratiam disputat potissimum hoc toto libro de ‘ Simulacris’ seu Imaginibus, quas vocat ‘ Rerum effigias, tennesque figuras.’ Et quarum incurso, ut ait Cicero ex Epicuro I. Finib. ‘ non modo videmus, sed etiam cogitamus.’ Hæc sane, si bene meministi, Lector benevole, pactus erat Lucretius initio libri I. vs. 133. ‘ Et quæ res nobis vigilantibus obvia mentes Terrificet, morbo affectis, somnoque sepultis, Cernere uti videamus eos, audireque coram, Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.’ III. Tandem duplicem hujus instituti sui rationem reddit : alteram, quod hæc res non aliena sit a rebus quæ de anima tractavit supra III. cum compleat universam de animo atque anima lucubrationem : alteram

Et quibus e rebus cum corpore compta vigeret,  
 Quoove modo distracta rediret in ordia prima:  
 Nunc agere incipiam tibi, quod vehementer ad has res  
 Adtinet, esse ea, quæ rerum simulacra vocamus;  
 Quæ, quasi membranæ summo de corpore rerum 35  
 Dereptæ, volitant ultro, citroque, per auras;  
 Atque eadem, nobis vigilantibus obvia, menteis  
 Terrificant, atque in somnis, quom sæpe figuras  
 Contuimur miras, simulacraque luce carentum;  
 Quæ nos horrifice, languenteis sæpe sopore, 40

*etiam quid esset natura animæ, et ex quibusnam rebus composita viveret cum corpore, et qua ratione divulsa de corpore, reverteretur in prima principia: nunc aggrediar tractare tibi de re, quæ magnopere pertinet ad has res, nimirum existere in natura ea, quæ appellamus idola rerum; quæ veluti pelliculæ detractæ de extremo corpore rerum vagantur huc illuc per flatus aërios, et quæ eadem occurrentia nobis vigilantibus perterritant nos, atque etiam in sopore, ubi nonnunquam videmus species mirabiles, et imagines eorum qui privati sunt lumine vitæ, quæ plerumque excita-*

Ra. Ald. ex aliis res Mus. B. 2.—31 corpora Cant. cōpta Fab. vigere V. ed. Bodl.—33 H. vs. et seq. ponuntur post vs. 29. in Mus. B. 2. 3. Cant. et connectuntur his vss. 48. 49. 50.—34 et esse Voss. vet.—36 Dereptæ P. V. ed. Bodl. Mus. B. 1. 2. 3. Cant. Th. Ra. ultroque citroque Gif. Par.—38 insomniis Mus. B. 2.—39 lite Mus. B. 2. carente Bodl.—40 orifice Bodl. horrifico su-

## NOTÆ

vero, ne qua scilicet cuipiam irrepit nova suspicio aut credulitas de immortalitate animarum.

*Sed, quoniam docui, &c.]* Hi porro 4. vss. positi sunt jam III. 31. Consule notas ibid.

31 *Compta]* Composita, juncta. Sic III. 260. ‘Quibusque Compta modis vigeant.’

32 *Ordia prima]* Primordia.

33 *Agere]* Disserere, disputare, tractare, loqui. Cic. Terent.

34 *Simulacra]* Democritus primum, deinde Epicurus ἐῖδωλα καὶ τύπους dixerunt, i. e. idola et imagines. Cicero, imagines. Quintilianus, figuras. Catus, spectra. Lucretius, effigias, pro effigies, imagines, species, formas, figuras, exuvias, spolia, quasi membranas, aut cortices, &c.

35 *Summo de corpore]* I. e. de summa rerum circumcæsura: de supre-

ma superficie: de extremis lineamentis rerum. Ita omnes præter Lambinum, qui legit, *summo de cortice*. Verum sic loquitur passim Lucretius: vss. 47. 57. 62. alibi.

36 *Dereptæ]* Detractæ.

*Per auras]* Per aëra.

37 *Atque eadem, nobis, &c.]* Sic fere iisdem verbis hos 4. vss. posuit I. 133.

39 *Luce carentum]* Mortuorum; vel ut ait I. 136. ‘Morte obita quorum tellus complectitur ossa.’ Sic Virg. Georg. IV. 255. ‘Tum corpora luce carentum Exportant tectis,’ &c. Ibidem: ‘Umbrae ibant tenues simulacraque luce carentum.’

40 *Languenteis sopore]* Ægre dormientes. Somniantes. Sic Virg. Æn. X. ‘Morte obita quales fama est volitare figuras, Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.’

Excierunt: ne forte animas Acherunte reamur  
 Ecfugere, aut umbras inter vivos volitare;  
 Neve aliquid nostri post mortem posse relinqui,  
 Quom corpus simul atque animi natura, perempta,  
 In sua discessum dederint primordia quæque. 45  
 Dico igitur, rerum ecfigias tenuisque figuras  
 Mittier ab rebus, summo de corpore, eorum  
 Quæ quasi membranæ, vel cortex nominitanda est,

*verunt horride nos somno torpentes; ne scilicet forsan putemus animas mortuorum exire ex Acherunte, vel umbras vagari inter viventes: aut ne putemus aliquid nostri posse superesse post mortem, postquam corpus et natura animæ una interemta tradiderunt suum reditum in sua quæque principia. Itaque dico imagines et species rerum emitti ab ipsis rebus de extrema superficie illarum; quæ veluti*

\*\*\*\*\*

perscr. Voss. vet. *sapere* Bodl.—41 *Acheronte* P. O. Bas. Ferr.—42 *vibos* Voss. vet. sed corr. ead. m.—43 *aliquis* V. ed. Bodl. *possit post mortem* Bodl.—44 *animam* Voss. vet.—45 *dederunt* Vind. Mus. B. 1. 2. Hav. Bip.—46 *ecfigias* Voss. vet. et L. B. Bodl. *effigies* reliqui.—47 *cortice* Gif. Par. Nard. Fab. Cout. Gassend. Bas. P. V. ed. Bodl. Voss. vet. et L. B. Ferr. Th. Ra. Ald. *earum* P. O. Ald. Bip. Hav.—48 *membranæ* P. Vind. V. ed. Bodl. O. Mus. B. 1. Cant. Gryph. Nard. Bas. Ferr. Th. Ra. Ald. *membrana* Mus. B. 2. 3. no-

#### NOTÆ

41 *Excierunt*] Penult. brevis. Sic vs. 45. 'dederunt.' Sic III. 1042. 'occiderunt.'

*Acherunte*] Ex Inferis, I. 121. III. 25.

42 *Ecfugere*] Exire, reverti, redire.

*Umbras*] Animas mortuorum, ut sæpe monui, sed præsertim I. 124.

44 *Perempta*] Festus, 'Peremta et interemta pro interfectis poni solent a poetis.'

45 *In sua discessum, &c.*] I. e. discesserunt seu redierunt in sua principia.

*Dederint* [*Dederunt*] Penult. brevis, vs. 41. Lambinus, *dederint*, quia vocem præcedentem 'cum' interpretatur 'eo quod;' non autem 'postquam.'

46 *Dico igitur, &c.*] Cum igitur quatuor potissimum quærenda veniant de simulacris istis, nempe I. existentia. II. natura. III. procreatio. IV. ce-

leritas motus; his 62. vss. seqq. hoc est ad vs. 109. demonstrat illorum existentiam, variisque confirmat argumentis. Itaque his 5. vss. prioribus thesim, ut aiunt, proponit; atque asserit esse rerum simulacra, seu idola, quæ quasi membranæ, seu pelliculæ aut cortices, vel exuviæ mittantur de summo rerum corpore, hoc est, de suprema rerum superficie. Reliqua tria postea suo loco tractaturus est. Scilicet a vs. 109. ad vs. 130. simulacrorum naturam quam tenuissimam esse docet. Tum a vs. 144. ad vs. 177. docet modum quo generantur. Denique a vs. 177. ad vs. 30. de motu illorum agit.

*Ecfigias*] Antiquitus dicebatur effigia, æ; nunc effigies, ei. Sic vs. 103. Sic Plaut. Rud. 'Veneris effigia hæc quidem est.' Sic Apul. de Deo Socrat. 'Deorum effigiæ,' &c.

Quod speciem ac formam similem gerit ejus imago,  
 Quousquomque cluet de corpore fusa vagari. 50  
 Id licet hinc quam vis hebeti cognoscere corde ;  
 Principio, quoniam mittunt in rebus apertis  
 Corpora res multæ, partim diffusa solutæ,  
 Robora ceu fumum mittunt, ignesque vaporem ;  
 Et partim contexta magis, condensaque, ut olim 55

*pellicula vocanda est, vel cortex, eo quod simulacrum fert imaginem ac parem figuram illius rei, de corpore cujus emissa videtur volitare. Hoc autem facile est animo vel rudiori agnoscere ex eo, primo quia res plurimæ fundunt corpuscula in rebus manifestis partim libere dissita, veluti ligna emittunt fumum et ignis calorem: et partim stipata magis et densata, veluti cicadæ aliquando in æstate depo-*

*minanda V. ed. Th. Ra.—49 et P. V. ed. Bodl. Ferr. Th. Ra. Ald. ad Mus. B. 1. 2. O.—50 cui et pro cluet Voss. L. B. Mus. B. 2. 3. cui Mus. B. 1. tui et O. Cant. fusta V. ed. Bodl. Mus. B. 1. Th. Ra. fusa Voss. L. B. O. Mus. B. 3. Cant. Ferr.—51 cordi Delph.—52 mittuntur in Voss. vet. O. Mus. B. sed in Voss. vet. punctulis subnotatur in.—53 solutæ P. V. ed. O. Ferr. Th. Ra. Ald. solute vulg.—54 ceu P. V. ed. Bodl. O. Cant. Bas. seu reliqui.—55 contensa*

## NOTÆ

50 *Cluet*] Videtur. i. 120. 450. 481. 631. ii. 351. 524. iii. 108. &c.

51 *Id licet hinc, &c.*] His 19. vss. continetur i. argumentum, quo probat a simili, ut vocant, existere illa rerum 'simulacra.' Sunt enim res multæ, quæ certissima ex se mittunt corpuscula, cum diffusa, hoc est, tenuia et rara; tum magis contexta, hoc est, magis spissa et compactiora. Lignum v. g. mittit a se fumum: et ignis calorem. Fumus autem et calor sunt corpora tenuia et rara. Cicadæ vero ponunt veteres suas tunicas; vituli nascentes ponunt membranas; Serpentes exuunt pellem. At ejusmodi tunicæ, membranæ, ac pelles sunt compacta magis ac condensata corpuscula. Similiter ergo quidni res quoque mittant de se imagines aut simulacra? Non enim est potior ratio, præsertim cum ea corpuscula, seu atomi, quæ sunt in rerum superficie, seu prima quasi fronte rerum, possint sese facile expellere, aut ab concitatis aliis inte-

rius propelli, atque ita una transferri, ut neque sese impendant, neque ab internis revinciuntur; sed avolent, retineantque semper eundem suum ordinem, eandemque posituram, quam in rerum superficie habebant. Ex quo fit, ut bene concipiantur exire imagines illæ de supremo rerum corpore quasi exuvia. Cum enim l. i. docuit Lucretius atomos inter se cohærescere, de iis tantum intellexit, quæ concluduntur in rerum concretionibus, quæ quidem facile exire nequeant, quia varie sese revinciunt. At, quæ atomi sunt in prima rerum superficie, eas vult facile concieri, et propelli, nec inter se cohærescere.

*Hinc*] I. e. ex eo.

52 *Principio, quoniam, &c.*] H. e. ex iis quæ jam dicturus est.

*In rebus apertis*] In rebus notis, manifestis, et quæ nobis sunt in promptu.

53 *Corpora*] Atomos.

54 *Vaporem*] Calorem, i. 492. et alibi passim.



The first of these is the fact that the British people have been
 for a long time a very patriotic and loyal people. They have
 always been ready to sacrifice their lives and property for their
 country. This is one of the reasons why they have been able to
 maintain their position as a great power in the world.


The second reason is the fact that the British people have been
 very successful in their commerce and industry. They have
 always been a very enterprising and energetic people. They
 have always been ready to take risks and to try new things.
 This is one of the reasons why they have been able to
 maintain their position as a great power in the world.

The third reason is the fact that the British people have been
 very successful in their military and naval operations. They
 have always been a very brave and courageous people. They
 have always been ready to fight for their country. This is
 one of the reasons why they have been able to maintain their
 position as a great power in the world.

The fourth reason is the fact that the British people have been
 very successful in their diplomatic and political operations. They
 have always been a very wise and prudent people. They
 have always been ready to negotiate and to compromise.
 This is one of the reasons why they have been able to
 maintain their position as a great power in the world.







100 (subpans) + 1000000



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 869 0

University Of California Los Angeles



L 007 625 861 5

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

